tū cū mīdi, p̄spēritate leuamur. Nā cum se alias perire potestate animus cōspicit, alta de se elate cogitā sentit& cū authoritatē vocis a nullo refutat, ligua licet⁹ p̄ abrupta ac ipsa diffrena. Cūq; quodlibet facere licet, iuste sibi oia licere q̄ libet, existimāt. Talis vero Iob nō fuisse describitur, nihilomin⁹ subdit⁹. Et venit sup me idignatio. Iudica hęc flagellatio. Hęc ex verbis B. Gregorij breuiter sumpta sunt, de cui⁹ expostio qd iudicare, paruitatis meae non est. Præterea qdā hui⁹ capl̄ verba moraliter interpretat, dicens: [Pereat dies] i. mīdāna, p̄spēritas seu peccari delectatio. [In q̄ nat⁹ sum] nō Deo, sed mīdo ad dæmoni, inficiēto esse natura, p̄ q̄ culpa, mīdo ac dæmoni vivit. Et nox in q̄ dictū est, cōcept⁹ est homo. Nox ista est cæcitas mētis, ex q̄ culpa originā. Circō in nocte d̄ homo cōcept⁹ & nat⁹ in die, q̄ nequaq; ad peccati delectationē r̄ pereatur, nisi prius p̄ voluntarias mētis tenebras isfirmaret. Deniq; sacra scriptura de hoīe tripliciter loquit. Primo, q̄ ad id qd est p̄ naturā, sicut cū dī: Faciam⁹ hoīem ad imaginē & similitudinē nostra. Secundo, q̄ ad id qd est p̄ culpā, vt cū loquit⁹ Paul⁹: Cū sit inter vos zelus & cōtentio, nō carnales estis, & secundum hoīem ambulatis. Tertio, q̄ ad id qd est p̄ infirmitate, vt cū ait p̄pheta: Maledictus q̄ spē suam ponit in hoīe, in infirmitate. Dies illa vertat in tenebras. Ii. q̄ dies false putat, vitiōsa noscat& qd delectatio mala patratū est, dolore p̄cūnitētā emēdet. [Nō regat cā De⁹ desup] ad vindicādū, i. det nobis grām p̄cūnitētā & satisfaciēdi p̄ ea. tūc em⁹ De⁹ nō vindicabit, dicens Ap̄los: Si noīmetipos dijudicauerim⁹, nō vtq; dijudicaremur. Et nō illustrēt lumine. Ii. De⁹ lumine sua iustitiae cā nō manifeste in hora iudicij, sed iterum ignoscentio tegat & delect eā. Beati em⁹ q̄tū remiss⁹ sunt iniq̄tates, & q̄tū testa sunt peccata. [Obscurēt cū tenebris]. p̄cūnitētā lamēta, ne ampli⁹ pateat. [& vmbra mortis] i. obliuīde De⁹ eam q̄si nō recordādo abūciat. Occupet eū caligo. Ii. dolor p̄cūnitētālīs iterio, q̄ bñi cōtristat, cōfundit & turbar, est em⁹ cōfusio adducēt grām & gloriā. Et involvūt amaritudine. Vt q̄ maior fuit delectatio in peccāto, eo maior sit afflīctio in satisfaciēdo. [Nocte illā tenebroſus turbo possideat] i. mēror mentē virtuose obnubilat, vt instar cōpeſatis tota cōcūtia vehemēti horrore, qm̄ Deū offendit. [Nō computeſ in dieb⁹ anni]. Ii. inter virtutes anni grā seu gloria, p̄ q̄s f. aia clarificat, & ad durationē glo-riosam p̄rīa beatōe p̄duci. Virt⁹ em⁹ est q̄si spiritalis aia dies. [Nec numeret in mēlīb⁹] Ii. mēfēs sunt, multiplicata facta virtutū. Sit nox illā solitaria. Ii. cecidit ipetiatq; nře nō alia adiūciam⁹, gloriā dō in malis, vel excusando, aut defendendo peccata. [Nec laude digna] imo cōfiteamur q̄ orni exprobratiōe, cōfusionē & pena digna sit nřa culpa. Maledicat ei q̄ maledicūt dici. Ii. p̄spēritati mīdanā inani, q̄ lux & dies ab ip̄is cōfūmat, q̄ em⁹ illā despiciūt, merito nocti peccati in ale- dicere p̄t, q̄a vera citer eā abhorret atq; vituperat. Qui paratiſtūt lūscitare Leuiathā. Ii. contra fe, p̄uocare diabolū. Nēpe p̄ hoc, q̄ ea q̄ mīdi ac dæmonis sunt, asp̄nat, atq; in Deo inflamant, diabolū ad sui spugnationē mox cōcītāt̄ cōtra electos tāto pl̄ furit, q̄tāt̄ ad Deū se fort̄ eri- gūt. [Obscurēt stellā caligine ei⁹]. Nō optādo, sed p̄ficiando id dī, qm̄ stellā, i. sublimiter vir- tuosi, grā, vita, exemplo, fama lucentes, aliqd culpa incurrit, q̄ eoz puritas obscurat seu minus clara effici. Expectet lucem, & non videat. Ii. cæcitas nře mentis, quantūbet lumen gloriā p̄fasteſt seu Deū, q̄ aeterna lux est, hāc tū in p̄senti clare, & scūti est, videre non poterit. [Nec or- tum surgentis aurorā]. Ii. resūſtutionē ecclēsiae in die iudicij, q̄ & corpore gloriſtabunt ele- fti, quoq; gloria tāta erit, q̄ nūc cōphendi non valet. [Quia non cōclūſit] sed aperuit ostia ven- tris q̄ portauit me. Ii. carnalia desideria, quoq; ostia sunt, qbus itur ad mortem culpa exterioris atq; gehennā. Itaq; ostia aperit intima mēritis infectio. Vener aūt̄ est obliqua seu infecta nřa voluntas, in qua ad peccādū concipimur, dum tuin⁹ nře origo efficiuntur. [Nec abstulit] sed ir- rogauit seu inculit (malā) p̄cēna & culpa, oculis meis, ita q̄ ea experior, p̄ experientiamq; in- mēror. Ista ex Gregorio sumpta sunt, secundū propria mente mīl afferendo, sed eius expositiō- nem fideliter ac breuiter recitādo, vt scriptura huius capl̄ difficultimi veritas, ex his atq; sequenti bus euidentius elucescat; & lector, qd rationabilius sibi vīsum fuerit, eligat.

¶ De verbis Alberti Magni circa expositionem p̄fantis capituli. Artic. X.

Albertus. **D**isputatio huius libri, q̄ est inter qnq; videlicet inter Iob & tres ei⁹ amicos & Eliu, secun- dam Alberti, tota est de p̄uidētia seu cura, q̄ creator res regit humanas & oēs cōueniunt̄ in hoc, q̄ apud Deū creatorē & gubernatore, p̄fecta notitia est oīm humanas. Item, q̄ in cura & gubernatione regz̄ a Deo nulla est iniq̄tas. Rursum in hoc, q̄ actus humanos magis intus inspicit Deus, q̄ homo q̄ agit, & ideo defectū in eis aliquā dephendit, q̄ etiam ipsum hoīem later. Differit aut̄ in hoc, q̄ Iob primo conquerit, q̄ actus sui secundū seu ad hīanā rationē & p̄uidētiam, i. secundū p̄cēnum vel modū seu ordinem humanæ iustitiae non iudicant. vnde dicit in- fra. Si iudicat̄ fuero, iuste inueniar, & illud, Vtīna appenderent̄ peccata mea qbus iram merui, & calamitas quā patior, in statera &c, ppter qd sermones suos offendēdo &, p̄sequendo, in oībus iustitias suas conglusit, & seguit, q̄ tres virti disputationes suas amiserūt, eo q̄ sibi iustus videre- tur. Quod em⁹ p̄fato modo, i. secundū ordinē humanæ iustitiae gubernari & iudicari deberet, vi- decur: q̄a iustitiae gubernationis humanæ, exēplata & derivata est ab ordine iustitiae diuinæ, ex q̄ videtur, q̄ cū illa cōcordari deberet, & q̄ nihil esset in vna, puta in ista exemplata, qd non esset in alia

alia, si iustitia exēplari diuina. Sed qm̄ postea ex determinatiōe Dei cognouit Iob, q̄ ordo iusti- tiae diuina penit̄ dissimilis est iustitiae humanae, hō em⁹ ex luto factus, vilior est, quām q̄ Deus re- spiciat eum secundū ordinē humanæ iustitiae, ideo ad verum rediens intellectū, dicit in fine: Au- ditu auris audiui te, q̄si diūcātum ex humana iustitia, q̄. secundū illā pcederes in iudicādo. Nūc aut̄ oculus meus videt te, q̄si di cat. Ex tua determinatiōe redies ad intellectū, cognoui gubernationē tuā dissimile esse humanæ, idcirco ipse me repēhēdo, & ago p̄cūnitētiam. & de quo agat p̄cūnitētā, aperit dicens: Vnū locutus sum, qd vīna nō dixi seminōcentē & impū ipse con- demnat, qd iniūti est, si sua gubernatio ordine iustitiae humanæ pcederet, ita q̄ in hoc caplo vt materia det disputationis, ipse Iob querelā pponit de die, q̄ principiū vita est, quā satan in suā accepit potestatē cōvertēndi eam in tristitia, in facultatis, p̄ro, p̄sona, cōiuge & amicis. his p̄misitis, Albert⁹ textū hoc modo exponit: Post hec aperuit lob os suū, Ii. vt locū daret dispu- tationi, & aperte loqueret, ideo dicit, aperuit os suū, in hoc em⁹ nota, q̄ patens fuit locutio, & q̄ de rebus magnis fuerat locutus. [Maledixit diei suo iudicio iustitiae, non liuore vindictę, & hoc secundū omnem expositionē tā literalem q̄ mysticā. Et dixit Pereat dies in q̄ natūrā sum, Ii. Dies naturaliter est principiū vita na sc̄ntis ex vtero ad lucē. & hēc dies secundū totā periodū, in quā satan accepit potestatē, vt malitīa sua voluntatis in ea exerceat, in rebus & liberis, p̄sona atq; amicis, q̄s in aduersarios vertit, nō potest optari, nisi vt pereat, si em⁹ peribit, tristitias & inse- licitatis nō ingeit, si ait, pceder de mane in meridiē, & de meridiē in vesperā, multis afflictionib⁹ bus vītā cōsumet, & ide optādū nō est, nisi vt pereat. Nec maledicit dies, iniquātūtū eīlī singu- laris, sed inquantū principiū est totū vītē decursus in afflictionib⁹ satan. Et nox in q̄ dictū est, cōceptus est homo. Sicut dies exterior, vt est principiū exterioris vita, in luce hac optat perire ita nox quā p̄ conceptū principiū est cōceptioſis talis hoīs, in quē potestatē accepit satan arcq; in oīa eius secundū totā vītē periodū, nō potest optari, nisi vt pereat, nō em⁹ aliud facit, nisi q̄ vītā in amaritudinē vertit, & dicit[Dies] natūritatis, & [nox] cōceptus: q̄a non frigiditatem subcep- te, poros corporis claudit, vt spū & calore ad interi⁹ redundāt, feminā cōcepta intrinsec⁹ ma- gis coalescat, redēnente aut̄ luce diei, calore p̄fusa corpora, laxant in poris & spongeitate corpo- ris, & disponunt ad em̄itendū qd conceptū est. ideo dies partui, nox cōceptui debet, secundū cōgruentia. His verbis iungit Albertus: Expositio Gr̄egorij ab hac nō differt, nisi q̄ ille p̄cessum Albertus dicit in peccatis, nos aut̄ in afflictionibus satanæ. Intup ait[Dies illa] data in potestatē satanæ in hac vita, evertat in tenebras. Ii. vt effectus satanæ nūq; videat, nūq; appareat, haec est em⁹ de qua Psal. 55. dī. Ab altitudine diei timeboq; q̄ alt̄ ass̄cēderit, plures calamitatis ingeit, à qbus homo absē- ditur, si corā hoībus infauſta, i. infelix dies nō oriat. Faustus, se. ūdū Britonem, est idem q̄ felix, inde infauſta, i. infelix, & cui fortuna nō fauet. Non regat eam Deus desup. I. Deus p̄ sublimia inferiora gubernat, mēfēs & terminos ponit vītā huīanā, numerūtū dies, et si deest dies, à Deo ordinatore vītā regit, peti ergo q̄ dies p̄festerat satanæ non regatur ad numerū dierum suorū. Et non sit in recordatiōe viventis, si em⁹ noa cī in recordatiōe, tunc nūq; fuit in p̄p̄ita vita. Recordatio em⁹ mali, male & ad tristitiae afficit aīam, iuxta illud in Eſaiā Recogitabo omnes annos meos in amaritudine anīa mea. [Nec illustrēt lumine] Ad hoc s. vt abundantiori lumine infauſta, i. infortuna seu infelicitate vītā monstrarent, cum magis sit vītē talia occumberg, q̄ illa strari. [Obscurēt eum tenebra]. Ii. tenebra ab inferioribus oriunt, & significat dispositioſes qui- bus prior lumen infauſta tam in corpore q̄ in anima. & talia priuanta lumen infauſta, dicuntur tenebra per effectum. [& vmbra mortis]. Ii. vmbra mortis d̄ recordatio mentis, vel auerbiōe lucis infauſta hāc p̄tēmētēs. Occupet eum caligo i. fortissima & inspissata ad cōtrariūtēs dispo- sitio. Caligo em⁹ est, caliginosā vapoře inspissata tenebra, luce impediens, & significat spissam dispositionē sapientis, vel meritum boni cōtra lucem satanæ. Dispositio aīū sapientis, vt dicit Phi- lo, vel p̄cūnitētā, vt dicit Gr̄egorius, nondī caligo, ita q̄ oīm lucea priuet, sed tantum propter hoc, q̄ obstat illi infauſta, s. luci satanæ, sicut in Eſodo legit̄ Moles ingressus in caliginem, vt s. omnia quā lux mundi huius illustrēt, ei occumberent, & ipse solus in lumine Dei mirabilis esset, Et inuoluit amaritudine dispositioſes cōtrariētēs vel in corpore, vel in aia, vel pariter in vītē q̄. sic inuoluit lux ista infauſta, vt p̄ se diffundere vītā nō posse, & subdit de nocte cōceptus, q̄ initium fuit formatiōis vītā, q̄ data est in potestate satanæ. [Noctē illam] in qua femina formādī infauſta vītā coniuerit, s. tenebroſus turbo possideat] Turbo ventus est, inuoluum habet flatum, & si- gnificat dispositioſes cordis & corporis ex mēfēs cōpositas, effectum satanæ corrumpētēs & reprimētēs. [Nec cōp̄at̄ in diebus anni] i. circuītū vītā, ita q̄ in tota vītā deſte ad computum, q̄a vītā mala inducit. [Nec numeret in mēfēbus]. Luna poter vicinitatē in huīanis, maiore habet potestatē, & singulis mēfēbus facit vītē, autūmū & hyēmē, qd in anno facit sol. Peti ergo q̄ effectus satanæ in particulaib⁹ immanatōib⁹ se nō possit diffundere. [Si nox illā solitaria, ne se multiplicādo p̄ vītā dif- fundat. Et qd diuīſā dixit de die & nocte, dicit coniunctio: [Maledicant eū] i. mīl dīne nocti, tūc qui maledicunt diei, i. mīl mēfēcere sciunt & confauerūt tali diei, q̄ infecta est neḡ q̄ satanæ. (Q̄)

[Qui parati sunt suscitare Leuiathā, secūdū Abraam iudeū philosophū & R. Mosen, diabolus (secundū qd à principio diei vita, p oēs dies, mēles & annos venenū diffundēs, malū malo addit, & totā rotā natuitatis nā sic inficit). Leuiathā est, sūt cū vt serpēs serpit, & vt vechis rigide nobis obſitū, vñ de lingua hui⁹ serpētis sic venenū immittētis, dicit Iacob⁹. Lingua maculat & inflamat totā rotā natuitatis nř, inflamatā à gehēna. Qui aut̄ in cōtrariū nituit, serpēti obſitū, & ideo suscitāt eū, vt om̄es vires suas examinerit, sicut & dñs dixit in Genesi: Inimicūtias ponā inter te & mulherē, ipsa cōteret caput tuū, & tu infidaberis calcaneo eius. [Obtenebrent ſtellæ caligine eius,] ſtellæ vocat, nouas ad infauſta ſcintillatiōes, quas petit obscurari caligine diſpoſitionis cōtrariae. [Expectet] ipſe ſatan [lucem] i, infauſta ſuā lucis ortū, & nō videat] eam, quam peto in ortu ſuo ocumbere, ne diē humana natuitatis illuſret. [Nece ortū ſurgētis aurora,] ſup pleideat. Aurora eft, qn̄ radū ſolis immiſſet ſe tenēbris noctis, & ſic aurora infauſta lucis eft, qn̄ primū immiſſet ſe diebus vitę humana, quā poſuſt nō oriri. Et ſubdit cauſam tātā malediſionis. [Quia nō cōclusit oſta vētris,] vt ſi, clauſis oſtis intra vētrem mortuus eſſem, ne ad hāc infauſtā lūcē peperifet me mater, iuxta illudi: Beata steriles que nō pepererūt. [Nec abſitū ma la ab oculis meis] i, aſſens experientia q̄ mala ſatan in totā rotā natuitatis infudit. Idē in Hieremia: Male dictus q̄ me nō interfecit ab vtero &c. [Quare nō in vulna mortuus sum] i, vt mala ſatan nec vidifis, nec ſenſiſtem, ſed in principio ortus, ſubtractus fuſiſem venenis eius, ſecūdū illud in Matthæo: Mel illi erat ſi natus nō fuſiſet. [Egressus ex vtero, nō statim perij] i, quare nō ſtatim tūc perij, q̄ etiū tūc ſatana mala ſenſiſtem, tñ p rōnem nō diſcreuiſſem, [Cur exceptus genibus] i, a mūs genib⁹, ab obſtetricē & ploratu p diſit mala ſatanæ. [Cur lacta vberibus] i, cur me aluit ad mala ſatanæ expriēda; ſic em̄i nutrire paruſi, crudele eft, [Nūc em̄i] i, in die infauſta lucis nō p greſſus, [cdormiſſus] p morte ligat⁹ ſenſibus, [ſilorem] i, querulas voces de malo ſatanæ nō emiſſerūt, ſic regibus. Reges vocat, q ſecundū pfectiōne infiuſis hoies regebat. [Cōſulibus terra,] Cōſules voceant, q prudētia agendoꝝ ſuo cōſilio in dubijs valēt diriger. [qui ædiſiſcant ſibi ſolitudines] Ad literā, in ſolitudine adiſiſat, vt ſtudio ſapienția veritatis q̄ dediti, inquietudini ſatanæ q̄ in mūdo cōcīt, ſe ſubducat, ſicut libro de cōtemplatione dicit Philo, qđ fecerūt Bragmani philofophi & primi monachī in Aegypto, facile pſentia cōtemmantes, ne inquietudinibus ſatanæ rotarentur. Aut ſi principibus, ſi principalibus, ſi inter illos, qui poſſidet aurum] i, multū auge habuerūt & cōtempſerūt, ne in getudine ſatanæ bona pderēt animaꝝ. In idem redit qđ ſequiſt & repleat domos suas argēto, iñiſi q̄ auge, theſauri, cōtentum in precioſiſimiſiſ ſignificatiōenſi, in minus preciōis, vt dona animaꝝ adiſiſerent, ſicut Plato dicit, pieiſſe aurum de ſnu, dicēs: Melius eft pdere aurum q̄ animū, & vult dicere, Qua cūq̄ luca ſapienția con-tempſerit, ne moleſtis ſatanæ rotarentur, veleſe me nō habuisse, q̄ tūc me rota ſatanæ nō calcarat. Aut ſicut abortiuū abſcōditiū nō ſubſiſterē] ſenſus eft, aut nō ſubſiſterē ſicut abortiuū nō ſubſtit, qđ bona & mala huius ſeculi nō guſtavit. Abortiuū eft, qđ à primo ortu & cōceptu ſeminū, corrumpit eft antē formare in partum p aīt adiptione & vita. [Vet q̄ cōcepti] ſormati in partum, morte fuenti, qn̄ viderūt luce infaſtā vita pſentis, antē em̄i oculos aperit ad eā, moruiſt, qbus meli⁹ erat ſic nō eſſe, q̄ malis ſatanæ rotari. Ibi impj⁹ inquieti viuenteſ, fe & alios inquietateſ, cōſauerunt à tumultu] q̄ ſe & alios ingetauerunt. Mortuus em̄i nec tumulū facit, ne ſentit vt prius. Et ibi requeuerunt feſſi robore Robore dicit, ppter hoc q̄ viriſbus ſuis cōſidentes, alios oppreſſerūt, q̄ ſoſte mortui, feſſi cōſauerunt. Et quondā vinciſi] i, capti & aſſicti à robustis & tumultu oſis, pariter] cum illis requeuerit, [ſine moleſtia] ita q̄ moleſtia vlt̄ nō ſenſerunt. In hoc ergo mors vtilis eft, q̄ liberat à ſenu maloꝝ, & in hoc affectu dixit David, Hęp mihi qa incolatus meus plongatus eft. Et dñs: O generatio incredula, qđiu vos patiaris, qđiu apud vos ero? Quare aīt vinciſi ſint, ſubdit, & ſuppleti: Quia nō exaudiuerūt voce exactoris] i, ty-rāni opprimitis, & diſterritis ſic quieſcenti ſubdit, [Parus & magnus ibi ſunt, ſupple aq̄ua-les & pariter quieſcētes, & ſeruſ & liber à dño ſuo] i, q̄ dñm nō habet, & ideo mors deſiderabi-lis eft, q̄ a tātis malis liberat. [Quare] oſtēdit hic luce vita datā in poſteſtate ſatanæ, inutile eſſe misero. [Quare] i, qua vultate, [miser] infelicitatiſbus ſatanæ ſubiecto, [data eft lux] i, ex luce em̄i nihil habet, niſi q̄ videt miseriā ſua & plus dolet, ideo lux ſibi nocet, [et vita] in exteriori lu-ce quare data eft, his q̄ in amaritudine animaꝝ ſunt] i, in amaritudine ptingente viſiꝝ ad animaꝝ & animaꝝ ſubuſionē. [Qui expectat morte,] q̄ ſi finis miseriaꝝ, [et non venit,] vt amplius miſeri ſint, [Quasi effodienteſ theſauruſ,] qm̄ morte theſauruſ, & lucru reputat, inquāti ſi finis miseriaꝝ, In Ecclesiā ſtū dicit: O mors, bonū eft in diſcretu ſuum homini indigēti, & q̄ minorat viriſbus defecto atate, & cui cura eft de oībus. Sic & Tobias dixit ad dñm: Fac meſi misericordiā, & pre-cipie in pace recipi ſp̄m meū, expedite em̄i mihi mori magis q̄ viuere. Sic Elias petiuſt animaꝝ ſua vt moreret, & ait: Sufficit mihi dñe, tolle animaꝝ meā. Et hoc exaggerāt, ſubdit: Viro cuius abſcōdita eſt via,] Nescit em̄i homo vtrum bonū vel malum exitū habeat. Sunt iufi atq̄ ſapiențes, & opera eoz in manu Dei ſunt, & tñ nescit homo, vtrū amore dignus ſit vel odio. Et circuſededit eū Deus tenebris, q̄ ſciliſet ignorat finē ſuū, & finis q̄litate & tēpus, deindit oſtēdit hoc taliter eue-niſſe

nisiſ in ſer [Anteç comedam,] nō ad delicias, ſed ad refectionem, [ſuſpiri] ad pondus miſeriaꝝ prementis, in hoc multi rephendunt, q̄ ante ſuſpiriū cibū accipiunt, [& q̄ ſi inundat̄ aqua,] q̄ ſo-nat, [ſi rugit⁹ meus] in plāctum, ſecundū illud Eſaiæ: Rugiēmus q̄ſi vrti oēs, & q̄ſi columba me-ditantes gememus, [Quia timor] i, cauſa timoris, [quē timebā,] eueniſt mihi] in bonis & liberis ac pſona, [& qđ verebar] in amicis & vxore, ſaccidit. Et ſubdit de innocentia: [Nōne diſſimu-lau] i, mala mihi illata, patientia volens vincere, iuxta illud ad Romanos: Noli vinci à mala, ſed Romā, ſtū vince in bono mali; [Nōne quieui] nulli in quietudinē faciens, [Nonne filiū] in tumultu & con-tradiſiōne peccator, ſecundū illud in Pſalmos: Obmutui & humiliatus ſum & ſilui à bonis] psalm. 38, [Et] ſupple tñ [venit ſup me indignatio] i, plaga ex indignatione, pui dicit in Threnis: Effudit Thren. 2, quā ignē indignatione ſuā, factus eft dñs velut inimicus. Hęc dixit Job, vt materiā darer diſpu-tatiſbus. Hęc uſq̄ verba Alberti, circa quā multa occurſunt, q̄ dubitatione & diſcultatem indu-eunt, viſenſt em̄i po magna parte ſtare non poſſe, vt ſonant. Vnde quā menti vel circa vel con-tra ea occurſunt, breuiter tangam, non vt tanto Doctri in aliquo irreuerentialiter cōtradicam, ſed vt p inquisitionem ſcholaſticam veritas ſcripturæ clarius innoſcat.

[In]tructio dubiorum & diſcultatum circa praſcripta verba

Alberti Magni. Atticulus XI,

Primo pterea oritur diſcultas circa verbū Alberti, quo ait Job conquerit de hoc, q̄ actus Albertus em̄i videt impatiētia eſſe. Job aut̄ de patientia ſpecialiſſime cōmendat, nec ab ea cecidiſſe aſſerit, ſicut iam patuit. Verē aliqa dicere poſteſt, q̄ etiam ſit qdā pia quereſa ex charitate & humiliatiſe, pcedens, vt cum q̄ ſratrem peccatorem, de eius excessiſbus conqueſtēdo ſpirituali patri, charitatib⁹ pcedens, ut humilis de humiliū conqueſtē, q̄ ſia ad humiliatē ſpectatia ope ſibi pri-piat, nec ſe aliquid talium agere ſint, ſed ppter poenās a Deo directere vel pmiſſiue inſiſtas, conque-ri, reſponsibile eſſe videt, & poſiſſimē de diuino iudicio conqueſtē. In ſup oritur diſcultas circa verbū Alberti, quo ait, q̄ Job poſtea, ſciliſet ſanitate adepta vel circiter, rediens ad verē intellec-tū, Deo docēt cognouit, q̄ ordo diuī in iuſtitiā penit̄ diſſili eft ordinī iuſtitiā huānū, & ideo homo nō debeat iudicari à Deo ſecundū humanā equitatiſ pceſſum, cuius oppoſitū in princi-pio ſua plagiatiſ putauit Job, vt ex verbiſ inducitur Alberti conqueſtē. Iſtud nō videt ſtātuer dictum, q̄ ſciliſet vir tātē pfectiōniſ ac ſapiētia anteq̄ pſato modo affigere, nescierit ordinem, pceſſum & modū diuīnā iuſtitiā diſſimile eſſe modo & ordinī iuſtitiā humanā, atq̄ humanā iuſtitiā in infinitū deficeri à diuina. Praeterā, pceſſum & ordo humanā iuſtitiā eft, vt nulli infliga-tur poena niſi p culpa, ſi ergo Job primo putauit ſe iudicari debere à Deo ſecundū humanā iuſtitiā, fuſiſet eiusde opinioſis, immo erroris, cui⁹ ſuī amici id aſſimilates, ſecundū Thomā, vel fal-tem cui⁹ & Eliphaz, id aſſimilat̄ ſecundū Albertū hinc ipsum. Hoc em̄i vel oēs tres, vel Eliphaz ſen-ſit, q̄ hoies iudicarent à Deo ſecundū pceſſum humanā iuſtitiā, ita videlicet, q̄ De⁹ nulli infligere poenā niſi p culpa, q̄ derrōneſi ſuit, ſed Job illius fuit erroris, ſicut patet ex his q̄ in expoſi-tione primi capiſt dicta ſunt circa yā Job. Ampli⁹ oris diſcultas circa verbū Alberti, dicētis, q̄ in fine ſeipſum rephēdit atq̄ pceſſum, eo q̄ taliter ſenſit, & qm̄ dixit, innocentē & ipiſi ipſe ſ. De-ns cōdemnat, ex q̄ ſequi videt q̄ Job loquēdo q̄ iſto ſcribunt libro, peccauit, cui⁹ oppoſitū ſ. Gre-gori⁹ in principio 1. libri Moraliū multiplicit̄, pbat & aſſerit, inter cōtra ſera dices: Quādā verba rephōnū ipſius Job, imperitiſ lectorib⁹ aſpera reſonat, ga ſanctoz dicti pte intelligere, ſicut di-ſcunt, ignorat. Et qm̄ animū doleſit & iſſi ſi ſenſit pceſſum, nesciūt, ideo doloris verba bñ interpretari nō poſſunt. Credūt ergo B. Job in ſuis ſermonib⁹ deliqſte, min⁹ iſtuētes, q̄ ſi B. Job reſpoſa redarguūt, falſam de eo & Dei ſententiā ſuife teſtant. Diabolo nāq̄ dño dī. Cōſiderasti ſeruū meū Job, q̄ nō ſit ei ſimilis ſup terra &c. Cui mox à diabolo rñdet, Nigd Job gratia timet Deū, mitte manūtuā &c. Hostis itaq̄ i B. Job vires ſuas exercevit, ſed certame cōtra Deū aſſuplit. Inter Deū itaq̄ & diaboluſ, Job in medio, materia certaminiſ ſuit. Quisq̄ ergo ſancti viſtū inter flagella poſitū, dictis ſuis peccatiſ aſſerit, qd̄ aliud q̄ Deū q̄ p illo, ppoſuerat, pdiſiſte rephēdit. Idē pbat Grego, q̄ hoc in fine tētatiſ oia ipſi Job in duplo ſunt reſtituta: & q̄ p interceſſio Gregorii, nē ipſi⁹ De⁹ amicis ei⁹ ignouit. Verbiſ ſi diſcultatē ſpecialiter diſfero, & iſra cōgruſ locis tan-genda ſolū edamq̄ cōſuō, Rurtus oris diſcultas, cu ait Albertus, S. Job verba hui⁹ dixiſſe capiſt, vt amicis ſuis diſputādi pheret materiā. Cū em̄i fuerit in tot ac tātis affliſtiōib⁹ cōſtitut⁹, videt q̄ occaſiōne diſputādi nō exqſerit, nec diſputare optauerit, cu talis actus debiliſ& inſirmis in ma-ximis dolorib⁹ poſitū ſit onerolus; niſi forte q̄ ſdicat, q̄ voluit ſibi tribulationē augere, & in in-fra rephēdit amicos, q̄ diſputādo ipſum affixerint: Cōſolatores, iſq̄ens, onerosi vos oēs. Et ite Job 16. toſtas, cu ait Albertus: Dies naturaliter eft principiū vita naſcētis ex vtero. & hac dies ſecundū to-tā periodū, in quā ſatan accepit potestate, vt malitia ſuā voluntatiſ in ea exerceat, in reb⁹ & libe-ris, pſona & amicis, nō poſt optari niſi vt pereat, ſi em̄i peribit, triftiſtas & inſelicteſ nō inge-teriū aut̄, pcedit de mane in meridiē, & de meridiē in yesperā, multis afflictioib⁹ vita cōſumer, d Et

Et ideo optanda nō est, nisi vt pereat. Ex qibus Alberti verbis seq̄ videt, q̄ tēpus & vita hæc tēporalis q̄ sine illo esse nō potest in seculo isto corporeq̄ mortali, sicut optāda nō esse ppter mala pœnalia q̄ occurrit stare nō posse censetq̄ hoc impatiūtia, nō patiētia atq̄ cōlitūtia seu fortitū dñis animi, eset. Patiētia q̄pp̄, pfecta pfectum, oēm aduersitatē, pœna & psecutionē fortiter sustinet, nec ob talia succubit, cupies morte secundū se, vel solū vt etiā finis aduersitatis, sed bñ vt est ianua felicitatis, itaq̄ dies cuiusq̄ tribulatiōis potest optari, nō vt pereat, sed vt maneat, inq̄tū in ipso die maxime p̄ patiētia p̄meremur, alijs exēplū patiētia edificationem q̄ impēdīm⁹. Chro ppter nos passo cōformamur, q̄grā atq̄ virtutib⁹ crescim⁹, futura tormenta p̄fentib⁹ pœnis breui orib⁹ minorib⁹ q̄redim⁹. Sic q̄q̄ martyres sancti fecerūt. Deniq̄ teste Apls., p Chro pati, do nū est Dei. Et Chis testif. Bti eritis cū maledixit vobis hoies, & pfectu vos fuerit. Gaudete in illa hora, qm̄ merces v̄a copiosa est in cælo. Sic & Iacob⁹: Ome, inq̄t, gaudiū existimat frēs, cū in diuersas tētatiōes scideritis. Absolute ergo & secundū rectā rōne loquēdo, dies nō est optāda perire, nec vita optāda statim finiri seu nūq̄ fuisse, ppter mala pœnalia iamo q̄ illa sunt grauiora, patiētiusq̄ ex Dei amore ferunt, eo dies huiusmodi beatior phibet. Itaq̄ ex verbis his se fuit, q̄ Albert⁹ illa exponit de die exteriori vere tēporali, cōsuetu, sensibili. Tali aut dies dudū pterij, qn̄ lob verba hæc p̄culit, sic q̄ impossiōe fuit, diē illā repeti, esse, perire, obscurari, & cetera pati, seu suscipere, q̄ ei in isto caplo imprecat. Vñ Greg. satis p̄bat, q̄ de illa die ista exponi nō queat, secundū qd̄ verba iacēt & sonat. Vñ & Thomas q̄ de huiusmodi die ista exponit, aliter mutat ac ordinat verba, & aliq̄ interponit ac addit, qd̄ nō facit Albert⁹. Ex qb⁹ id q̄p̄ elicit, q̄ expōsitiō inducta Alberti, nō soli differat ab expōsitiō Gregorij, in hoc q̄ Gregorij pœsium dicit in pœcatis, Albert⁹ in pœnis seu afflictiōib⁹ satā, q̄uis Albertus q̄ nescio sensu hoc dicat, immo in alijs valde multis ab inicē differūt, quæadmodū intuēti amboz̄ p̄scriptas expōsitiōes pateſcunt. Immo & expōsitiō Gregorij in hoc p̄stō rōnabilitō rite ostēdit, qm̄ tēpus & vita p̄fens magis optāda essent nō esse nec fuisse ac perire, ppter mala culpa, q̄, ppter mala pœna. Et in Grego, nō exponit hæc de exteriori, sensibili, tēporali ac solito die, nec de psona B. lob, sed nec ppter mala culpa q̄ se cim⁹, debem⁹ penit⁹ velle nunq̄ fuisse aut esse, q̄ ad veniā licet venire, & in culpa remissiōe diuinā misericordia declarat. Deusq̄ p̄clare laudat, sed & malū culpa nō totaliter perimit bonū naturæ, iuxta hūc modū posse & multa sūta obijci verbis Alberti, sicut cū ait: Dies satanae, in q̄ s. satan affixit lob, nō requirat ad numerū dies B. lob, itaq̄ lob orat, p hoc, certū est aut q̄ dies illa pteria nō potuit nō ptinere ad dies v̄t̄ lob. Rursus, cū ait, Recordatio mali, male & ad tristiā afficit aiam. Certū est aut q̄ recordatio tā mali pœnalis, q̄ mali culpabilis, frequenter bñ ac delectabili afficit aiam, vt cū alijs gaudet se, ppter Deū p̄culisse aduersa, vel de pristinā infirmatā curatiōe lētā, vel pœnitētē recordat, vel q̄ Deus sibi p̄cepit, atq̄ emēdationē p̄uenit. Hinc nēpe ait Psalmi: Lætati sumus p̄ diebus qbus nos humiliasti, annis qbus vidiū mala, itaq̄, q̄i ait, v̄tili⁹ est talia infonata, i. infonata, infelicia seu aduersa occūbere, q̄ illustrari; & nō apparere q̄ manifestari. Certū est aut, q̄ frequenter v̄tili⁹ est, talia manifestari ad Dei honorem & fideli confirmationē, hoīm̄q̄ edificationē, vt patet de sancto Gregorio martyris timmo & ipsum lob voluit seu p̄misit Deus sic flagellari, vt per hoc eius pfectio ac patiētia nobis ad n̄am instructionē pateret, vt ex verbis Gregorij patuit. Itaq̄, cū ait & subdit lob causam tātē maledictiōis: Quia nō cōclusit dies hæc ostia ventris qui portauit me⁹ vt s. clausis ostijs, intra ventre mortuus essem, ne ad hāt̄ infonātā lucē peripererit me m̄ mea. Ex isto seq̄ vide tur, q̄ ppter pœnalia sua mala lob optauit se natū nōfuisse, aut in m̄is v̄tre obisse, qd̄, sicut ex p̄habitū claret, irrationabile extitisset, put etiā tāgit Grego. Simili argumēto sequētū verborsi lob, expōsitiō huius doctoris impugnat. Deniq̄ subdit, q̄ Nūc em̄ dormies slerē cū regib⁹ terra. I q̄ secundū iustitiae pfectiōne hoies regebat. Sed vt tāgit Gregorij, si intra m̄is alijs obisset, nullū habuisset remediū cōtra originale peccatum, idcirco in siletio & q̄te iustox̄ nō fuisse cum huiusmodi regib⁹ iustis, q̄ aī Chri passionē in sinu Abrae querūt, in affectōe vero ad cælos deduci nōscit. Postea addit Albert⁹ in hoc ergo mors v̄tilis est, q̄ liberat à sensu malorum. & in hoc affectu dixit David: Heu mihi q̄a icola⁹ meus, plōgar⁹ est. Et Chis, Ognatio icredula, qđiu apud vos ero⁹. Cōtra istud obijci, qm̄ licet mors in hoc v̄tilis afferat, q̄ liberat à sensu malorum, i. pœnali pceptiōe seu sensatiōe pœnaly, inquātū suni qdā mala, nō tñ inquātū sum materia patiētia, & magni pfectus beatitudinēq̄ occasio. Ideo ppter mala pœnalia, absolute loquēdo, mors nō est simpliciter appetēda, inquātū est mors seu terminū vita seu etiā pœna pfectis. Nec in tali affectu dixit Psalmista, Heu mihi, sed desiderio vita beatæ seu melioris q̄tis ex charitate, secundū Augustini aliosq̄ expōsidores cōcorditer, sicut & Paul⁹ profat: Infelix ego homo, q̄s me liberabit de corpore mortis huius. Chis q̄q̄ inducta p̄culit verba potius ppter mala culpa, vt pote incredibilitatē q̄rundā, vt patet in Marco & Matthæo, q̄ tēdo malorum pœnaliū, itaq̄ desiderio redeundi ad patrē, & glorificatiōis suæ in corpore, deinde subdit Albert⁹: Quare data est misero lux⁹? Ex luce em̄ nihil habet, nisi q̄ vider miseria suā, & ita lux nocet ei. Itud rursus infonātā patit, afflictus em̄, lice sensibili ad multa cōmoda adiuuat, vt si p̄gat ad cōsolatōrem, & ad Chri imaginē & crucē

Philip. 1.
Mat. 5.
Luc. 6.
Laco. 1.

Gregori⁹
Thomas.

Albertus.

psalm. 29.

psal. 119.
Luca. 11.

Roma. 7.
Marc. 2.
March. 19.
Albertus.

aspiciat, ac q̄ aspecta, memor sit passionis dñicæ, dicit atq̄ pfectiat. Porro sup illud qd̄ subdit t̄ expectat mortē q̄s effodiētes thesaux⁹: dicit, qm̄ mortē thesaux⁹ & lucē reputat, inq̄tū est fīnis miseris, iuxta illud Ecclesiastici: Om̄s, bonū est iudicū tuū hoi indigent⁹ &c. sicut est al. legatū, sicut Tobias dixit ad dñm: Fac meū misericordiā, & p̄cipe in pace recipi sp̄m meū. Atq̄ Elias, Tolle aliam meā. Ex his potissimum expōsitiō Alberti fulciri videtur, q̄ s. ppter vite aduersitatis p̄ penales optāda sit mors, & vt pereat dies. Ad qd̄ respōdendū, q̄ authoritas illa Ecclesia- stici nō ampli obtinet, nisi q̄ mors tolerabilior est egenis, infirmis, senib⁹ atq̄ sollicitis, inquātū pœnalib⁹ sunt pleniores defectibus, & inquantū mors illis finē imponēs, est ianua ad vitam meliorē sequentē, sicut excusatō Tobias, & p̄culationē ferēs Elias, locuti sunt verba pallegrata, quis nōnō dicit Tobia in ybis illis, pfectum cū dixit, Expedit mihi mori magis q̄ viuere, ex hu Tobie 3, mana infirmitate locutū, venialiterq̄ peccasse. Vel forſita dixit hoc, timēs, ex abundātia aduersitatiū sibi occurritū ad culpā corrue, sicut & Moses in libro Numer, ait ad dñm: Obsecro ut interficias me, ne tātis malis afficiar. Vñ oēs hi sancti, videlicet Moses, Elias, verba hæc lo Nume. 13, cuti credunt magis ad vitādū mala culpa, & ne cerneret talia que videre eis grauissimū fuit, ex amore Dei & zelo iustitiae, itemq̄ desiderio getis sequētis, q̄ ad vitādū mala pœna simpliciter. Affitio tñ pœnoſa, poteſt abſcī culpa esse aliqui occasio cōpiendi mortē, secundū qd̄ mors est quidā ingressus ad vitā meliorē sequentē, in q̄ nō peccat ut hīc, & p̄supposita diuitia circa hoc vo luntate. Hec aut desiderio veritatis meliorisq̄ informatiōis, saluo p̄ oīa honore Magni Alberti, sint ingſtive, nō reprobative aut p̄inaciter dicta. Forte em̄ verba Alberti possunt saluari, quis p̄ magna parte eoz̄ nō videam quō faciliter possint saluari. Cui itaq̄ placet tam studiosum doctorem defendere, verba ipsius elucidet ac resolut, & qua obiecta sunt soluat.

¶ De expōsitione S. Thomæ circa idem capitulum.

Artic. XII.

¶ Vonia expōsitiō S. Gregorij in isto caplo videat ad sp̄nālitatē nō modice tendere, Thomas Gregorij conat⁹ est p̄fens caplū literaliter explanare, cuius expōsitiō in hac parte planior est & re solutor q̄ Alberti. Itaq̄ ait: Sicut dictum est, circa passiones anima duplex fuit antiquo⁹ opinio. Stoici enim dixerūt tristitia in sapientia nō cadere. Peripateticū vero dixerūt sapientē tristia moderate secundū rationē, qd̄ veritati cōcordat, ratio em̄ conditionē natura auferre nō potest, est ait rōnale sensitiō naturæ, cōuenientib⁹ delectari, & de nocuīs dolere atq̄ tristari, qd̄ ratio nequit auferre, sed moderat ita, q̄ ratio p̄ tristitias a sua rectitudine nō diuertat. Cōcordatq̄ hēc opinio sacre scripturae, q̄ tristitia ponit in Chro, in quo est om̄is virtutis ac sapientia plenitudo. Sic ergo lob ex p̄narratio aduersitatib⁹ tristitia sensitiō patiētia in eo locū nō habuisset, sed ppter tristitia ratio eius à rectitudine nō recessit, ad qd̄ ostendendū dñi. Post hæc i, post septē dies taciturnitatis p̄fata. Vnde cōstat q̄ ex rōne, nō ex turbāt tristitia sit locutus, alijs ante p̄tūlissit hēc verba, quādo tristitia vehementior fuit. Tristitia nāc̄ tēpōs lōgitudine mitigat, & in principio magis sentit, ideo tā diu tacuisse videat, ne ex p̄turbata mēte loq̄ iudicare. Solēt aut sapientes ex rōne exprimere motus passionū quois sentiunt, moderate, sicut & Chis dixit: Tristis est Matt. 16, anima mea usq̄ ad mortem. Et Boethius primo de cōsolatione tristitia suā aperuit, vt ostende ret quō eam ratione mitigaret. Et maledixit dīcī. I maledicere, multipliciter sumis. Cum enim maledicere nihil aliud sit q̄ mala dicere, tot modis maledicit, q̄ modis mala dñ. Itaq̄ tripliciter maledicere. Primo, maledictione causante malum, quēadmodū dicere Dei, est causa eoz̄, quā dicit⁹ & sententia iudicis, causa est pœna eius quē dānatis, q̄ in Genesi dicit. Maledictus Cham. Et Gene. 9, Iosue maledixit Achan. Secundo fit istud, imprecādo vel optādo malum alicui, & sic Apls prohibet maledicere, dices ad Romanos: Benedicte, & nolite maledicere, nō aut primo modo. Ter tio fit hoc malum simpliciter enunciādo p̄ modū pœntis, tristitia vel futuri, sic lob maledixit diei suo, eum mala esse dicēdo secundū morem scripture, quo tēpus dicis bonū seu malum, ppter ea que sunt in tēpōe. Deniq̄, sicut esse & vivere sit secundū se appetibile, tñ esse & vivere in miseria est fugiēndū, secundū quod huiusmodi: quis interdū esse in miseria, aliqui libenter ferāt ob aliquē finem. Hinc misera vita q̄ nō ordinat ad aliquē finem bonū, nullo modo est eligēda, put Christus ait de Iuda: Melius ei erat si natus nō esset. Bonū aut qd̄ ex miseria expectat, nō apphen dit vis sensitiva, sed ratio tñ, sicut amaritudinē medicina p̄ceptis gustus, solaq̄ ratio in fine sanitatis delectat. Si q̄ ergo secundū passionē sui gustus iudicaret de medicina amara, diceret cā malam, ratio tñ diceret bonā, ppter finem intentū, similiter miseria quā lob pariebat, rationi v̄tilis videbat, sed inferior pars aī ea repudiabat. Vñ & vivere sub tali miseria, secundū qd̄ tale fuerat odiosum, & etiā ea p̄ quā deueniebat ad illud. Ideo lob secundū inferiorem anīz partē, cuius passionem & dispositionē exprimere intendebat, odio habuit nativitatem suā & diem suā nativitatis, cōceptionem q̄q̄ & noctem q̄ fuit cōceptus. & hoc est qd̄ dicit⁹: Peret dies in qua natus sum: ac si diceret, v̄tinā nūq̄ natus fuissim⁹. & nox in qua dictū est, i. vere dici potuit, [Conce p̄tus est homo,] i. v̄tinā nūq̄ cōceptus fuissim⁹. Cōgrā aut nativitatem adscribit dīcī, & cōcepti onem noctis quā secundū astrologos, conceptio diurna est melior, principali sidere scilicet sole, existente super terrā, conceptio aut nocturna frequentior. Deinde lob ad maledictū diei suū

ea inducit; p̄ qua dies sit odiosa, dignitas vero diei, est claritas, qua à nocte discernit, quā excludit, dicitur. Dies illa vera in tenebris, iac si dicat, dies natiuitatis, inquit debūt esse tenebrosus, vt congrueret tenebris miseria, q̄ patior. Quādā enim p̄ modū optandi dicunt, ad exprimēdū iudicium qd̄ de aliquo te habet, & tu si intelligeret verbū istud atq̄ sequentia, fruola videremur tunc in dies & nox, de quibus loquebas̄, p̄tererunt, nec poterat immutari. Præterea dies multipli- citer clausus est, primo ex sanctificatiōe Dei, q̄ eum celebrē fecit, quā claritatē remouens, subdit̄ [Non regrat eū Deus desuper] i. non exigat ut ab hoībus celebret, dies q̄p̄e aliqui exigeant à Deo per hoīes celebrari, ppter aliqua insignia beneficia in eis collata hoībus, sicut sabbati in ve- teri lege, ppter beneficium creationis. Vult ergo Job insinuare, q̄ sua natiuitas non sit cōputanda inter insignia beneficia Dei, cum ad miseria magis q̄ ad latitudinē natus videat. Secundo dies est clausus ex hoīm recordatiōe, secundū qd̄ hoīes dies aliquos celebres ducunt, in quibus eis aliqua magna & lata acciderunt, quēadmodū Pharaō & Herodes diem sui cel̄ brābār natalis, hanc claritatem remouet, dicens: Non sit in recordariōe hoīm. Tertio dies est clarus ex lumine corporali, qua claritas quādōq̄ auferit per subtractionem radiorum solis, ideo subdit̄: Non illuſtra- tur lumine. Quandoq̄ autem auferitur per interpositionem cūbū seu alioq; occultantium radios solis, & quātūm ad hoc, dicit̄: Obscurēt eum tenebra. Quādōq̄ ex defectu visus, vt dum quis moritur vel excēdat, tunc claritas diei, quātūm ad eum, auferitur; & quo ad hoc, ait: & vna- bra mortis, occupet eum caligo. Tunc dies caligine occupat, dum ei primo splendens, subito atq̄ ex insperato tenebra inducūt, sicut B. Job induct̄ sunt tenebra aduersitatis. & inuolu- tur amaritudine tristitiae. Per quæ omnia aliud nihil intendit, quām q̄ dies sua natiuitatis non debeat indicari dies gaudij, sed miceroris. Cōsequenter maledicit nocti sua conceptiōis, prima ei attribuens vnde nos horribilior reddit̄. Cū enī sit nox horribilis ppter tenebras, q̄ fuerit tene- brosior, eo sit horribilior, qd̄ sit magna tempestate oriente in nocte. & quo ad hoc, subdit̄: No- ctem illam tenebrosuſ turbo possideat. I quasi dicit̄, cogruisset noctē illā tenebroso turbine pos- sideri, vt vita mea cōgrueret, q̄ tanto turbine aduersitatis inuoluit. Non cōpūte in diebus an- ni, nec numerū in mensib⁹. I tanq̄ diceret, nox illa nō est memoria digna, cū nihil insigne, q̄ ad me, in ea acciderit, sed potius aliqd̄ dolorosum. Porro inter noctes quadā sunt celebres, quibus hoīes ad festa agēda concurrunt, qd̄ ab ea remouet, dicens: Sit nox illa solitaria nec laude digna. I nox nāq̄ laude si digna, ppter aliquod magni faciūt in ea cōtingens, qd̄ in ista nō accidit. [Ma- ledicant ei q̄ maledicūt diei.] & q̄ illi sint, subdit̄: Qui parati sūt suscitare leuiathā, i. p̄scatores grandē p̄scim, q̄ secundū vnam acceptiōe vocat leuiathā, in noctis tenebris mouentes ac capere cupientes, q̄ apparente die tristantur, maledicunt̄ q̄ ei, inquāt̄ per lucem diei opus eoz impedit. Vel q̄ parati sūt suscitare leuiathan, i. hoīes viciōis, q̄ diabolū dictū leuiathā suscitāt̄, ei⁹ voluntate implēdo, per hoc eīū suscitāt̄ eum ad dominādūm eis, & ad pūnēdūm eos in posteri, tales maledicunt̄ diei, dum in eo peccare vētar̄, ideo qd̄ apud Iōannē. Omnis qui male agit, odiūt lucem. Diabolus aut̄ vocat Leuiathan in Esaia, quo scribit̄: Visitabit dñs super leuiathā ser- pentem tortuosum &c. Deinde excludit à nocte hac pertinētia ad bonum eius, quoq; vnum est, q̄ decoratur ad specūlū & luce stellag⁹, vñ subdit̄: Obscurēt stellarū caligine eius, vt sñō appa- rent. Aliud est, q̄ nox decorat spe dici, qd̄ remouet, addit̄: Expecter lūcē, & non videat, nec or- tum surgentis auroræ, i. quatenus tenebrae eius nec finiāt̄ per diem, nec minuant̄ per auroram, qd̄ intelligēdūt̄ est, sicut de die p̄dictūt̄ est. Quia nō cōclusit ostia ventris qui portauit me, i. quia in ea nō sunt ostia ista cōclusa, qd̄ dicit̄, ad inueniendum q̄ desiderauerit suum conceptū, non venisse ad partum, negi ad pueritiam, quāe intelligit̄ per auroram, qd̄ ad iuuenitū, quāe per plenā lucē signatur. Nec abstulit malum ab oculis meis. I quasi dicit̄, ipsam vitam nō propter seipsum abhorre, sed ob mala p̄sonā quibus affligor, vnde omnia quāe supra figuratiōe lo- quuntur est, hac cōlausia exposuisse videt̄. [Quare nō in vulva mortuus sum] hoc dicit quantum ad statum vitæ, quo cōcepti, primo viuunt in vtero; quātūm vero ad statū vitæ, quo viuunt post natiuitatem ex vtero, subdit̄: Egressus ex vtero nō statim perit. Et quia cum aliquis dicit̄, qua- re hoc factum est, dat intelligere salē aliquq̄ q̄ inutiliter factum sit, hinc ostendit inutile, immo & nocuum sibi esse, q̄ conseruans est in vita. [Nūc enī dormiens silerem.] Mortem nominat somnū, ppter spem resurrectionis. Per silentium vero intelligit quietē ab aduersitatibus quas patiebatur, quasi diceret, si statim post ortum mortuus fuissim, his aduersis non inquietarer. Ex somno meo i. morte, requiescerem ab inquietatiōibus vita istius, [cum regibus & consulis bus terriæ] qui vel delicijs vel diuitijs vacat, ideo subdit̄: Qui ædificat sibi soliditudinē, i. causa venatio- nis & aliaq; voluptatū, solitarij esse volentes. Aut cum principib⁹ q̄ possidēt̄ avḡ, I quasi si dicit̄, si statim mortuus essem, nihil nūc minus haberē q̄ habet illi, q̄ hic in multis p̄spērabantur. Ex his verbis dat intelligere, hoīem secundū aīam post mortē subsistere. Porro si obīciāt̄, q̄ huius- modi reges & principes non quiescūt̄, sed in inferno torquentur, & q̄ vtile fuit B. Job cōserua- ri in vita ob meritū accēndū, dicendū q̄ loquunt̄ ista ex parte sensuali partis, exprimēs eius & esse cū, q̄ nō respicit nisi ad corporalia atq̄ p̄sentia bona vel mala. Aut sicut abortiuſ abscōdituſ na-

non subsisterem. Hoc dicit, q̄ ad eos q̄ moriunt̄ ante infusionē anīz rationalis, à sc̄ribib⁹ qpp̄e abortiuſ aī rationalis aīæ infusionē in orītib⁹, nil manet ppterū. Aut q̄ cōcepti nō viderunt lu- cem, I q̄ moriunt̄ in vtero post aīæ rationalis infusionē. [Ibi] sūt in statū quē habet q̄ cōcepti non viderunt lucē, tūp̄ij cessauerūt à tumultu, I quē alijs inferebant, quos affixeruntq̄ i in statū illo nondū facere potuerūt, nec in simili facere possunt. [E& ibi] videlicet in statū mortuoꝝ, tregue rūnt fessi robore, I, q̄ pugnādo aut laborādo sunt fatigati, non aut loqui nisi de quiete à ma- lis vitæ p̄sentia. [Et] illi qui fuerunt [quōdam pariter vincti], erunt ibi [sine molestia] i. priori angustia, cū eis q̄ vinctos eos tenebat, [E& ibi] hoīes oppresi angarijs, nō exaudierunt vocē ex- actoris] secundū illud Esaia, Quō cessauit exactor, queuit tributū [Parvus & magnus ibi est], qui hic differebant per ināqualitatem p̄spēritatis terrena, sunt pariter ibiācē paritūs & ma- gniūdo, quo ad terrena, penata, facit ibi distatiam, verunt̄ diffentia magnitudinis & paritatis, secundū spūlia bona, remanet ibi, sed de his modo nō loq̄. [E& ibi] seruus] erit [liber à do- mino suo], ideo nō habebit ibi locū exactio aut aliqd̄ tale. Postq̄ detestatus est lob p̄priā vitam, nunc detestat̄ totius gñis humani vitæ, tam quo ad eos qui p̄spērat̄, q̄ quo ad eos q̄ aduersitati bus exercēt, à quibus iam incipit. [Quare] i. qua utilitate, [data est misero] i. p̄cēs subiecto, t̄ lux cognitionis, cum p̄ eam cōsiderat mala qbus affligit, & vita his q̄ in amaritudine animæ sunt] q̄ p̄ amaritudine vitæ admixta, ipsum viuere rādiosum efficit. Qui expectat̄ mortem, & non venit tam cito vt cupiant, [Quasi effodientes thesaurū] i. q̄ cū grādi desiderio q̄ritur. & qm̄ desideriū dum cōplet̄, gaudiū parit, subiungit. Gaudiūq̄ vehementer cū inuenient le pulchru] i. cum viderint sup̄veniente morte, q̄ quā inuenient monūmentū. Et qm̄ dici possit q̄ vita detur vi- literis his qui p̄spērant̄, hoc remouet, dicit̄: [Vito cuius abscōdit̄ est via] i. cur tali data est vita & lux? Dicit aut̄ via viri abscōdita, q̄a nescitur quo p̄sentis p̄spēritatis status pueniat, iuxta illud Proverbioꝝ R̄is dolore miscet̄, & extrema gaudiū luctus occupat. Et in Hieremia, Nō est in homine via eius, in Ecclesiaste etiā: Quid necesse est homini maiora se querere, cū ignoret quid cōducat̄ ei in vita sua? Quō aut̄ via abscōdita sit, subdit̄: [Et circūdedit eū De tenebris] ignorā- tia, q̄a rex oīm cognitione ei nō tribuit, deinde ista aq̄uēta sibi adaptat̄. [Anteq̄ comedā, suspi- ro,] Suspiriū, est signū moderata tristitia rugitus vēro, signū est tristitia vehementis, ideo sub- dit̄: [Et] quasi inundant̄ a quā sic rugit̄ meus. I aqua enī defacili mouet, & murmuris efficit so- num, sic homo in magna posit̄ afflictio, ex leui fūz calamitatis memoria ad rugitū mo- prouo- tatur, addit̄q; Inundat̄ aqua, vt amaritudinis sua cōtinuitatē ostēdat. Aqua nāq̄ inundat̄ mo- uetur cōtinue & sonū p̄ducit. Porro miseria hominis ad amaritudinē puocās, in duob⁹ cōsistit, videlicet, in dānis rex vel p̄sonae & in dehonoriōe. Quātūm ad primū, aīm Quia timor quem timebā, euēnit mihi i. q̄ timebā, mihi iam acciderunt, quo enī p̄sona extat prudentior, tāp̄ tē- pore p̄spēritatis magis p̄cogitat̄, q̄ tēpore aduersitatis sibi accidere queat̄, iuxta illud Ecclesiastis: sc̄iūt̄ in die bonoꝝ ut immemor sis maloꝝ. Quo ad secundū, subiungit: Et qd̄ verebat, accidit̄. I est enī verecunda (secundū philosphū) timor in honoriōe. p̄ quod ostēdi, q̄ post gloriā ma- gnam opprobria & dehonoriōes fūtūt̄. & q̄ hoc nō meruit, subdit̄: Nōne dissimulauit̄ in- iuriā mihi illatam. Deniq̄ p̄sonā mereri q̄s potest duplicit̄. Primo, dum ex illatis iuriis vī- tra modū prouocat ad vltiōē, qd̄ remouet, dicens: Nōne dissimulauit̄. Alio modo, dum primi- tus alijs ipse offendit, aut verbis, qd̄ remouet, dicens: Nonne filij à verbis cōtumelios & imp̄ijs aut factis, quod à se remouet, subdit̄: Nonne quiēti ab opere maloꝝ quod mali nō implet̄, cum in Esaia scriptum sit Cor imp̄ij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. [E&] quāuis īnocens fui, tamen evenit super me indignatio. Id est, p̄sona à Deo, in quo ita non ponit̄ com- morio animi, sed puniūt̄.

[Q]uid de intellectu huius cap. rationabilius dictum videatur. Artic. XIII.

Quatūm capere queo, inter Gregorium afferentem fūsens capitulum non posse ad literā exponi & Thomam afferentem ac facientē oppositū, nō est tanta dissonātia in re, sicut in verbis apparet. Gregorius namq̄ intendit, p̄bare, q̄ capituli hoc non possit literaliter ex- ponī, secundū qd̄ verba faciēt̄ & sonant̄, & vt sumant̄ dicta à sancto lob secundū rationem deliberatā, sic neq̄em p̄ impossibilitatē & irrationabilitatē, maximamq̄ impatientiam continerent. Nec Thomas sic caplū istud exponit, quemadmodū considerat̄ verba eius, p̄ce- denti articulo introducta, eūdētissime cōstat. Expositio quoq̄ Alberti satis faciliter videi pos- se ad expositionē Thoma reduci, & cōcordari cū ea, pauci hincide verbis subintellectis, qua- subintelligit Thomas, & p̄missō notabili, qd̄ remouet, dicens: Nonne filij à verbis cōtumelios & imp̄ijs Thomas dicit̄ subtilē & gratiosam, obīciit tñ sobrie cōtra eā, q̄ secundū dictū Thomæ, q̄ afferit Thomas lob loqui verba huius caplū ad insinuandū dispositionē ac passionē sensitū partis suar̄, mīfē- rias quas patiebant̄ abhorrentis, quis ipse secundū rationē p̄ patientiā eas acceptare intuitu Dei ac p̄mij eius, itaq̄ cōtra istud sic arguit Amici lob cū fuerint sapiēt̄ ac literati, nō contradixi- sent ipsi lob hoc modo loquēti, sciēt̄es passiōes esse tristabiles secundū sensitū anīz partem. Et idē secundū hoc dictū, rōta disputatio eōz cōtra lob procederet a quoce, cū rātant̄ ostenderet,

tempus, nec tam diu Deus electorum in limbo olim existentium oblitus visus est: sed tunc ostendit se memorem huius, quod per Christum profato modo educuti sunt, immo eodem momente quod anima Christi venit ad eos in limbum, beatificati sunt, & Deum per speciem beatifice videre coepi. secundum doctores. Christus namque in sua morte per originali peccato, ob cuius reatum illi a gloria differebant, plenissime satisfecit. Idcirco causa non sicut dilationis a gloria logioris, tunc ne mortuus homo tursum vivat per resuscitationem in die nouissimo. Quasi dicunt: Hoc tu o Deus possibile celere. Et hoc futurum esse, tenendum est. Ideo subditur: Cunctis diebus gibus nunc milito, omni tempore quod in terra vivo, & contra aduersarios meos salutis pugno. Unde superius dictum est: Militia est vita hois super terram, expecto donec veniat immutatio mea] ad im- Job. 1. mortalitatem, i. resuscitatio ad vitam corporalem meliorem, quod sit vita haec pessima, immutatio quod per mutationem dicit in melius. Hinc ad Corinthi, scribit Apollinaris: Oes quodem resurgent, sed i. Cor. 15. non oes immutabimur, quia videlicet electi immutabuntur, non reprobri, dicente Apollinaris: ibid. tui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Denique quod ait: Expectatio &c. non est intellegendum, quod tam diu insinuauerit se victurum in corpore, & expectatur in eo, quoniam quod immutatio illa veniret, sed quia expectatio sua in corpore hic incepit, & vires ad mortem duravit. Postea vero manifestabitur in anima, donec adueniat. Verum per immutationem forte intelligi posset translatio. Iob seu anima eius de seculo isto ad limbum patrum, in quo melius habuit quod dum verba haec pustulis [Vocabis meis] resuscitari iubebis ac resurgeret facies corpus, ex cineribus reparando famulatu angelico, & animam meam corpori reuniendo. Hinc ait quod nunc commemorauit saluator: Qui in monumentis sunt, audient vocem eius, & quod Ioh. 1. Cor. 15. audierint, vivent. Paulus quodque Canet enim tuba, & mortui resurgent, & ego ridebo tibi] i. m. perio tuo obediam, ad tuum placitum resurgendo. Soperi manuum tuarum, i. tua scientia & practica & opatiz potentiae propriez dexteram, auxilium & virtutem resurgendi, quia non naturali, sed divina virtute resurrexisti hier. Et Tu quodem gressus, oes actus meos interiores & exteriores quod gradior vel ad misericordiam, vel ad beatitudinem, in numeratis, diligenter attendisti, vt pro omnibus actu dignam rependas mercedem. Numeramus autem, quoniam diligentiam quandam habemus. Hinc pauloante differuntur: Observasti oes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Sed Iob. 13. parce peccatis meis] sine quoniam pia indulgentia, nemo nostrum ad gaudia pertingit aeterna. Unde parat quod Iob non intendit se omni a culpa excusare, sed a talibus vitis, qualia sibi imponuerunt sui amici, puta enormibus, non aut a venialibus. Propterea additum: Signasti quoniam in facilius delicta mea, in abscondito sapientia & scientia tua diligenter notasti, sicut quoniam curantur, in facie clauduntur ne amittantur. Hinc Deutero. 32. dicit ait: Nonne haec condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? [Sed curasti iniquitatem meam] i. a vulneribus anima mea quibus laesa fuit peccatis, me per gratiam pie sanasti, & per penitentiam refor- masisti. Sic orat & Hieremias: Sana me dñe, & sanabor: saluum me fac, & saluu ero. Et Psal. 6. Hier. 17. Sana me dñe, quoniam conturbata fuit ossa mea. Quoniam ergo Deus peccata nostra diligenter obseruet, nihilominus ad ignoscendum, durate hac via, est pronus. Per flagella quoque & penas curas cœlestis medicus culpas. Deinde vita humana quotidianum monstrat defecuum per quædam similia. [Mons cadena defluit,] i. cadendo paulatim deficit. Omne enim generabile, corruptibile est. Ideo montes quoniam sint magni, tamen per causam naturalem & violentiam possunt deficere. & saxum transfertur de loco suo, i. lapides quoniam sint du- ri, tamen exciduntur, & ad alia loca portantur. [Lapides excavant aquæ.] Frequenti enim in- cidentia stillicidiorum perforantur, iuxta illud:

Gutta cauat lapidem, non vi, sed sepe cadendo.

Ad quam cauacionem precedentes guttas disponunt, & quoniam perforationem inducunt, secundum philosophum, & alluvione, i. inundatione aquæ, & consumptione riparum ex aquis, & paulatim terra consumitur, jvnum enim elementum agit in aliud & ipsum corripit, quia cœtrarias habent inter se qualitates, i. hoies ergo similiter perdes, i. a vita hac abstrahens, & consumptione humili radicalis, a calido naturali deficeret facies, cum homo naturaliter sit res mollior saxe, minorque montibus, & instabilior lapide, habens in se qualitates cœtrarias, in se inveni agentes, atque ab iniuvem patientes. Et oborasi cum paululum, i. dedisti ei virtutem subsisten- di in vita hac ad modicum tempus, sicut iam dictum est: Breves dies hois sunt. Complexio eterni hois, exigit breuem esse podium vitæ humanae. Vt in perpetuum pertransiret] i. sic de vita ista per mortem abiret, quod nunquam ad huius vitæ statum revertitur. Sicque vt, tenetur hic consecutus, non causaliter. Unde superius diximus: Semitam per quam non revertar, ambulo. Et præterea S. Thomas exponit haec aliter, assertus est: Iob per haec futuram resurrectionem perpare ex comparatione hois ad inferiora, quæ totaliter constitutur auctoritate spe reparationis, vt montes & lapides. Sicque quod ait, hoies ergo similiter perdes, interrogando & negando legendum est, quasi dicatur: Non decet rationalem creaturam sic corrupti absque spe reparationis finem

seu resurrectionis, ut illa infima corrumptus. Sic quod exponit quod ait; Roborasti eum paulum, ut in perpetuum transire, i. non decet, ut ita ad modicum tenuis confirmaveris eum in tanta excellitia dono et natura, ut moriendo oino definit esse, nec vnguis resuscite. Immutabili faciem eius, in morte eam alteres & marcescere facies, in vita quoque varijs modis alteratur atque disponitur, secundum varietates affectionum atque eventuum anima, iuxta illud Proverbi. 15. Cor gaudens exhibilat faciem. Et iterum ait scriptura: Cor hois immutat faciem eius, & de sermone bono legitificabitur, & emittes eum, i. de terra tolles pro morte, quemadmodum Hieremias dixit ad Ananiam: Ecce dominus emitte te a facie terrae. [Sive nobiles fuerint filii eius] Nobilitate seculari atque carnali, [sive ignobiles, non intelligit] pater eorum post mortem. In quod etiam imperfectio hois declaratur, quod post mortem nescit quod agant, aut quod se habeant filii eius, nisi quantum fuerit ei reuelatum, vel per species in anima remanentes, seu ex propria cognitione in communione scire seu concire poterit. Quocirca scribit Gregorius: Sicut viventes ignorant quod loco mortuo sunt anima habent, ita mortui vita in carne viventibus ne scierunt, quod disponunt quod tamen de aliis sanctis sentiendum non est, quia quantum intus omnipotens Dei claritatem conspicunt, nil foris existens ignorant. Denique verbo lob consonat illud Esaiae: Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos, quod de Abraham & Iacob accipitur pro tempore quo erant in limbo, & de naturali eorum notitia. Animam vero mortuorum quae in purgatorio sunt, per angelicam reuelationem & item per animas de seculo hoc illuc aduenientes aliqua noscunt. De hac re plenius scripsi super Esaiam, & alibi. Et tamen caro eius dum vivit, dolebit, i. quod diu animata est, varijs subiect corporalibus penitus, spissatis quoque dolores animae in corpus redundant, & anima eius super semetipsam lugebit, propriam calamitatem, angustiam, imperfectionem & culpam in vita hac deplorabit, si tamen sensata sit. Ex quibus omnibus miseria hominis innotescit, quod beatitudine ipsius, vera & consummata non sit, nisi in Deo post vitam hanc.

[De moralitate eiusdem capituli.] Art. XXXXIV.

Lignum habet spem] Teste Gregorio, In scripturis nomine ligni, aliquatenus crux designatur, ut cum in Hieremias impensis dicunt de Christo: Mittamus lignum in panem eius. Interdum per lignum homo iustus sive iniustus exprimitur, ut cum per Ezechiel dicitur: Huius milia lignum sublimis, & exaltauit lignum humile: quoniam per lignum, incarnata patris sapientia figuratur, Salomon de ea dicente: Lignum vita est oibus apprehendentibus eam. Itaque hoc loco dum lignum homini pertinet, nomine ligni, homo iustus significatur. Per hoitem autem hominem carnalis notatur eo modo, quod ait apostolus: Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne hoies estis? Itaque lignum, vir iustus habet spem retributiois eternae felicitatis. [Si siccum fuerit, i. p fidei seu iustitia occidit, ex tunc vire rescit in patria, luce gloria immarcescibiliter hilariterque pulsus, & rami eius, i. imitatores eius ex ipso spiritualiter, pudentes, pullulat] i. virtuosis insistat operibus, eius exemplo accensi, iuxta apostolum: In omni opere bono fructificantes. Si seneritur in terra radix eius, i. virtus qua alios spiritualiter generare consuevit, in huius peregrinationis exilio aliquatenus (Deo permittente) peccati vetustate incurrerit, & in puluere] i. terrenis infimis, quod est. affectibus et mortuorum morte peccati fuerit truncus, i. corpus nullius] quod fit, quando membra exhibetur arma iniquitatis peccato. peccatorum autem carnalium est corpus praecepit instrumentum atque subiectum, saltem quo ad materiale huiusmodi vitiorum. [ad odorem aquae germinabit, i. per irrigationem & infusionem donorum spiritus sancti, viuificabitur vita gratia & virtutum, & equitati fructuosa deseruerit, & faciet comam, i. ornamentum bonarum cogitationum sanctarumque affectionum in capite anima, puta in mente. De huiusmodi causa loquitur sponsa, sponsum describens: Comus eius sicut elata palmarum, i. quasi cum premium plantatum est, sicut in prima sua conuersione ad Deum. Iustus enim electus, ut ait apostolus: Cum ceciderit, non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Immo talis frequenter post casum cauti et surgit, atque humilius vivit, propriam infirmitatem expertus & magis perpendens, alius quoque magis compatiens. [Homo vero] carnalis, arbor infrastructa, ariodum lignum, [cum mortuus fuerit] per peccatum mortale, de qua morte loquitur Christus: Dimitte mortuos sepelire mortuos, i. nudatus vestimentis innocentia ac virtutum, de quibus ait in Apocalypsi Iohannes: Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne ambulet nudus. [Atque consumptus] penalitatibus culpam sequentibus, omnique esse gratia gratum facientis priuatus, sicut spiritualiter annihilatus, ita ut de eo dicat apostolus: Qui se putat aliquid esse cum nihil sit. Si quidem peccatum nihil est, & nihil sit homo peccando. [Vbi quod est?] Quasi dicatur: Infeliciter fluctuat, miserabiliter evagatur, quia in creatore suo non quietatur, & ab eo quod vere est, auerteret, in regione dissimilitudinis sub iugo peccati & dominio diaboli, hinc inde statutus, de iniquitate ad iniquitatem ruendo. Hinc Ad dominum post culpam divinitus dictum est: Adam, ubi es? Quod si recedat aqua de mari, sic homo cum dormierit] somno peccati. De quod logutus est Paulus: Surge quod dormis, & exurge a mortuis. Itemque: Tempus est nos iam de somno surgere. Rom. 13. Haec est dormitio vitiosa, cui peraugil mensis custodia, & actuale virtutum exercitii contraria-

stantur. Quemadmodum enim somnus natura, est ligatio sensum & suspensio eius ab actibus suis scilicet somnis culpis, est virtusque actionis cessatio in commissione illiciti, vel omissione peccati, (quoniam resurget) p penitentiā a peccato, quod de reprobo induratoque hoste dicitur. Deinde Ecclesiastes: Peccator adiungit ad peccandum. Unde legitur Psalmus 1. Ideo non resurgent in primis Ecclesiastes, in iudicio quod de iudicio discretionis accipitur, quo homo inter bonum malum iudicatur, & preciosum a vili discernens, detestatur culpam quam incidit, per penitentiāque refurgit. De qua resurrectione ad Colossos 3. scriptum est: Si confusur resiliens cum Christo, a corpore sicut quaritur, donec alteratur cūlum, non euigilabit ad virtutem vigiliam. Cum enim homo in mortali decesserit, nunquam ad gloriam reducetur, sicut & cūlum nonnullum substantialiter destruetur. Quis mihi tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me domine praeterea furor tuus, & conatus mihi tenuis in quod recorderis me? Istud cum verbis sequentibus in officio legitur defunctorum, quod prima facie non faciliter videtur posse exponi in persona anima in Purgatorio constituta. Quidam enim haec verba ita intelligunt, quod tantus erit rigor & terror Christi in die iudicij, quod anima defunctorum maliter, durante iudicio, in inferno abficiatur, quod ratu vultu iudicis inveni. Sed non videtur hoc generaliter stare posse. Animam enim in Purgatorio constitutas, sciunt se in die iudicij nequaquam damnandas, immo interim vel saltus ante plationem sententiae oino purgandas. Christus autem in die iudicij electis non apparebit terribilis, maxime his qui de sua salutazione incerim se tunc certi sunt. Veruntur reprobis iudicium metuendum parebit, quod pena inferni eis proportionabiliter videbitur. Nihilominus ista de anima in Purgatorio sicut quecumque intelligi. Infernum quippe quatuor modis accipitur, s. pro loco damnatorum, de quo ait Salvator, quod dicas epulo sepultus est in inferno. Et Psalmus 85. Erupisti animam meam ex inferno inferiori. Secundo, pro limbo patrum, sicut Christus ad infernum dicitur descendisse. Tertio, pro Purgatorio, unde in Missa cantatur: Domine Iesu Christe, libera animas fideliū defunctorum de peccatis inferni. Quartio, pro limbo puerorum. Tanta autem est acerbitas suppliciorum Purgatorij, quod anima ibi deterrita, malent esse in inferno, secundum quod sursumtum, pro limbo patrum & puerorum, vbi pena sensus non sicut nec est, quod in Purgatorij sensibilius penitus. Immo in inferno damnatorum maliter est, & ab eius sensibilius penitus diuinus, ptegi, atque ibidem a Purgatorij cōmētis abscondi, donec ptransiret furor Dei, i. tenuis diuinæ vltionis, quo in purgatorio affliguntur, sed afflictio sensus finiretur, & tunc Deus recordaret eum, pducendo ipsas ad patrem. Itaque iuxta hanc sensum loquitur anima Purgatorio deputata: Quis mihi tribuat, i. vitinam mihi (o Deus) datur, ut in inferno pegas me, secundum sensum ptagium. Denique etiam de inferno, i. Purgatorio potest exponi, ut sit sensus, In inferno protegas me, i. in Purgatorio isto quo crucior, mihi clementer obumbras, supplicia releues, tam intensis doloribus me defendas, & abscondas me ita sub tua miseratione tam disticta punitione, donec ptransire furor tuus, i. quecumque mihi proorsus ignoras, & a penitentiā loco ad felicitatem deducas, & constitutas mihi tenuis in quo recorderis mei, i. horam miserendi, redimendi, beatificandi quod me, mihi ostendas, praefigas, accelereras, quia hoc reuelamen est pena, praeognitionis termini eius. [Puras ne mortuus homo rursus vivat?] Hoc anima loquitur, insinuans se optare sui corporis resuscitationem & resurrectionem, ut simul cum illo glorificetur, quasi dicit: Tu (o Deus) nosti quod defuncti resurgent. Ergo ad beatam resurrectionem celeriter opto pertingere. Hinc subditur: Cunctis diebus quibus nunc milito, i. cōtra penas quibus affligor, quod ammodo pugno, quoniam naturam appetitu eas abhorreo atque refugio, quis ratio dicet, quod ad satisfaciendū diuinę iustitiam sine patienter ferenda. Expecto donec veniat immutatio mea, i. translatio à miseria ista pena illi ad gloriam, resurrectio quod futura, quam vehementer affecto, inquantum erit p felicitatis augmento. (Vocabis mei) tempore à te ordinato a purgatoriis poena ad thronū cælestium, & infinite seculi me corpori reuniri iubebis, & ego respondebo tibi, i. tua voluntati obediendo, sive manum tuam porrige dexterā, i. tua omnipotente virtute haec fieri, & nūc in Purgatorio mihi (ut spero) manū porriges adiutricem, citra condignū puniēdo, & p alioque suffragia succurrendo, tenuis & velementiā punitionis meæ misericorditer minorando. [Tu quidē gressus meos dinumerasti?] qd nūc experientialiter scio, dum p omni actu illico quoniam libet modico, non satisfactorie emendato, penam sustineo, sed parce peccatis meis, p penam nūc mitigando. Nam quoniam ad culpā, in vita ista dimissa sunt eosque peccata, qd in Purgatorio statuunt, qd erit oratio p penia, secundum quod oratio est desiderij nūcius & interpres, nō prout est meritoria impetrativa, indulgentia, cum seipso iuvante non queat. Non enim sunt in statu merēdi aut demerendi, quoniam status ille finitur in termino viae presentisq; vite, puta in morte. [Significat quasi in seculo delicia mea] Pensandum ac formidandum hoc nobis est, qd s. Deus omnia nostra peccata tam diligenter conferuat, signat, atque commemorat, vt tempore suo nobis ea objiciat, nisi iam penitentiam veram egerimus. Hinc ait in Psalmus 49. Existimasti inique quod ero tui similius arguam te, & statuam contra faciem tuam. Porro, penitentib⁹ pie indulget. Propter quod additum sed curas iniquitatem meam. Varias namque sunt remedia contra peccata & medicamina

na, quibus curantur, quia & sacramenta nouæ legis (secundum Hugonem) sunt vasa medicinalia græ cōtentiva, virtuosa & curativa. Insup, per opa satisfactionis, p aduerfa & lacrymas, vel potius us patiētā in aduersis & internū dolore de Dei offensa, curantur, pserit peccata. [Mons cadens defluit] &c. [& homines ergo similiter perdes] Quia dicitur: Quanvis o Deus, homo (quantum ad corpus corruptibile) inanimatis rebus sit similis, quantum ad corruptibilitatem, non tñ decet ut eum perire permittras per culpam, quam ad tuam imaginem similitudinem creasti, sicut inanimata destruantur seu pereunt per naturam. Porro, secundum Gregorij, Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo j dūm hominem iustum, qui est per sapientiam altus, & virtutibz firmus ac solidus, repentina & improuisa tentatio inuidit & concutit & prosternit, ita vt non nisi post ruinam, tentationem suam perpendat. [Lapides] vero excauunt aquæ, & alluvione terra paulatim consumuntur] Dum iustus paulatim tētatione inficitur, & leuibz motibz successiue deñicitur, non tam nimis etat, q assiduitate tētationis, qua impugnatur. Exempli primi in adulterio David cum Bethsabee. Exempli secundi in Salomone, quo ad incōtinentiam eius. [Roborasti eum paululum] donis gratia in pñenti, vt in pñpetuum pñtransfit. de vita hac ad pñpetuum caelstis paradisi manu onem, atq; ad dona gloriæ & eternaliter perueniret. Parua aut sunt oia vita pñsentis, compariōne beatitudinis semper terrena, siue nobiles fuerint filii eius, siue ignobiles, non intellige. Hoc valet ad increpatiōnem & informationem parentum carnalium, qui superflue pro filiorum nobilitati, prosperitate, promotione solicitantur & occupant, quia cum venerint ad tormenta, nil sciunt de statu vita pñsentis & consistentiā filiorum suorum, nisi per modum præcedenti articulo scriptum immo frequenter mortuorum parentum augentur sup plicia ex vita carnali filiorum, quam adiutorio parentum suorum adepti sunt.

Declaratio literalis cap. 15. Respōdens aut̄ Eliphaz Themanites, dixit. Art. 35.

Hec iam inchoatur secundus circulus disputationis inter amicos Iob & ipsum beatum Iob. Et ista eorum disputatio est replicatio quedam contra responsiones, quibus Iob respōdit primis illorum instantijs. In principio ergo huius capituli, Eliphaz inuective pñfatur aduersum Iob, quasi superbe, pñsumptuose, iactanter, & iracunde seu impatiētē locutus sit. Præterea, secundum quosdam, amici Iob, non posuerunt homini vitam aliam quam pñsentem, ita q; animam rationalem dixerunt mortalem, & secundum eos Iob disputat contra hoc. Sed vt sapientia iam ostendit, illa non fuit opinio virorum illorum, quod etiam coniici potest ex hoc, q; nullus eorum arguit contra verba Iob, quibus afferit anima immortaliatem & resurrectionem futuram: quod tamen (ni fallor) diligenter fecisset, si talis fuisset eorum opinio. Respondens aut̄ Eliphaz Themanites, dixit: Nunquid sapiens respondebit, quasi in ventum loquens? Quasi dicat, tam sapientē non pertinet inaniter loqui, & iactanter atq; inutiliter respondere aut farī non ad veritatem & rem, sed solum ad aerem, loquacitati superflue insistendo, ne victus aut indoctus putetur: immo sapientis est, verba sententio sa humiliter & modeste proferre, ordinate q; loqui, & respondere succincte, multiloquia de uitando. Hinc scriptum est in Eccl. V erba sapientum, statim ponderabuntur. Et rursus: In ore satuorum, cor illorum: & in corde sapientum, os illorum. Fatui enim q; quid corde conceperint, mox proferunt ore. Sapientes vero os suum aperiunt secundum recte rationes censuram. Hinc quoque Proverb. 16. dicitur: Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est. Et implebit ardore i. feruore & impetu ira, indignationis seu impatiētē stomachum suum, animal suum vel mentem, quæ metaphorice stomachus appellatur. Nam sicut in stomacho cibaria digeruntur, sic meditationes quibus anima pascitur, in mente tractantur. Rursus sicut ex stomacho ardore impletō fecitus fumus eructatur, ita ex animo passionum ardore succenso, verba prodeunt vitiosa. Verunt̄ ardore ira, seu ira quæ feruor qdām est, subiectus est in appetitu sensitivo, non in superiori anima portione, nisi per consensem & affectum, in quantum memoriæ passioni consentit, & ea obruitur. Ira aut̄ per zelum, est in ratio ne seu mente, etiam per caufam, qm ratio illam sponte ariet. Vult itaq; dicere, q; sapientis non est, ira aut impatiētia inflammati, cum scriptum sit: Ira in sinu stulti requiescit. Et spm ad irascentium facilem quis poterit sustinere! Mansuetudo nempe & patiētia sunt signa sapientie, iuxta illud Iacob. 3. Quis sapiens & disciplinatus inter vos? Ostēdat operationem suam in mansuetudine sapientie. In Prover. q; scribitur: Qui patiens est, multa gubernat prudētia. Qui aut̄ impatiētis est, exaleat stultitiam suam. Et alibi Salomon ait: Doctrina viri pñ patientiā noscitur, & gloria eius est iniqua pñtergredi. Sapientia est, ordinare & irrationabiles motus compescere. Etis vero verbis Eliphaz arguit S. Iob de elatione, inanici gloria & ira cundia, qm alioq; dixit ad suam laudem & perfectionem spectans, amicos quoq; suos ducere corripuit. Arguitis verbis eum, qui non est æqualis tibi, verbis tuis pñsumptuolis dero gas Deo, eiusq; iudicium reprehendis, afferendo te ab eo tua culpa à Deo plagatum, qui ma tor est te infinitus. Iob Eliphaz ait, Quia Iob superius dixit, Si indicatus fuero, scio q; iustus

Eccl. 31.

Eccl. 7.

Pro. 18.

Pro. 14.

Pro. 19.

inneniar. Et multa similia dixit, sed Eliphaz non recte intellexit sermones Iob, nec originē unde pñcesserunt, attendit. Sicut cum Iob afferuit, disputare cum Deo cupio, Eliphaz intelle xit q; vellet quasi discutiēdo opera eius & cōtentiose disputare cum ipso, quasi ambigere, an iusta esent: Dei iudicia, & loqueris quod tibi non expediat. Inminus dicit, & magis inedit, tanq; dicati. Verba tua saluti contraria profers. Quātum in te est, euacuasti timorem, ita tñ more Dei reverentiali ostendis te alienū ac nudum. Immo ostendis quantum in te est, Deum à nullo esse curandū, aut formidandum, dum tam irreuerentali alloqueris eum, & faris de eo. Hinc superius Eliphaz loquit ipsi Iobi: vi est timor tuus; [& tulisti] i. abstulisti [preces co ram] Deo, per impietates tuas fecisti te indignū exaudiār ab eo, secundū illud Proverb. 28. Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Docuit enim iniquitas tua os tuum, ex impia cōuerſatione & interioris malitiæ abundātia didicisti tam impie lo qui de Deo, prout afferit Christus: Malus homo ex malo thesauro cordis sui profert mala. Item q; Ex abundātia cordis os loquuntur, & imitari linguis blasphemantij, verba blasphemiam includēt, pñfers, affirmās q; sine tuo de merito te Deus plagauerit. Hoc enim Eliphaz reputauit derogare diuina iustitia, & ex cōsequenti blasphemiam cotinere, pñsertim q; Iob dixit de Deo: Si flagellat, occidat se mel, & non de penitentiā innocentū rideat. Quod Eliphaz sic accepit, quasi Iob insinuaret Deum esse crudelē, atq; in punitione iustoz ac pñtione hoīm gloriantē. Condēnat te os tuum, ita vitiosā & impia tua sunt verba, vt ipsa te reproba tio dānati, q; dignū monstrēt ac statuat, nec opus est vt ego vel alter te cōdemnet. & labia tua rñdebunt tibi, verba labiorū tuo, q; per modum causæ meritoriz, vicissitudine tibi reddēt, hoc est, causa erunt, q; p tanto verbo excessu adhuc debite punieris. Sic q; dñs ait Iohel. 3. Cito velociter reddam vicissitudinem super caput vestrum, Vellabia tua rñdebunt tibi, i. materiam tibi respondent pñstabant, iuxta illud: Ex ore tuo te iudico serue nequā. Vel rñdebunt tibi, i. causam eius quod queris, videlicet causam tua flagellationis tibi ostendent, eo q; sua prauitate pñstant te esse nimis culpabilem, ideoq; pculsum. Consequēt per multa ostendit excellentiam Dei super Iob, ad probandum q; non docuit ipsum Iob tam audenter alloqui Deum, aut fari de eo, ita vt diceret: Disputare cum Deo cupio. Nūquid primus homo tu natus es, & ante colles formatus? Nunquid cōsilium Dei audisti, aut inferior te erit eius sapientia? Tanq; dicat, tam superbe profaxis, quasi primus & eminētissimus hoīm es, sic q; competet tibi pro toto genere humano disputatione cum Deo, & quasi Dei consilio in terruisse, aut Deo in sapientia es æqualis, cum tñ non sis hoīm primus, nec Dei consilio interfuerit, sed eius sapientia inferior es infinite. Vnde Hierem. 23. dicitur: Quis affuit in cōsilio dñi, & vident & audiunt sermonem eius? Denique cōsilium Dei, prout in ipso Deo est, nullus pñfecte scire aut cōprahendere valer, nihilominus partim & aliqualiter hoībus innotescit dupli citer. Primo, per suos effectus, vt cum in re ipsa cōpletum est, quod Deus suo decreuit se factum cōsilium. Sic q; per Hieremias populo ludoxo testat: In nouissimis diebꝫ intelligetis con filium meum. Secundo, p revelatione, q; diuinus reuelatiū est sanctis qbusdam hoībus & p illos ceteris. Sic enim Chri secundū formā assumptā vocat magni cōsilij angelus, i. nūcius, q; di uis sapientia secreta ac dispositionem circa hoīm saluationē, nūcianit hoībus, sicut ait Apłist: Quæcumq; audiuī à patre meo, nota feci vobis. Paulus q; loquens discipulis: Non subterfugi, inquit, q; minus annunciare vobis omne cōsilium Dei. Hoc etiā modo B. Iob alioq; diuinis cōsilij mysteria p revelatione interiori auditu audivit magis, q; Eliphaz estimauit. Quod aut̄ cōsilium Deo conueniat, supra expostum est. Porro quod ait, Nūquid primus homo tu natus es, diligenter oportet aduertere. Si enim de prioritate tēporis sermo sit, primus homo non est propriè natus, sed Deo agēte formatus. Si vero de prioritate dignitatis sit sermo, iste est sensus: Nūquid primus, i. excellentissimus homo tu natus es, vt sic te pñferas ceteris? Quid nosti quod ignoramus? Quid intelligis quod nesciamus? In hoc patet superbia Eliphaz, Iob enim amicis suis illuminator ac sapientior fuit, & rectius sensit de prouidentia Dei, q; illi. Denique quod ait, Quid nosti, accipi potest de notitia humanorū, vel de notitia ex instructione aliorū, vel de notitia fidei. Quod vero subiungit, Quid intelligis de scietia diuinorū, vel ex consideratiōnē pñpria cognitione, vel eorum q; per naturalem rationē noscunt. Et senes morum pñbitate seu mentis canicie, & antiqui, tempore lōgiturnitate seu experimentoz acceptiōne, sunt in nobis jā qbus instruci, vel etiam pñgati sumus, q; multo veruſiores q; patres eui, jā qbus doctus & genitus es. Ideo plura q; tu scire valemus. Vnde superius dictum est: In Iob. 13. antiqui est sapientia, & in multo tpe prudētia. Talibꝫ ergo cedēdū, credēdū, attendendū, q; iuxta illud Eccl. Non te pñtereat narratio seniorum, & ipsi enim didicerūt à patribus suis, qm ab Eccl. 6. ipsi disces intellectum. Et alibi: In medio presbyteroz sapientiū ita, & ex corde coniunge re sapientia illorum. Nunquid grāde est, i. magnum atq; in solitūm aut arduum Deo est, vt consoletur te Deus in tanta pena ac desolatione? Quia dicitur: Non vtiq; cum Deo ve lut consolitudinariū facilimūm q; confusat, afflictiorū angustias relueare, desolatorū

me sitiam mitigare, omnibus penitenti & iusto consolationem in aduersis cōferre, sicut ait
 2 Cor. 1. Ap̄l̄us Benedictus Deus, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Qui per Esaiam ait: Quō si cui mater blandiat, ita & ego cōsolabor vos. Sed verba tua prava, quibus te exaltando, derogas Deo, hoc phibent, & consolatione diuinā te indigni efficiunt. Peccata etenim nostra inter Deum & nos inducunt dis-
 Hier. stantia, impediūtq; à nobis Dei consolationē & gratiā, sicut in psalmo peccatorū in Hierem.
 habet uirilnigates nostræ declinauerit hęc, & peccata nostra phibuerit bonū à nobis. Quid te eleuat cor tuum? cur te supra p̄pprium gradū & humana fragilitas mensurā sic erigit?
 Abd. Superbia eīn est velut tumor atq; ęrecciónis cordis cęca, inordinata & fulta, iuxta illud Abdīęz
 Superbia cordis tui exultit te. Et Esaię 3. Elevate sunt filii Sion, & ambulauerit collo exten-
 to. & quasi magna cogitatio, mirabilia, diuina & alta cōtemplatio, signum inte-
 rioris superbia stendente foris in apertione & ęrectione, q̄ habet oculos. Nēpe, q̄ talia sub-
 limia intuel, in stupore adducitur, ab exterioribus q̄q; abstracti, oculos habet q̄si pau-
 factos sive attonitos. Interior eīn dispositio animæ, in exterior b', p̄fertim in visu, cognoscit
 ac reluet, iuxta qd legi in Eccō. Ex visu cognoscitur vir, & ab occurru faciei cognoscit sen-
 fatus. Itaq; Eliphaz intendit, q̄ lob ex superbia talem assumptis oculis, q̄lificationem, q̄t m-
 solēt habere sapientes magnis cōtemplando intenti, q̄tenus ipse putaretur sublimia cōside-
 rare. Et sic etiā notat eum hypocritis. Quid tumet contra Deum? i. ad Dei contumeliam atq;
 iniuriam & contra ipsius iustitiam, sp̄sus tuus? Iquia ita te laudas, vt diuinā iustitiam neges,
 & cum Deo quasi cum pari contendere seu disputare vñspurias. Ideo addit: Evt p̄feras de ore
 tuo huiusmodi sermones, quos nefas est mente tractare. Concepti aut, sunt reprimendi, ne
 foris erumpant. Hinc eos sine pauro proferre, intoleranda est arrogantiq;. Sic Eliphaz affi-
 mavit lob reprehendens, quia nimis se iustificauerit, vt Eliphaz apparebat. Vnde adiecit
 t. Quid est homo vt immaculatus sit, ji, homo non est tam excellentis naturæ, vt inculpabilis
 cōsideretur, & iusti' apparet homo, quoniam iustus est [de muliere]. Propter quod fragilis
 est natura, p̄sertim in adolescentia pronus ad vitia, & debilis ratione, videlicet sapientia
 & virtutibus nondum perfecte armatus, propter quod sine peccatis non viuit, sicut & Salo-
 mon loquitur: Non est homo super terram qui faciat bonum, & non peccet. Sed vt patet ex
 Eccl. 7. dictis, nec lob ista negavit, & Eliphaz cum ceteris condiscutantibus, verba magis q̄m ceteri
 3. Reg. 18. lob multoties reprobarunt. Ecce inter sanctos eius suis fini comprehensores, vt ceteri cōle-
 stes sive viatores, vt virtu heroici divini perfecti. [nemo i. nulus immutabilis] quod dupli-
 citur verum esti Primo, q̄m oīs creatura aliquam habet variabilitatem, imo & variationem q̄
 quia in beatis etiam post resurrectionem erit successio appr̄hensionum circa quadam in-
 feriora obiecta, secundum Augustinum corpora quoq; hominum glorificata, erit mobilis
 loco. Hinc (secundum Apostolum) Solus Deus habet immortalitatem, i. omnimodam incom-
 mutabilitatem, secundum Augustinii interpretationem. Secundo, quoniam omnis intel-
 luctus creatura, etiam angelica, quia ex nihilo est, & distans à suo fine, secundum se accepta
 ac libera, naturaliter electi potest sive in bonum, sive in malum. Cōfirmatiōem autem in bo-
 no fortitudo per gratiam, obstinatiōem in malo per malitiam propriam. Hoc idem Eliphaz
 Job. 4. dixit supra: Ecce qui seruunt ei, non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem, de quo-
 rum intelligentia plenus dictum est ibi. & cali non sunt mundi in conspectu eius. nec ci-
 ues nec orbes celorum mundi sunt comparatione Dei, qui infinita est puritas, sicut com-
 paratione eius nemo bonus aut sapiens. In omni quoq; creatura est aliquid potentialitatis,
 defectibilitatis ac indigēt, propter quod indiget inde sinerter conseruari à Deo, de hoc di-
 flū s̄p̄ atq; diffusus. Quādo magis abominabilis, per graviora peccata, & inutiles, per pec-
 cata minoria homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem, per consensem eam intra se trahit
 & glutit tam immoderate, abundantē & prompte, vt biberit aqua, quæ cara non est, pro-
 pter quod sine difficultate accipitur: & per hocem hunc, intelligit ipsum lob, quem ex dete-
 stione non exprimit, quemadmodum nec Iudei Iesum Christum coram Pilato, dicentes
 Ioan. 19. non hunc, sed Barrabam. Et iterum: Hunc inuenimus subuentem gentem nostram. Simi-
 Job. 34. liter infra Elihi ait: Quis est vir vt lob, qui biberit subfannationem quasi aquam? In his atq;
 similibus considerare & imitari debemus persecutions, derisiones & patientiam. S. lob, &
 ex levibus causis non instar canum ad impatientiam agitari. Ostendam tibi veritatem &
 tuum errorem, gaudi mejvt decet reprehensibilem à correptore audiri intente. [quod vidi]
 oculis mentis seu corporis, & ex rerum processu consideravi. Narrabo tibi. Sapientes confi-
 tentur. Vera est quæ dico, & veritatem in oībus ipsi fatentur, iuxta illud Prouerb. 10. Labia
 iusti erudisti plurimos. Nam & Eccl̄us 2.0. dicit: Sapientia absconsa & thesaurus inuisus, que
 utilitas in utrīscq; & non abscondunt patres suos, à quib; generati sive instructi sunt, sed eos
 allegant, laudant, cognitos faciunt, secundum illud Eccl̄i 4.4. Sapientiam patrum narrant po-
 puli, & laudem eorum nunciat ecclesia, quibus folia data est terra, i. exercitorum dominatio-

ua possessio solis sapientib; est collata, q̄m sic possident terram, & non possident ab eavtū
 turq; sensibili bus rebus salubriter, referendo eas ad debitum finem. Porro insipientes ac iū
 pī possidentur à terra, & abutuntur terrenis, vīcti illorum inordinato amore, secundum qđ
 in Sapientiæ libro ferrari: Creaturæ facta sunt in odium & in tētationem animæ hominū, & Sap. 14.
 in muscipulam pedibus insipientium. Hinc mitibus possessio terra p̄mititur. & non trā-
 sibit alienus per eos, insipientes & impī cum sapientibus forte, & societatem non obtine-
 bunt, sicut inter electos reprobi non annumerabuntur. Alienus quoq; à sapientia non trās-
 per sapientes, i. per viam illorum, videlicet per diuinorum obseruantiam praeceptorum, iu-
 xta illud Esai. 35. Via sancta vocabitur, & non transibit alienus per eam. Hinc Eccē 2. habet:
 Vidi qđ m̄ pr̄cederet sapientia stultitiam, qđ tum differt lux à tenebris, quibus consonat il-
 lud 2. ad Corint. 6. Quæ societas luci ad tenebras, quæ aut conuentio Christi ad Belias, aut
 quæ pars fideli cum infidelit. Cunctis diebus suis impī superbit, non oībus dieb; sive vītæ
 quia non ante vīsum rationis, sed cunctis diebus sua impītatis. Quicunq; in mortali pecca-
 to est, superbus censetur, quia diuinis pr̄ceptis rebelli, & Deo nō subditus, sicut fertur in Psal-
 mo ad Deum: Superbia eorum qui te oderunt, afficēt semper. Pr̄terea electi aliquoties ad psal. 73.
 tempus errant atq; superbiunt, immo interdum de speciali sibi data gratia seu bonis operi-
 bus excoluntur. Sed quia electi sunt, ante vitæ terminum ad humilitatem per penitentiam re-
 vertuntur. & numerus annorum incertus est tyrannidē eius, q̄ diu in vita manebit, & ty-
 rannidē exercere sinetur, ignorat. Potestem enim qua abutitur, habet à Deo, & nescit q̄n
 tolleret ab eo. Tyrannus aut (vt dicit Boethius, quem ad hoc allegat Albertus) est, q̄ regimen
 reipub. in documentum populi & utilitatē sui malitiose conuerit. Vnde ait Gregorius: Ty-
 rannus propriè dicitur, qui in communī republika non iure principatur. Verumq; tyrannus
 in scripturis aliquā alter sumitur, sicut in Daniele & Hester. Ex his generaliter dicitur, descen-
 dit ad increpationem B. lob, qui supra frequenter assertur, se in angustiis & timore doloreq;
 positum in dolore, propter mala pr̄senta, in timore futurorum. Sonitus terroris semper
 in auribus illius, ad quemlibet strepitum improsum metuit sibi aliquid mali iam immi-
 nere, quia de nullo confidit, metuitq; si sibi ab alijs fieri, quō ipse eis fecit. & cum pax sibi, q̄
 nemo sibi aduersetur, sille insidias aspiciatur. Quicquid enim contra proximos cogitat, hoc
 contra se à proximis excogitari formidat & conscius sibi propria crudelitatis, reveretur sem-
 per sibi instare quod meruit, sc̄iēs te dignum odio, nō amore ex se, quis propter Deum aman-
 dus sit. Hinc Sapient. 17. dicitur: Cum sit timida nequitia, dat testimonium condemnata,
 semper enim pr̄sumit sua per turbata conscientia. Et Prouerb. 2.8. Fugit in: prius nemine
 persequente, justus aut quasi leo confidens, absq; terrore erit. Siquidem conuersatio virtuosa
 parit fidem, & fortitudinem tribuit cordi. Ideo Salomon protestatur: In timore dñi fiducia
 fortitudinis. Et de iusto loquens Psal. iii. Ab auditio, inquit, mala non timebit: Para-
 tum cor eius sperare in dño. Hinc dicit Gregorius: Nil simplici corde felicius, q̄a q̄ innocentia
 erga alios exhibet, nihil est quod ab alijs pati formidet. At contra mena prava semper
 in laboribus estriqua aut molitus mala quæ inferat, aut metuit ne hac sibi ab alijs inferatur
 & quia semper agit dolose, contra se agi metuit insidiose. Non credit q̄ reverti posuit de te-
 nebris ad lucem, i. aduersitatib; atq; periculis ad securitatem & pacem, quia de nullius ope-
 & fidelitate confidit. Circumspectans vndiq; gladiū, ex omni parte suspicans sibi gladium
 inimicis hostilem, intelligendo per gladium omne pr̄hū instrumentū, sicut p̄ panē intelli-
 gitur qlibet cibus, vnde subiungit: Cum se mouerit ad q̄rendum panem, cibū sumere vo-
 luerit, & nouit q̄ parvus sit in manu eius tenebrae dies, hora mortis, q̄a & tunc meruit in-
 sci & veneno aut aliq; modo perire, secundū qđ nouit se meruisse, vnde nec in domo alis suis
 cōfidit. Terribit eum tribulatio, quā appr̄hēdit sibi instare. & angustia i. timor cor pre-
 mēs, vallabit eum, circūdabit intus, sicut regē q̄ p̄parat ad p̄lūmū vallat exercitus vel pre-
 mit angustia. Nam metuit plurimum ne vincat, aut sive derelinquet, seu p̄dit occidat ab ho-
 stibus. In oībus his atq; sequētibus Eliphaz notat, tāgī & pingit B. lob, q̄ sī pauidus fuit
 ex mala cōscientia & p̄cedente supbia atq; sc̄utia, ideoq; desperauerit de cura suę p̄cussionis,
 & angustiatus sit vndiq;. Tētendit em̄ aduersus Deum manū suam, i. a. & usus exhibuit
 diuinæ legi & voluntati contrarios, iuxta illud Ose. 7. Extendit manū suam cum illis foribus,
 & contra oīpotentem roboratus est, i. potentia sibi data abusus est, ad illūctū vteus ea, atq;
 ad operandum iniqua se varijs modis armavit, fraude, ferro, insidijs, auxiliarijs, confiliarijs,
 Cucurrit, ad impītates processit cum feruore peccāti, & sine obstaculo, aduersus eum
 i. contra Dei prohibitionem erecito collo ex interiori pompa inflato, & pingui ceruice ar-
 matus est, crupulose se habuit, & carnalitate contra iustitiam se munuit. Pinguedo aut ex
 abundantia humorum causatur. Tales quidam suisse in scripturis leguntur, vt Pharaō q̄ ait
 Exodi 16. Quis ē dñs, vt dimittat Israel, nescio dñm, & Israel non dimittat. Semnacherib
 quoq; rex Assyriorum, qui (vt 4. Regum lib. & in Esaiā legitur) scriptit ad Ezechiam: Non 4. Reg. 16.

<sup>Dan. 6
2. Mac. 14.</sup> te decipiat Deus tuus, quia non poterit te liberare de manu hac. Deniq; Daniel loquitur Bal-
tasar regi: Aduersus diuatur celi eleuatus es, & Deum qui habet flatu tuum in manu sua,
non glorificasti. Sed & 2. Machabiorum fertur: Nicanor extendens manum ad templum,
iurauit: Nisi ludam vincitum mihi tradideritis, istud Dei phantū in planitiem deducā. Et se-
quenti ibi capitulo interrogauit: Si est potens in celo, qui iussit agi diem sabbatorum? & re-
spondentibus ludoxis: Et si, ille ait: Ego potens sum super terram, q; impero sumi arma. Ecce
quod mentem excusat superbia: [Operuitji, virtuosa caligine texit (faciem eius) i. oculum
mentis seu intellectualem notitiam. Spinguedo] i. carnalitas & opulentia rerum, que con-
siderationem mentis obnubilant, & diuinam illuminationem impediunt, iuxta illud Esa. 2.8.
Quem docebit dñs sciētiam? & quem intelligere faciet auditum: ablaclatos à lacte, aullos
ab ubere, & à lateribus eius aruina dependet] i. collateralibus eius similis carnalitas ex ipso
adhaeret. Frequent etiam corporaliter sic contingit, q; factis principis superbi taliter ima-
pinguetur, & latera eius aruina abundant, quemadmodum Iudic. 4. legiuriē rat aut̄ Eglo-
rex Moab crassus nimis. Et Agag rex Amalech, fertur fuisse pinguisimus. Consequetur tan-
git aduersa, qui crudeli superbo & opulento solent accidere, interdum em̄ de loco suo expel-
litr, unde adiungit: habitavit post factus est fugitiuus, in ciuitatib; desolatis & in domi-
bus desertis, qua pro parte in tumulos i. aceruosis sunt redacta. Talia enim latibus secreta
collapsa consueverunt querere fugitiu, expulsi, inueniri timentes. Non ditabitur quia ali-
orum bona amplius tollere non audebit, nec poterit, nec peruererabit substatia eius] i. opes
sua ab eo tollentur, vt sicut alios spoliavit, spoliatur & ipse, iuxta illud Esa. 10. Mitteret dñs in
pinguib; tenuitatem. nec mittet in terram radicem suam] i. decātero fecundus & fructu
osus non erit, nec ad pristinam prosperitatem redibit, quō arbor extracta & iterum impla-
tata, in terram miserit radicem, denuo cōualescit quod si non fecerit, prorsus arescit. Hinc
Sapientia 4. habetur: Adulteria plantationes non dabunt radices akas. Atq; in Psalmo dī-
psal. 51. citur impius: Deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radi-
cem tuam de terra viuentium. Non recedet de tenebris, aduersitatis & prauitatis, sed in mis-
seria erit culpa & poena. Ramos eius] i. boleum, farefaciet flammaj, gravis aduersitas, seu
rigorosum & consumens iudicium Dei. & auferetur de vita, spū oris sui ab eo] i. per ablati-
onem spū sui à corpore, iuxta illud Psal. 145. Exhibit spū eius, & revertetur in terram suam.
Vel spū oris sui, i. propter animositudinem sui cordis, q; in verbis ore prolatis ostenditur. Non
credat frustra] i. inaniter errore. Iuana spei deceptus, q; aliquo precio redimendus sit] i. ali-
cuius subfido de manu summi iudicis eruendus, vel à praesenti miseria subleuādus, sed tanq;
prauissimus & à suis spernetur. sic ait Psal. 48. Frater non redimit, redimet homo, non dabit
Deo placacionem suam, & precium redempcionis anima sua. In lib. quoq; Paralipomenon
a. par. 19. dicitur: Non est apud dñm Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec ac-
cesso munerū. Anteq; impleantur dies eius, peribit] i. anteq; naturalis periodus suę atatis com-
pleteatur, decederet seu morietur. & manus eius arescent] i. vis operativa & opera eius cessabit.
Sic & Proverbio. 10. legitur: Quasi tempestas transiens impius non erit. Eccē quoq; 8. Non
sit, inquit, bonum impius, nec prolongentur dies eius, sed quasi umbra transiens, qui non ti-
ment faciem dñi. Et in Psal. 54. Vix sanguinum & dolosi non dimidiabit dies suos. Læde-
tur quasi vinea in primo flore suo] i. sicut vinea lædetur in primo suo flore, quando leui pru-
na excoquitur, & paruo ardore incenditur, ita lædetur botrus eius] i. fructus seu opus iniqui-
tatis q; quasi uita vita gratis non habebit, nec diu subsister. & quasi oliua prōsicens florem
suum] i. cuius flos decidit, & in oleastrum degenerat, infuctuosaq; fit, ita & iste perit ac de-
finit. Congregatio enim hypocrita steriles] i. res ab hypocrita collecta, fit infuctuosaq; fit, quia
habent noxiua, & aliquando ei auferunt. Ipsi quoq; hypocrita pariter congregati, a bonis
sunt actibus steriles, & infuctuosis arboribus similes, nec apud Deum sortiūtur mercedem,
qui humanam cupiunt laudem, & simulatione se palliant, & ignis deuorabit tabernacula
eorum, qui munera libenter accipiunt] i. auarorum qui amore donorum pertuerunt iudici-
um. Aliquando nanci contingit, vt iniuste adeptae, per graues aduersitatum molestias aufe-
rantur, & talium domus incendantur. Sed nec istud, nec alia iam prædicta, vniuersaliter acci-
idunt secundum superficiem literalem, cum impii s̄pē v̄sq; ad ultimam pertingat etatem,
& v̄sq; ad mortem prosperitatibus iugiter potiantur, neq; ab homine aliquo deuastentur.
Vnde in istis spiritualis exposicio subtilior, verior, generalior] q; consitit. Veruntamen loqui-
tur ista quasi ad literam, quia in omnibus notat & pungit lob, quod s. ob suam auaritiam
substantia eius igne consumpta sit, & ipse adhuc fatis recens v̄sq; ad mortem ob suam impi-
etatem percussus sit, nec putet se aliquo precio redimēdum. Concepit dolorem] i. tristitiam
de aliquorum prosperitate, & pre cogitauit qualiter alijs noceat, dolorem] q; inferat. & pe-
nit iniquitatem] i. impian conceptionē opere adimplevit, & vterus eius] i. mens sua que
Ioan. 7. in scripturis s̄pē venter vocatur, ut cum ait Salvatorum flumina de ventre eius fluant aquæ
vnuæ

viuæ. Et in Psal. 109. Ex vtero ante luciferum genui te. Quemadmodū enim corporales con-
cepimus fūnt in vtero, sic spūiales in mēte. [præparat dolos] i. artes fallendi excogitat atq; infer-
re disponit, quod de hypocrita dicitur. Hypocritaz nempe est, non aperte, sed latēter ac frau-
dulenter alijs documentum inferre. Similiter ait Psal. 7. Ecce parturuit iniustitiam, conce-
pit dolorem, & peperit iniquitatem: lacum aperuit, & effudit eum. Et Hiere. 9. Habitatio tua
in medio doli. In dolo rennuerunt me scire, dicit dominus. Postremo (secundum Grego-
rium) tanto semper maiorem malitiam contra proximos in mente hypocrite cōcipit, quan-
to præ alijs viderit innocentior quārū: quod quām impium sit, Esaias sic aperit: Fraudulenti Esa. 32.
vafa pessima sunt, ipse enim cogitationes concinabat ad perdendos mites in sermone men-
daci. Item] q; in Psal. 5. Linguis suis dolose agebant, vbi mox subditur, Iudica illos Deus. De-
cidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quo-
niam iritauerunt te domine. Hæc autem de hypocrita Eliphaz introduxit, ad insinuandum
q; lob hypocrita fuitideo] q; congregata ab eo, perierunt, & ipse plagatus hinc fuerit.

¶ De moralitate eiusdem cap. Art. 36.

R Espondens autem Eliphaz, dixit: Nunquid sapiens respondet quasi in ventū loquēs,
& implebit ardore stomachū suum? Per Eliphaz designatur quispiam errans, pro-
prio iudicio sapiens, sed à veraciter sapiente diligenter correptus, & charitatiue instructus.
per lob autem intelligitur quicunque vir iustus & sapiens, erroribus impiis resistens, veraq; docens. Quemadmodum ergo Eliphaz à lob digno correptus, reprobatus, instructus, non
gratianter accepit, nec acquieuit, sed inuenienter loquutus est, & duriora respondit: ita animo-
si & sciolis, audaces & sibi placentes, à superioribus, melioribus aut sapientioribus amoroſe
correpti, intumescunt, indignantur atq; redargunt, & correptoribus grauiora imponunt:
& quod ex charitate, ex equitate, sapientia vel ita per zelum prolatum est, ex auersione, psum-
ptione, ira seu impatientia dictū causantur, indeq; deteriorantur, vnde debuerunt emendarī.
Tantam ergo abusione, pueritatem, ingratitudinem] q; vitemus, & correpti ac informa-
ti cum patetis & gratia actione acqescamus. Deniq; verba amicorum lob, quis ab eis ad
malum finem, videlicet ad reprobationem accusationem] q; lob ordinent, & ei impie appli-
centur, nihilominus in se frequenter sententiosa & profunda sunt. Sic q; ea secundū se con-
siderare debemus, & ex eis proficeret. Vnde & nunc ex verbis Eliphaz discamus non log in
ventum & aerem, nec iracudē aut turbulentem. Scriptum est enim Sapiens in verbis scriptum
amabilem facit. Et rursum: Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furem.
Item] q; Eccē 8. Sapientia hoīs lucet in vultu eius. Idcirco non decet sapientem cum turbu-
lentia log. Propter quod Esaias de Christo prædixit: Non erit tristis neq; turbulentus. Ita q;
verba vētōla & garrula deuitemus, cum Eccē 19. dicat: Qui odit loquacitatem, extinguit ma-
litiam. Arguis verbis eum qui non est aequalis tibi. Hoc obiquid est his, qui superiores
suos irreuerenter corripiunt, cum & seniores, quis non præsist, reverenter alloquendi sint,
dicente Ap̄lo: Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. & loqueris quod tibi non
expedit] Quicunq; alceri verba iniuriosa, inordinata aut vindictoria loquuntur, si bispī ma-
gis q; alteri nocet directe immo se grauitē lēdit, & alter nisi propria impatientia aut simili-
culpa vincatur, nullum inde sustinet detrimentū, sed magis fortitur, pfectum. Deniq; ad hoc
vt homo non loquatur quod sibi non expedit, p̄cipua indiger gratia. Propter qd orat Psal.
Pone dñe custodiām ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Eccē quoq; 22. sic habet:
Quis dabit ori meo custodiām, & super labia mea signaculum certum, vt nō cadam ab ipsi,
& lingua mea me perdat? Quantum in te est, euacuasti timore. Quicunq; audacter & absq;
timore libere peccat, & alios scandalizare non metuit, seipsum à diuino vacuum facit timo-
re, alios quoq; quantum in ipso est, p̄tēbens eis peccandi audaciam, quod vehementer enor-
me est atq; damnabile. & tulisti preces coram Deo. Quicunq; Deum verbis precatur, & im-
pijs actibus eum offendere non veterur, indignū se facit exauditione diuina. Qui ergo appe-
tit exaudiā, studeat obedire, vitam] q; verbi conformate conetur, vt ei Deus per gratiam suffra-
getur. Maxime aut̄ auferit preces coram Deo, sc̄q; inexcusabilē reddit, q; aliqui odium tenet, Mar. II.
seu alteri non ignoscit. Propter qd ait Saluatoris: Cum stabitis ad orandum, dimittite si qd ha-
bitis adversus aliquē q; si non dimiseritis, nec pater vester q; in cælis est, dimittet vobis pec-
cata vestra. In Eccē q; consone scriptum est: Relinquere proximo tuo no centi te, & tunc depa-
rci. Eccē 18. cati tibi peccata soluent. Homo homini seruat iram, & à Deo quartū medelam: quis exora-
bit pro delictis illius? Docuit enim iniquitas tua os tuum. Hoc competit his, qui ex indu-
stria & cum p̄posito mētitur, aut ex vitiōsa vita absq; formidine peruersa loquunt, quem-
admodum de quibusdam assertur: Auerunt linguam suam sicut serpentes. & imitaris lin-
guas blasphemantū] Qui falsa siue sacrilega aut derogatoria manifeste de Deo pfatur, eis
denter blasphemat: qui vero talia profert, que implicite tale quid continent seu includunt,
imitatur blasphemantū linguas. Condemnabit te os tuum, & non ego, & labia tua non re-
spō-

^{Mact. 11.} sp̄e obdebet tibi. Hoc dicendum est his, qui multum excessu loquuntur, quia & scriptum e. Et ex verbis tuis damnaberis. Et Esa. 59. inducit Peccata nostra responderunt nobis q̄a v̄c̄ peccando meremur, vt detur nob̄s à diuina iustitia reale responsum, per hoc qd̄ pro culpa infligetur, p̄portionata ac p̄folutoria pena. Infuper, si audierimus aliquem nimis sumptuose loquentem, & de sua sapientia inanissime sumulentē, cum iusta ironia ei dicere possumus quæ lequuntur. Nunquid primus homo tu natus es, & ante colles formatus? Nunquid consilium Dei audisti? Nunquid grande est ut console te Deus? sed verba tua prava hoc prohibet. Itaq; si in aduersis diuinitus cōsolari oportamus, omne illicium verbum penitus deuteremus, non murmuremus, sed Deo gratias referamus, ab ipso cōsolari petamus, quod si fiducialiter atq; cōtātēr egerimus, abundatēr exaudiemus, iuxta qd̄ legitur in Esa. 59. Ecce nō est abbreviata manus cñi, vt saluare nequeat, neq; aggrauata est auris eius, vt non exaudiatur. Sed iniq; tates vestra diuiserunt inter Deum & vos, & peccata vestra abscondent faciem eius à vobis. [Quid te eleuat cor tuum?] ad quid & cur superbi s̄ homo, es fragilis v̄tio, ad tuipius p̄ditionem? Et qm̄ propria imperfectionem, periculositatem, culpā, innumerasy etymas non pensas, quia oia si rite perpenderes, te vilissimum & humana communione céleres indi-
^{Eccle. 10.} gnum. Ideo clamat scriptura: Quid superbit terra & cīnī? & quā magna cogitans, attonit̄ os habes oculos? Quidam tam superbi & vani sunt, vt si forte egerint quid boni, illud pandant, iactent, sc̄irīg; cupiant, immo s̄p̄e virtutes quibus non decorantur, sibi attribuūt, aut oportet attribui vel simulant. Insug, vt contemplatiū aut magnis intenti putent, visum con- singunt attitionem, quem habent supernis intenti, quorum vultus & visus interdum sic va- riantur, vt à talium inexpertis, insensati sui amentes dicantur. Nam & Christus altissima p̄dicans, à suis discipulis furere purabatur, iuxta illud Marc. 3. Exierunt sui tenere eum. Dicebant enim, qm̄ in furorem versus est. Circa hāc scribit Gregorius: Sape iustorum mēsita ad altiora cōtemplanda suspenditur, vt exterius eorum facies obſtrupuisse videatur. Sed qd̄ con- templationis vim in occulto agere prauis ignorant, hoc à iustis & sapientibus fieri magis p̄ hy- pocrisim, q̄ per veritatem existimant quod ipsi habere nequeant, inesse veraciter alios non suspicantur. [Quid tumet contra Deum sp̄s tuus?] superbe stultissime, cum Deus sit te in infinitum sublimior, perfectior atq; potentior, à quo, qui q̄d habes & es, suscepisti qui- te cum corpore & anima potest prōcere in infernum, qui tanta tibi bona impendit, cui p- fundissime subīci & vigilanter parere teneris? Itaq; respic & imple illud principis Apo-
^{1. Pet. 5.} lorum: Humiliabitur sub potēti manū Dei, aliquoq; implebitur in te illud Esa. 2. Incurvabitur sublimitas homī, & humiliabitur altitudo virorum. [Quid est homo vt immaculatus sit & iustus appareat natus de muliere?] Multis modis dicitur homo immaculatus in diuinis scri- pturis. Vno modo, ga nulli vñq; peccato subiacuit, nec mortali, nec veniali, nec actuali, nec originali, quod competit homini Christo. Secundo, qm̄ nunq; peccauit, nec venialis, nec mortaliter, etiam habendo tempora discretionis, quod competit virginis glorioſa. Tertio, quoniam ab omni peccato purgatus est, quod tribuitur in baptismo. Quarto, quoniam sine mortali peccato est, & de venialibus quotidie se custodit, p̄cenitet & emenda, quales esse debent postissime religiosi. Sicq; ait Pſal. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege do- mini. Proportionabiliter dicitur homo varijs modis iustus res verba ista prætendunt, q̄ ho- mo purus, secundum cōmūnem legem, non viuat sine peccato, nec penitus iustus sit, sed q̄d die in multis deficiat ex infectione & fragilitate naturæ, & propter occupationes suas mul- tiplices circa diversa, ita vt nec vniuersas & singulas suas culpas queat determinare ad- vertere. Ecce inter sanctos eius in me immutabilis, & cæli non sunt mudi in cōspectu eius. Si angelicæ mentes & cælestes substantiae immutabiles non sunt, nec mundæ comparatione puritas ac invariabilitatis diuina naturæ nos qui sumus, qui reputemus nos mūdos ac sta- biles coram Deo? Præterea solus Deus incomparabilis & immensus, sic mūdus & sanctus est, vt nec priuative, nec contrarie, nec cōtradicторie aliquid habeat non sanctitatis aut immuta- ditæ. Cætera oia aliquo vel aliquibus horum modorum quippiam non sanctitatis seu im- mutabilitia habent admixtum. [Abominabilis homo] Ratione peccati sit creature intellegi- alis (ad Dei imaginem nobiliter condita) penit? abominabilis & dānanda. Etem q̄ major & melior Deus est, eo p̄t̄ qd̄ est recessus a Deo, detestabilius viliusq; cōsistit. Idcirco q̄ ipsum sit creature creatori suo odibilis, nec aliq; in hac vita p̄fecte capere valet, q̄a sit peccati enor- mitas, sed ex eius effectu id scimus, p̄fando q̄ vno mortali p̄ctō intellectualis creatura (na- turaliter Deo amabilis) iusto ei? iudicio æternaliter relinquit, oditur, damnat, puniit, puniti- one v̄tio, inestabiliter dira. Merito ergo debereamus amore superpræstantissimi Dei cēm cul- pam cum omni diligentia abhorrire, vitare, desleretur ipsiusq; cēm perpeti peccati, q̄ super- gloriostissimum Deum per minimam inhonorable atq; offendere culpam. [Sapientes confi- entur.] Si sapientes sapientiam suam & veritatem fatentur, cur Prouer. 10. scribitur Sapien-
^{Eccle. 10.} Les abscondit sapientiā? Et iñdendum quia (vt Salomon ait) tēpus loquēdi, & tempus racem

di. Congruo ergo tēpore eam abscondunt, & apta eam hora aperiunt abscondit ex hami- litate, ne se iactet aut ppalēt inaniter cōfident ex charitate, vt loquunt salubriter. Tunc aut̄ scientiā occultare, quād̄ eset cōmunicāda, vituperat. Ideo Prouer. 11. legit: Homo versatus celat scientiā. Hinc Ecclesiastici 20. scripū est: Homo sapiēs facebit v̄sq; ad tempus, latcius autem & imprudens non seruabit tempus. [& non abscondunt patres suos] Quidam adeo vani sunt, vt in suis dictis aut scriptis maiores suos ideo nō allegent, quāvis ex eis didicerint quæ dicunt, aut scribunt, quatenus quasi ex proprio talia sc̄isse putentur, & ipsi tanquam principales doctores in admiratione habeātur, allegētur, laudētur. Ipsi patres suos abicon- dunt quod & illi magis vituperabiliusq; facere iudicantur, qui catholicoz & magnoz do- ctorez cīta irreuerēter, faciliter, aut irrationabiliter negāt. Nos ergo patres nostros tamē & venerem, amemus atq; sc̄itemur. In opinabilibus vero cum modestia negemus & ap- probemus. Hinc equidem scriptum in Ecclesiastico: Laudemus viros glorioſos & patres no-
^{Ecc. 44.} stros in generatione sua. [Non credit p̄ reuerti possit de tenebris, circumspectans vndiq; gla- dium.] quemadmodum in Prouerbiis asturit. Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit. Impius ergo & induratus de Dei pietate diffidēt, atq; in hoc Deum na- turaliter bonum, piū & dulce maxime in honoran, cum peccata sua attendit, non credit q̄ per penitētiam possit de tenebris impetratum, ad lucem diuinæ miserationis redire at- que saluat̄ sed vndiq; gladium vltionis diuinæ circumspectando, desperat. [Cum se mōuerit ad querēdū panē] id est, ad aliqua bona agēda se vericēt, quorum actione mens p̄ficitur. [Quoniam q̄ paratus sit in manu eius tenebrarum dies] id est, tempus damnationis. I alii enim homo interdum incipit aliquid penitētē exercere. Sed frequenter contingit eum deficere, quia dum peccatorum suorum multitudinem magnitudinemq; perpendit, & Deum immen- se iustitiae pensat, ad desperationem relabitur, reputans damnationem sibi paratam. [Ter- rebit eum tribulatio,] quia aternas metuit penas, dum ea mente revoluit: & nihilominus pondus impietatum suarum, quibus pena illa augetur, quotidie aggrauat, quemadmodum scriptum est: Peccator adiicit ad peccādū. [& angustia vallabit eum] quia remorū con- scientiæ eum aliquando angit, & tempore mortis, deinde in diuino iudicio, ac postremo in loco damnationis aternæ vallatur angustia, luxuria illud Hierem. 23. Ecce turbo domini- cæ indignationis egreditur, & tempesta crumpens super caput impiorum veniet. [Tetem- dit enim aduersus Deum manū suam, & cōtra omnipotētē roboratus est.] Non opo-
^{Prou. 28.} ponamus nos Deo, cui & ille se opponit, qui superioribus suis inobedies extat: & iuxta Aposto-
^{Prou. 29.} lum ad Romañ. 15. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Similiter qui se in ordinatē intromittit de his, quorum dispositio committenda est Deo, tendit manū suam aduersus eum, sicut qui alios per vias iniquas ad officia promouere intūntur, aut certe impedit im- probe molientur, aut seipsos ingēnerit vel intradunt, cum iuxta Apostolum ad Hebreos 5. Nemo astimūt sibi honore, nisi qui vocatur a Deo tanquā Aaron. [Habitauit in ciuitatibus desolatis] id est, inter ciues spiritualibus gratijs atq; virtutibus destitutos. Nā qualis ipse, ta- les & eius subiecti atq; ministri. Ideo additūt: [& in dominib; desertis] id est, in familijs ob sua peccata à Deo relictis, quia in tumulto] id est, vitorum subversione & lapsus (sunt re- ductæ.) Hinc Ecclesiastici 10. legituri Secundum iudicē populi, sic & ministri eius: & qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. In Prouerbiis q̄q; Regnantiibus imp̄is ruine ho- minum. Rursus quoq; Salomon ait: Rex impius omnes ministros habet iniquos. [Non di- gabitur] in charismatibus gratiarum, quae sunt vera diuina animarum, tneq; perseuerabit substatia eius] quia exteriora ei afferetur saltē in morte, & si ad tempus aliqd̄ spi- ritualis opulentia in donis gratiæ ac virtutum habuerit, non perseuerat v̄sq; in finem, sed pec- cando illa amittit, [neq; mittet in terrā radicē suam,] id est, intentionē & cordis sui affectum stabili fundamento non infiget, nec ad terrā viuentium, regionem beatorum hanc dirigit, sed rebus caducis atq; inanibus inhāreb̄it, omnīq; vento vitorum & impetu passionum im- pelleretur, flectetur, & ruet. [Ramos eius] id est, familiares domesticos, sobolem, imitatores, quibus stipulat, ornatur & cingitur sicut arbor proprijs ramis. [are faciat flamma] id est, ar- dor vitorū in præsenti ab humore gratiæ, deinde ab ignis inferni ab exuberantia gloriæ, dum Ezech. 31. sc̄ilicet dominum suum in vitijs assequuntur. Luxta hunc modū dñg loquitur, per Ezechie- Ezech. 32. lem de rege Assyriorum: Ecce Assur quasi cedrus in Libano, frondibus nemorofus qui quis am speciosum feci eum multis condensisq; frondibus. Et sequēti ibi capitulo scribitur, quæ admodum Assur & Pharaō regesq; c̄teri descendenter cum suis farellibus in infernum. [Lædet quasi vinea in primo flore] Hoc si, dum peccator p̄cētere exofus est, sed tēpore eū inaudēre, à diuino amore frigescit, & peccati torpore constringit, atq; ad pristinas va- nitates reuertit. [Ignis deuorabit tabernacula eorū qui munera libenter accipiūt.] Si taber- nacula cupidoz, domus conscientiæ & mentis cubile appellentur, illa nunc aſtu anaritiae spiritaliē consumuntur poſticia autē auari cum corporibus, quæ animarum velut taberna-

cula sunt, in ignem tartareum p̄ficiuntur. Graue ergo est avaritiae vitium, munerumq; accep-
tio, ad subvertendum iustitiam. Hinc Ecclesiastici s. fertur: Vindicta carnis imp̄i, ignis &
vermis, iudic quoq; 16. ait: Dominus omnipotēs vindicabit in eis. Dabit ignem & vermes
in carnem eorum, ut vrantur & sentiant vsc̄ in sempiternum. De imp̄ierate autē cupidita-
tis scriptum est Ecclesiastici 10. Nihil iniquius quām amare pecuniam. Hic enim animam
suam habet venalem, Apostolus vero avaritiam, seruitutem nominat idolorum. Postremo,
Exodi 23. scriptum est: Non accipies munera, quae excācant etiam prudentes, & subvertunt
verba iustorum.

¶ Expositio literalis capituli 16. Respondens autem Iob, dixit.

Articulus trigesimus septimus.

Sicutus Iob tanquam insuperabilis pugil, non cessat veritatē iustitiaeq; defendere vsc̄
Sad mortem, sed & durissime reprobatus & increpatus, non terrefit, nec iustas atq; acerri-
mas inuestigatioē cōtra veritatis aduersarios induceret mente veretur in superfluo, quāuis Salomo-
ne testante, duo fūlant contra unum, ipse tamen fūlant contra tres, & nunc secundo refel-
lit instantias Eliphaz. [Respondens autē Iob, dixit: Audiri frequenter talia] scilicet verba
injuriosa, reprehensa & pungitiva, qualia contra me profertis. In disputatiōibus quoq; rhe-
toricis, qualis extitit ista, solēte cōcētiosa verba intermisceri.] Consolatores onerosi omnes
vos efficiunt videlicet vos tres amici mei, & qui vobis consentiunt siue applaudunt. Multi nan-
q; (vt habitum est) disputatioē huic interfuerunt, quorum unus Elihu fuit. Dicunt autem
consolatores onerosi, quia ad consolādum venerunt: sed loqui exorsi, ad increpationes ac-
cūtissimas versi sunt, & conū tribulatioē B. Iob non parum auxerunt, eum coram multis du-
rissimi me increpando, cum tamē afflito non sit addenda afflictio: quod si necesse fuerit affli-
ctum corripere, blande & molliter fiat hoc, nisi forte ex speciali causa ratio diclet quid rigo-
ris accēndū. [Nunquid finem habebunt verba ventosā?]: garris sup̄fluitusq; sermonibus tu
Eliphaz & tui amici tam prolixe insititioē cōtra me, quasi nunquā vele: is terminare sermo-
nes huiusmodi. Eadem quoq; sepe repetitis, quantū ad sensum, tantū aliquid tibi molestum
est, si loquaris: tibi o Eliphaz cum sis fanus & prosperitate vallatus, adiutoresq; habēs, non
est molestum plura p̄ferre, p̄fertim quia ex hoc quod loqueris contra me, nulla tibi interfur-
iat me molestia aut vindicta, quia patieris sustineo, nec pro conuicio conuiciū reddo. [Po-
terā & ego similia vestri loqui] i. talia & ea vita, quae mihi false imponitis, scilicet iram, im-
patientiam, diuinorū ignorantiā &c. possem vobis vere imponere, & verbis vos pun-
gere, sicut me pungitis, nisi disciplina frenarer, aduersitatibusq; grauarer, & si spes profe-
ctus esset ex hoc. [Atq; vitiam est anima vestra pro anima mea] id est, vitiam talia pate-
retur, qualia mea patit anima: quod non ex ira vel odio, sed ex charitate & zelo iustitiae ait,
vt per temporā afflictionē inducerent ad veritatis cognitionē, qui in prosperitate nolebant
informari & corrīgi, quatenus iuxta Esaīā, Veratio eis tribueret intellectum. [cōsolator &
vos ego sermonib;]. Nō eo modo vt vos me, sed verba bona, verba consolatoria vobis vere
pponere. Hoc em̄ ad vere charitatuum sapiētēm p̄tinet, cuius est ordinatū & amorosum
p̄ferte sermonē, qui sermo medicamē est anima defolata, quēadmodū in Proverbiis legit
Prou. 16. Fauis mellis verba cōposita, Et iterū Salomon p̄fessat Lingua placabilis lignū vitæ. In Ec-
clisiastico quoq; habetur. Nonne ardorem refrigerabit ros? sic & verbum melius q̄ datum.
[& mouerem caput meum super vos] ex compatisione. Deniq; motio capitis designat men-
tis inflexionem ad aliquam conceptionem; atq; interdum derisionem significat. sic in Psal-
mo ait Salvatori: Omnes videntes me, deriserunt me, loquuti sunt labijs, & mouerunt caput.
Thre. 2. In Threnis quoq; loquī Hieremias: Sibilauerunt & mouerunt capita sua super filiam Hie-
rusalem, interdum vero denotar admirationem vel congratulationem seu exultationem, sicut
in Esaia de rege Assyriorum narratur. Caput mouit super te filia Hierusalem: quia videli-
cat certissime estimauit se eam vñcturum. Infrā etiam capitulo ultimo dicitur, q̄ fratres
Job 2. & sorores Iob venerunt ad eum, & caput super cum mouerunt. Aliquando autem compa-
tionē importat, sicut hoc loco. [Roroborāt vos ore meo] i. bonis oris mei sermonibus corda
vestra ad patientiā robur, ad constantiam & animi fortitudinem exhortarer, quēadmodū
2. Machabaeo 14. de Iuda legitur Machabaeos Singulos armavit non hasta & clypeo, sed sex
monibus optimis & exhortationibus. Deniq; virtus & sapientia ita confortant p̄ficiuntq; ha-
bentem, vt de plenitudine sua alios quoq; valeat conforrare. Hinc scriptum est Proverbius
14. Vir sapiens fortis est, & vir doctus robustus & validus. Ecclesiastes quoq; 7. ait: Sapien-
tia confortauit sapientem super decem principes ciuitatis. Deniq; ad amicum, immo ad
quemlibet proximum pertinet, afflictis compatisione & consolationem impēdere, iuxta il-
lud Ecclesiastici 7. Non desis plorantibus in consolatione. [quasi parcēs vobis] i. non tam
districe vobis corripiēs, sicut culpa vestra merefut, sed reprehēdenda in vobis moderate re-
darguebas, doloresq; vestros minuere fatigēs. [Sed quid agam?] id est, ita negotia mea se ha-
bēs,

bent, vt non faciliter videam quid potius agere debeam. Nam quicquid egere, non per hoc
dolorem effugio. Hinc subditur: Si locutus fuero] contra vestros disputando errores, [non
quiescit dolor meus] Immo interior dolor meus ex vñis culpis atq; erroribus magis auger.
[& si tacuero] vobis & falsitati cedēdo, tñō recedit à me. Nūc autē oppressit me dolor meus] id est, ab omni temporali prosperitate, & corporis sanitate ac firmitate deiecit vñlum quoq; ra-
tionis seu considerationem & locutionem aliqualiter impediuit. Cum enī dolor est vehe-
mens, intentio euocatur seu impeditur ab intellectualium consideratiōe. [& in nihilum re-
dacti] i. pro magna parte consumpti sunt omnes artus mei, ita vt quod remanet in me
de corpulentia & forma membrorum, pro nihil reputet. Est autem consuetudo afflictis p̄ ex-
cessum seu hyperbolice loqui, ad clariss exprimēdum magnitudinem rei ac proprij cordis
dispositionem. Sic & Psalmista faterit: Ego ad nihilum redactus sum. [Rugae meæ] i. pelis
seu cutis meæ contractions vel plications testimoniū dicunt contra me. I. amicis meis
contra me disputantibus præbent materiam, faciuntq; apparentiam reprehendendi me de-
culpā. Ex quo enī tam grauitate casus sum, apparentiam habet q̄ merui peccatum hanc. Porro
ex interiori huiusmodi consumptioē corpus corrugat, sicut in senibus & grauitate infirman-
tibus. [& suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam] i. Eliphaz mendaciter me accusans,
ex inspectu rugarum mearum provocatur ad contradicendum mihi aperte. Poteſt quoque
de diabolo accipi, qui amicos Iob incitauit aduersus eum, [contradicens mihi,] dicenti me
abiq; meo percutsum demerito. [Collegit furem suum in me, & communans mihi, inſtre-
muit contra me dēctibus suis, hostis meus terribilis oculus me inuitus est.] Tōtum hoc q̄
dam exponunt de dēmone, qui principaliſ fuit beati Iob tribulator, furemq; suū contra
Iob colligit, tanto vehemētius cupiens eum devincere, quo amplius se hoc factus p̄sum-
psit, & quo Iob iustior fuit. Vt autē diuinus Dionysius docet, in dēmonib; est amēs furor,
phantasia protutra, & irrationabilis concupiscētia. Satan insuper comminabatur ipsi Iob
per eius amicos, qui asservuerunt sancto Iob vsc̄ ad mortem mala instare. Forte etiam diabo-
lus per seipsum cōminabat ipsi Iob de futuris aduersis in somno, seu alias apparendo, seuin-
de tentādo. Vnde superiorius Iob dixit ad Deum: Terrebis me per somnia, & per visiones hor-
tore concutes. Loquitur autem de aduersario suo per modum feræ, quae dentibus com-
munit, illos parans ad lacerandum. Sic & Petrus in prima sua ait Epistola: Diabolus rāquam
leo rugiens circuit, quærebat q̄ deuoret. Constat præterea, q̄ amici Iob erant contra eum
maxime inflammati, quia videbatur eis loqui sicut sacrilegus & blasphemus. Vnde & con-
tra eum quasi surebāt, & terribiliter aspicerunt ardētibus oculis furem pectoris demon-
strantes. Satan vero videns patientiam atq; constantiam sancti Iob, furoſissimis ac terribili-
lissimis eum interioribus oculis intubebat. Porro (secundum Thomam) placidis oculis ho-
minē intuerit, qui facta eius in melius interpretatur terribilibus, qui in peius, & sic fuit de
amicis Iob. [Aperuerunt super me ora sua exprobantes] i. conuicia mihi dicētes, quod ami-
ci Iob multipliciter peregerunt, p̄percussérūt maxillam meam.] hoc Thomas exponit sic:
Ille aliquem in maxillam percūtit, qui ei īproperium in faciem dicit, amici autē Iob mul-
ta contra eum īproperia sunt loquuti, quæcūc dicit Albertus Non legitur, q̄ ad literam
alapas dederint sancto Iob, sed quia maxilla est ad cōtinendum ea quæ sub dentibus masti-
cantur, & quodam sp̄ititali modo mastificantur, quæ frequenti mentis iteratione discernun-
tur vñrum vera vel falsa sint, memoria talia cōsūns, vt bene per mentē discernant, maxilla
vocatur quæ cädit, dum bene meditatis per contradictionē obuiatur. Statimq; id est, mē-
te refecti, atq; latati sunt pœnia mea. Hoc de amicis Iob īratū accipi potest. Nam quā-
uis ei in principio condoluerunt, audiendo tamen verba ipsius, cōperunt pessime sentire de-
ipso, & arbitrarī q̄ iustissime pro suis affligeretur excessib; Idcirco diuinæ iustitiae quā-
si congratulando, de eius punitione gaudebant ac rep̄lebantur, dum ad eorum libitum torque-
batur. Vnde & Elihu infra ait: Pater mi, probet Iob vsc̄ in finem, ne desinas ab homine ini-
tio 34. quātus, qui addit vñtra peccata sua blasphemiam. Inter nos interim confirmitur, & tunc
ad iudicium provocet sermonibus suis Deum. [Conclusit me Deus apud iniūtū] i. potesta
ti & voluntati satanae me subiecit, quantum ad hoc, q̄ Deo permittente ille me corporaliter
sic affixit. Nam & superiorius Iob loquitur Deo: Circundedisti me carcere. Et rursus Posui-
lo 7. si in nervo pedē meum. [& manibus īspiorum me tradidit] id est, Chaldaeorum & Sabao-
rum, qui mea mihi abstulerunt. Itemq; amicorum reprobationi & libelationi me subdi-
dit permisisse, qui imp̄i appellantur, inquantū veritati & æquitati restiterat. [Ego ille quon-
dam opulentus] dicendo ille, notat suæ famæ claritatem, quia fama & opibus inclutus fuit,
repente contritus sum] id est, subito, id est, à maxima prosperitate ad grauissimam calamitatem deiectus, prout superiorius recitatur, in quibus verbis grauamen miseris sancti Iob in-
t̄pliciter denotatur. Primo, quia tam improbus ac subito est deiectus, quod grauus fuit,
quām si paulatim fuisse deiectus. Secundo, quia post maximum opulentia deuenit ad sum-
mam

mam penuriam. Tertio, quia inopia atq; calamitas illum magis affligunt, qui in delicijs & abundatia viuere confuerit. Nam & opposita iuxta se posita, magis percipiuntur. Tete quo-
Boethii.
cq; Boethio, extremum infelicitatis genus est, aliquando fuisse felicē, sicut & I. Machabē. 6.
quidā testafīn quātam tribulationē deueni, & in quos fluctus tristitia, qui iucundus eram
& dilectus in potestate meā. [Tenuit ceruicē meā.] Istud atq; sequentia ascribuntur Deo
permisso, diabolo effectiue, qui tenuit, id est, strinxit ceruicē lob, quod & literaliter & in-
visibiliter forsan fecit dum eū percussum. Vel sensus est, q; sicut quis robustissimus alicuius
debilioris apprēhēdit ceruicē, ut durissime eū impingat, aut quasi immobile reddat, sic fa-
tan inualit & impulsi S. lob. Deniq; secundum Albertum, posteriori parte capitis, nerui in
totum corpus descendunt iuxta ceruicem, cuius signum est, quia si aliquis fortiter in collo
stringat posterius, mox redditur corpore toto immobilis. Vnde intendit q; satan sic strin-
ixerat cū poenis, q; se mouere nequivit. [Cōfregit mei corpus hulceribus laceravit, & posuit
me sibi q; in signū] i, sic varia mihi insixti supplicia, quēadmodū multæ sagittæ diriguntur
in signū. Hinc dixit ipse lob supra Sagitta dñi in me sunt. Similiter fertur in Threnis: Misit
in renibus meis filias pharetræ suæ. [Circūdedit me lanceis suis] i, penetratiuiss doloribus.
Vel referit hoc ad impugnationē hostiū eoz, qui beato lob suam abstulerunt substantiam,
eiūsq; pueros occiderunt. [Conuulnerauit lumbos meos] quia a capite vñq; ad calcaneū me
replevit hulcerus pessimus. [Non pepercit, Idem] mon ēm̄ atrocissimus est afflitor. [Et effudit
in terram viscera mea] i, oēm̄ sibolē meā, vt ppria viscera mihi dilectā, proiecit in mortē.
Vel de seipso hoc ait hyperbolica locutione, ad designandā, q; pœna sua pertingebat vñq;
ad intimā, quēadmodū Threno. 2. habet: Effudit in terram icur meum. Insuper ad lite-
ram fieri potuit, vt carne lob vndiq; lacerata ac sanie defluente, aliquid viscerum seu vita-
lium eius effluxerit. [Concidit me vulnera super vulnus] i, multiplicibus hulcerum vulne-
ribus corpus meum dilaniavit, fructu in me quasi gigas, cum impetu fortis. Diabolus etiam
lob. 41.
naturali potestate tam fortis est, vt de eo infra dicatur: Nō est potestas super terrā quæ com-
paretur ei.] Saccum consuī super cūrem meam] i, tali veste me texi, & eam cuti meā paraui
in signum humilationis, & vt misericordiam impeararem. Item q; vt manū percutientis
iūuare, asperitus asperitus ingendio, & operui cinere carnē meā] i, cinere sup me sparsa
in signum doloris & humilitatis, in me mortiam quoq; mea mortalitatis. Confucuerunt au-
tem homines faccio, cinere, pulucre atq; cīcīcio taliter vti, sicut & in lona fertur: Rex Ninivæ
indutus est facco, & sedit in cinere, & clamauit: Heles & iūmēta operiant faccis. In Threnis
quoq; 2. Sederunt in terra, conticuerunt lenes filii Sion, & perseruerunt cinere capita sua, si-
līcī. Hierusalem accincta sunt cilicī. Item q; in Psalmo: Qm̄ humiliata est in pulucre anima
mais. His verbis repellit lob summum accusationem, qui praecedēti capitulo cum Eliphaz
de superbia multipliciter accusauit. Quis, inquietus, tumet contra Deum spūs tuus? cur te ele-
uat cor tuum? Facies mea intumescit & fletu] i, tam abuudanter ploraui, q; facies mea in fla-
ta est. Ascendēte quippe copiofa lachrymaḡ materia ad caput, facies flexitum intumescit,
sed & in magnō planctu multa humiditas resoluitur, & cerebro descedēt ad vultū & oculos.
Ideo facit ibi inflationē. Sic & Threno. 2, habetur: Defecerunt oculi mei p̄r lachrymā.
Primi quoq; Regum 29. David & viri eius fleuerunt, donec deficerent in eis lachrymā. [Et
palpebra mea caligauerunt.] Ex ingenti etenim decursu & fluxu humorum, visus debilita-
tur, & ponitū hic continens pro contento, videlicet palpebra pro visu sub eis contēto. Di-
Basilii.
cit nanci Basilius, q; nigredine palpebrarum circumponitū visus, vt radius visualis dirigat
ad certum. [Hec passus sum absq; iniquitate manus mea] i, tam grauem afflictionē non me
qui. & quomodo verum sit hoc, diffuse exposuit est atq; tractatum in expositione superio-
rum. Per manū autem, operationem seu conuersationem intelligit. [cum haberem mun-
das ad Deum preces] i, putis orationibus Deum exorarem & colerem. [Terra, ne operias san-
guinem meum, neq; inueniat locum in te latendi clamor meus.] Verbum hoc aliqualiter
intricatum videtur, & à diversis diversimode explanatur. Sed appetit q; vere ac plane sic
possit exponi: Terra, ne operias sanguinem meum, i, pœna quam passus sum in sanguinis mei
per hulceris effusione, non abscondatur, nec occultetur in terra, hoc est, absconsa
& iniudicata non perseveret, sed ad iudicium Dei perueniat, & omnibus declaretur in quaere &
qualiter passus sum, vt veritas innotescat, nec pp̄ter inanes amicoḡ meo argumentatio-
nes astiner pro culpa mea plagatus. Sic q; sanguis meus terra operiatur, i, causa mea suppedita-
tur, & afflictio quam patior, retributione gloriæ digna non reputetur. Simili sensu subiungit,
neq; inueniat locum in te latendi clamor meus, i, vniuersa verba quæ loquor, & pia que-
rela, quæ me absq; culpa mea cæsum iam conqueror, ad lucem perueniant, & iudicetur a Deo
ad eius honorem & hominum ædificationem. Porro Albertus per terram intelligit phanta-
siam terrenam, id est, falsam opinionē amicorum lob circa providentia Dei, qua lob petis
sanguinem suū nō operiri, quin attestet veræ sententia de puidētia Dei. Similiter petit ne clas-
mor

mor suū in terra lateat, quin testetur pro veritate. Thomas per terram intelligit terrenam
fragilitatem, ob quam Eliphaz cōclusit lob sine peccatis non esse, & pro eis esse percussum.
Petit ergo lob, ne ob banc communem fragilitatem afflictio sua operiatur, id est, pro cul-
pis sua sibi inflicta puretur, aut clamor suū in terra sit latens, ita q; sua conquestio videa-
tur iniusta. Insuper, per terram intelligi possent habitantes in terra, à quibus postulat san-
guinem suū non operiri, id est, sanguinis sui præfatam effluxionem pro suis peccatis in-
flictam non astimari, nec clamorem suū in hominibus terræ latere, vt iniustus puretur.
Sed quia sentientia lob qua se tanta innocentia dixit, & absq; sua culpa cæsum perhibuit,
multis incredibilis apparebat, & res mira atq; insolita fuit, consequenter testem sibi adhi-
bet infallibilem indicem Deum verum. Ecce enim in calo testis meus] id est, Deus incircu-
scriptibilis & immensus, qui licet secundum se sit penitus illocalis, tamen in calo specialiter
esse asseritur, in quantum ibi evidentius ac magnificenter videtur & operatur. Ipse est te-
stis eorum quæ dico, q; vera sint. Sic & Apostolus ait, Deus mihi est, atq; Psalmista, Testis in
cælo fidelis. [& conscius meus] id est, secretorum conscientia meæ cognitor in excelsis est] Philip. 1.
puta in calo empyreo & ciuibus eius, de quo quotidie dicimus: Pater noster qui es in cælis, Matt. 6.
Et iterum, Gloria in excelsis Deo. [Verbo] amici mei] scilicet Eliphaz, Baldach & Sophar,
id est, verba insipienter multiplantes, iuxta quod in Ecclesiaste legitur: Stultus verba mul-
tiplicat. Insipientium vero est, quando incipiunt à veritate deficere, in multitudine verbög
confidere. Propter quod mente egeni sunt destitutione sapientiæ, quæ est opulentia animæ.
Hinc in Proverbis dicitur: Vbi plurima sunt verba, ibi frequenter egitas in opere est. Cad De Prover. 14.
um stillat] id est, lachrymose diriguntur [oculus meus] interior, consolationem & beatitudi-
nem desuper prestolando. Ex ardentis nanci ad Deum affectu oculos etiam corporales cum
lachrymis eleuavit ad cælos, dirigendo mentalem oculum ad regē calorū, iuxta illud Psal-
mi 122. Ad te leuavi oculos meos, qui habitat in calis. Et denuo: Fuerunt mihi lachrymæ Psal. 41.
mea panes die ac nocte. [Atq; vñnam sic iudicaret vir cum Deo] id est, quis det vt homo
tam, euideret iudicetur modo a Deo. [Quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo] id est, coram suo consocio & ab eo. Hoc lob dicit de seipso & in persona perfectorum, qui
nunc humano iudicio reprobant, sed a Deo iustum proferri oportet iudicium, ne veritas patia-
tur dispendium, & vt ipsi saluent. Vñ sic &c. id est, cupit vt vir iniustus sic iudicetur
coram Deo & ab eo, sicut homo coram suo collega, vt scilicet iustus secundum meritū sua
a Deo recipiat etiam in præsenti, quemadmodum homo iudicat hominem secundum ope-
ra sua. Ecce enim breues anni transeunt] id est, anni vitæ humanæ in seculo isto perpauci,
velociter fluunt ac finiuntur. Idecirco non temporealem, sed aeternam a Deo quæro mercede-
m, & diuinum opto præstolore p̄ iudicium. [Et semitam] id est, vita huic curriculum seu
peregrinationis atque exili p̄ presentis viam, p̄ quam non reuertar] post mortem, Lamba-
lob id est, ad futuram vitam progedior. Hoc dicit, ad insinuandum q; post mortem non sit
reditus ad statum vitæ p̄ presentis, cuius oppositum quidam philosophi putauerūt, & de hoc
superius multa dixit, vt cum ait: Non reuertetur oculus meus, vt videat bona, nec adspiciat Job 7.
me visus homini.

¶ De mystica eiusdem capituli intelligentia.

Art. 38.

R impetitus, non per impatientiam vincitur, nec improborum imperita verba multum
ponderat, eisve audire immo vt leuia æquanimiter patitur, & tanquam aduersis assue-
tus, respondet: Audiri frequenter talia, scilicet iniuriosa imperitaq; verbarum de mea iniuria, ad
sed de vestra culpa, laſpone, ruina contristor. Deniq; quidam, quorum sermo sole conditus
non est, & qui bus dominus linguam eruditum non dedit, alios gratia consolationis impen-
denda accedunt sed incaute loquendo, afflictos magis affligunt, eis inania promittendo, in-
utilia recitando, increpatioria absq; discretione loquendo, aut alijs detrahendo, quibus af-
flictus dicere potest: [Consolatores onerosi omnes vos estis. Nunquid habebunt finē verba
ventosa?] Aut aliquid tibi molestū est, o inordinate locutor ac iusti iniuriator, [si loquaris?] id est,
facile tibi est multa profari, quoniam tibi non resisto me vlciseendo. Denique teste
Gregorio, Cum malis malis conuicia dicunt, tanto citius tacent, quo de se mox talia audiunt Gregorius.
quaia dicunt. Cum aut iustos criminant, eo liberius fabulant, quo minus redargunt: q; iu-
sti conuicia non reddunt, etiā dum audiūt quod nō sunt. Hinc iustus iniustis talib; dicere valens
[Poteram & ego familia vestri loqui.] Præsertim vero, dum quis charitatue arguitur, redar-
guere non debet, ne ex impatientia loqui putetur. Catque vñnam esset anima vestra pro ani-
ma mea, consolare vos sermonibus.] Interdum prauis hominibus, quia humana informa-
tione & inerepatiōe corrigi aspernant, diuina flagella optanda sunt, quod discrete charita-
tiveq; agitur, quia errantis non pœna, sed emendatio desideratur. Nam & Apostolus fornicata 1. Cor. 5.
gorem satanæ tradidit in interiti carnis, vt spiritus eius fieret saluus, sicut Corinthijs scribit.
[Sed

Sed quid agam; si loquutus fuero, non quiescit dolor meus; & si tacuero, non recedit. **Hoc dicere** habet prælatus, seu alius, qui subiectum seu proximum incorrigibilem cernit, quem siue increpauerit, siue irrepræhensum reliquerit, de eius peruersitate tristatur. **Vnde in Proverbis 29.** inducitur? **Vir sapiens** si cum stulto contendenter, siue irascatur, siue rideat, non inueniet requiem sibi. **Veruntamen** quia interdum secundum veræ discretionis censuram tali loquendum est, & interdum silendum: **Si enim ex taciturnitate** communitas ledetur, non esset silendum: **ideo in Proverbis** sapientissimus Salomon scribit: **Ne respondeas** stulto secundum stultitiam suam, ne efficiaris ei similis: **responde stulto secundum stultitiam suam,** ne sibi sapiens videatur. In quibus verbis tangitur una causa loquendi, & una tacendi. **Nunc autem** oppresit me dolor meus. **Dolor de peccato proprio & confratru,** omni dolore vita huius quodammodo major est, secundum quod malum culpa, peius est omni malo poenæ. **Quo dolore homo tanto magis afficitur,** quanto in vera Dei ac proximi charitate perfectior fuerit, quo enim Deum plus diligit, eo de ipsis in honore atque offensa cordialius contristatur. **& in nihilum redacti sunt omnes artus mei.** **Quemadmodum** homo peccando nihil fieri dicitur, sic membra ipsius in nihilum rediguntur, dum arma iniquitatis, peccato exhibentur, id est, instrumenta sunt peccati. **Hinc Christus** membra scandalizantia docet abscindenda & abiicienda, non utique quantum ad eorum substantiam, sed quo ad usum illicitum. **Quoniam ergo frequenter** omnia aut pene omnia membra nostra fecimus instrumenta peccandi, per quæ Deo tanquam creatori seruire debuimus, dicamus haec verba cum mentali dolore & emendandi integrali proposito: **Rugæ meæ** testimonium dicunt contra me. **Rugæ nostræ**, sunt actionum nostrorum obliquitates, culparum contractiones, ex defectu fluentorum gratia orientes, quibus opera nostra bona miscentur & inquinantur, ita ut pan no menstruæ & feminæ comparentur. Nempe ut Ecclesiasticus 7. legitur, Non est homo super terram qui faciat bonum, & non peccet. Haec itaque rugæ in iudicio Dei contra nos testimonii perhibet, quo defectuosi & pauperes, omni misericordia sumus iugiter indigentes. Interdu quoque dum alios corripiere inchoamus, testimonium perhibent contra nos, quod inuidi vel minus idonei sumus corripiere proximos, obiiciturque nobis, & dicitur: Medice, cura te ipsum. Porro sequentia, quanvis moraliter de quolibet iusto per lob figurato queant exponi, tamen de Christo, cuius lob apertissima fuit figura in lege naturæ, placet nunc ea exponere, ex qua etiam expositione, & ea qua precedentem articulo habita est, facilime innoteat, quomodo de ceteris iustis Christi membris possint intelligi, quam demum expositionem beatus Gregorius plene prosecutus est, sed ea de Christo non explanauit, nisi paululum circa finem. Itaque vnigenitus Dei, rex Messias, omnium seculorum salvator, testatur: **[Suscitatur** falsiloquus aduersus faciem meam, contradicens mihi,] videlicet populus Iudeorum, qui coram Pilato clamauit, illo dicente, Regem vñm crucifigat. Non habemus regem nisi Cæsar. **Et rufus:** Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. **Hinc Hie remixa** 5. **habetur:** Prævaricatione prævaricata est in me domus Israel, & domus Iuda. Negauerunt dominum, & dixerunt, Non est ipse. De quibus Danielis 9. prædictum est: Non erit eius populus, qui cu[m] negatur est, quibus illud Osee 7. cōpetit: Prævaricati sunt in me, & ego redemi eos, & ipsi loqui sunt contra me mendacia. **[Collegit** fureum suum in me.] **Populus enim Iudeorum** cum omni impetu iræ, rancoris & impunitate Christum inuasit, cepit, ligauit, multiplicitateq[ue] affixit, atque interfici procurauit, dicens illud Sapientia 2. **Contumelias & tormento interrogauit eum,** grauis est nobis etiam ad videndum, morte turpissima condemnemus eum, promittit enim scientiam Dei se habere, & filium Dei se nominat. **Hinc in die sancto Paracœus** furentes clamabant a præsidè: Tolle tolle, crucifige eum. **Et comminans** mihi, infremuit contra me dentibus suis. **Cum enim** Christus a pontifice adiuratus, dixisset se esse Christum filium Dei, omnes dixerunt: Reus est mortis. **Tunc itaque** morrem ei minati sunt, & tanquam atrocissimè feræ eum nocte illa tractabant, secundum illud Lucæ 22. **Viri qui tenebant illum,** illudebant ei cædentes, & velauerunt eum, & percusserunt faciem eius. **Et hostis meus** terribilibus oculis intuitus est me, quod licet de toto populo Christum in die Paracœus persequente accipi posset, de Caiphâ tamen qui principalis fuit in hoc, potissime sumitur, qui (vt Matthæus refert) indignatione repletus, surrexit de throno, dixitque Christo: Adiuro te per Deum viuū, vt dicas nobis si tu es Christus filius Deus benedicti. **Insuper in Ioanne legitur:** Exiit Iesus portans spineam coronam & purpureum vestimentum, & dixit Pilatus Iudeæ: Ecce homo. Cum ergo vidissent eum pontifices & ministri, clamabant: Tolle tolle, crucifige eum, tunc ergo eum horribiliter inspexerunt. **Aperte** ruerunt super me ora sua] exprobantes, quia ut in Luca legitur, cum Iesum vinculum presentassent Pilato, ceperunt ac cusare illum, dicentes: **Hunc inuenimus subuertētēm gentem nostram, & prohibentem tributz dari Cæsari, & dicentes se** Christum regem esse, proprie quod ait Salvator in Psalmo 21. **Circundederunt me** vituli multi, tauri pingues obiederunt

me, aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Denique Christo in cruce penente, prætereunte blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: **Vah qui destruit templum Dei,** & in triduo illud redificas, salua temeritatem. **Si filius Dei es,** descendere de cruce. **Similiter & principes** sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus, dixerunt: Alios salvuos fecit, seipsum non potest salvum facere. **Si rex Israel est,** descendat de cruce, confidit in Deo, libere eum nunc, si vult, dixit enim quia filius Dei sum. **Percusserunt** maxillam meam. **de hoc Marc.** 14. **scribit:** Ceperunt qdam conspere eum & velare faciem eius, & colaphis cum cædere, & ministri alapis eum cæderant, Ioh. quoq[ue] 18. **Vnus** ministrorum dedit ei alapam, dicens: **Sic responderes pontifici.** Insuper ministri Pilati hoc ipsum crudelissime peregerunt, quemadmodum Iohann. 19. recitat: **Milites** plecentes coronam de spinis, impoluerunt capiti eius, & vestem purpuream circundederunt ei, & veniebant ad eum, & dicebant: **Ave rex Iudeorum,** & dabant ei alapas. **De hoc & Sibylla prædictis:** **Dabunt domino alapas manibus incepsis,** cuius versus ac vaticinio Augustini^{augustinus} in lib. de ciuitate Dei prosequitur. **[Satianti sunt poenis meis]** quia ram crudelissimam mortem Christo intulerunt, sicut optauerunt & exco gitare quieverunt. **Videntes** eum in supplicijs positum, tanto plus gloriahantur, quo eum plus oderant. **[Conclusit me Deus apud iniunquam]** à scelerato Iudeorum Pilatus populo capi ac ligari permisit, iuxta illud Iohann. 19. **Cohors ergo & tribunus & ministri Iudeorum** comprehendenter Iesum & ligauerunt. **Vnde Thren.** 4. **habetur:** Spus oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris, & manibus impiorum me tradidit. **I Proprio enim** filio non pepercit pater, sed pro nobis omnibus tradidit illum, iuxta Apollonius, & passione iam imminentे Christus dixit apostolis illud: **Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum.** **De quibus ait Psal. 21.** Circundederunt me canes multi, conciliū malignatum obsedit me. **Et Petrus ait Iudea:** Iesum Nazarenum, virum approbatum à Deo in vobis virtutibus & prodigijs & signis, q[uod] fecit per illum Deus in medio vestris hunc definito consilio & præscientia Dei tradidit per manus iniquorum interemisis. **[Ego ille** quondam opulentus, repente contritus sum] Christus secundum suam diuinatatem dices est in seipso diuitis infinitis, quæ sunt simplicissima omnis boni omnisq[ue] pulchri superplena sim pliciterq[ue] pfecta possessio. **Porro secundum assumptam humanitatem diuitior** est toto utique vniuerso, immo omni creature prælator ac dominans. Fuitq[ue] plenus in anima omni virtute, nullam imperfectionem includente, omni sanctitate, gratia, sapientia, perfectione & gloria ab incarnationis exordio, quantum creatura capere quinuit. **Sed & gratis** datis fuit repletus, & de plenitudine eius omnes accipimus. **Veruntamen** quantum ad corporalium diuinitatum substantiam, pauperimus fuit, quemadmodum protestatur: **Filius hominis non habet vbi caput reclinet.** **De quo Zachar.** 9. afferitur: **Ipse pauper & ascensus super asinam.** **Ipse autem** repente contritus est, quia post maximum honorem sibi in die palmarum & ante aliquoties exhibitum à plebe Iudeorum atque gentilium, iuxta illud Luc. 19. **Cum appropinquaret** Iesus ad descensum montis oliveti, ceperunt omnes turbæ descendentium gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus quas viderant virtutibus, voce magna dicentes: **Benedictus qui venit rex in nomine dñi Pax in calo & gloria in excelsis.** Post hunc, inquam, honor ē repente in die parascueos oēs ab eo auersi sunt, ita ut simul oēs clamarent: **Sanctus eius super nos & super filios nostros.** **Deinde acerbissima morte** hunc contriverunt, secundum illud Esa. 53. **Ipsa autem** vulneratus est propter iniquitates nostras, atritus est, propter secularia nostra. Itemq[ue], dominus voluit eum conterere in infirmitate. **[Tenuit ceruicem meam.]** **hoc plebs** Christum capiens, ligans atque in collo percutiēs, corporaliter & amaritudinaliter fecit, eum furibundè impellens. **[Confregit me,** totum corpus flagellis dilacerando, violenter distendendo, ita ut corporis dissoluere compago, rumpenturque venæ, quemadmodum ait Christus in Psal. 21. **Dispersa sunt oīa ossa mea.** **Ei rufus;** **Dinumerauerunt oīa ossa mea.** & posuit me sibi quasi in signum] quia ad Christi vulnerationem oīa concorditer intenderunt sicut sagittarij ad signi cōtactum. **Ideo ait in Psal. 87.** Circundederunt me sicut aqua tota die, circundederunt me simul. **[Circundedit me lanceis suis,** quia vt euangelista Marc. 14. testantur, plebs illa iniqua venit cum armis, facibus, gladijs, & fustibus cōprehendere Iesum. **Propter** quod dixit eis illud Matthæus 26. **Tanq[ue]** ad latronem existit cum gladijs & fustib[us] comprehendere me. **Quod & circa crucem fecisse creduntur,** q[uod] vt alibi fertur vnus militū lanius, lata latus eius aperuit. **[Conuulnerauit lumbos meos.]** à capite nanq[ue] usq[ue] ad pedes eum vulnerauerunt flagellis, & sicut beatiss. Brigitta in revelationibus sui confribit, usq[ue] ad costas carnem eius tenerimam lacerauerunt, sicq[ue] sanguis eius preciosissimus vndiq[ue] copiosissime emanauit, iuxta id Psal. 21. **Sicut aqua effusus sum,** [non pepercit,] immo atrocissime defauit, & effudit in terram viscera mea. **Juc** de Christo exponit hyperbole, sicut pcedenti articulo de lob fuit expositum. **[Concidit me vulnere super vulnus,**] **Vulnerauerunt enim** Christum primo flagellis, deinde ignis, tertio clavis, sicut in Psal. 21. sateturus. **Foderū manus**

^{Psalm. 68.} meas & pedes meos. Et turlus: Super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Propter quod ab Esia de Christo praedictum est: Non est ei species neque decor, & reputauimus eum quasi leprosum. [Irruit in me quasi gigas] quando & funibus me ligabant. Hinc loquitur Christus ad patrem: Super me confirmatus est furor tuus, & oes flatus tuos induxisti super me. [Sacrum cōsui super cutem meam.] Per hoc intelligitur asperitas & paupertas vestium Christi. Propter quod ait in Psal. 68. Posui vestimentū meum cilicium. Et denuo: Ego autem quum mihi molesti essent, induabar cilicium. Sic & Esai. 10. dominus dixit: Tolle saccum qui est super lumbos tuos, [& operui cinere carnem meam] i. vsc̄ ad terram pstratus sum, & sedi in puluere eius. Nam & in monte calvaria mortuorum cineribus non carente, Christus sedisse sic creditur, quoque cruce parata eam ascenderet. [Facies mea intumuit à fletu.] Certum quod Christus tempore passionis, pra corporali dolore & matris sue compunctione, metalli quoque in corore de ludorum exc̄cātione, & innuberalium hominum ingratitudine ac perditione, vberimē fleuit. Propterea ait in Psal. 87. Oculi mei languerunt pr̄ inopia. Et iterum: Quasi lugens & contristatus sic humiliabatur. Ap̄l̄us etiam ad Hebr. 5. testatur, quod cum lachrymis preces fudit ad patrem passionē instantē, & palpebra mea caligauerunt. [Paulatim quod corporalī viuis Christi in cruce defecit, quoque p̄ doloris angustia eversi sunt oculi eius clarissimi, sed & guttis sanguinis benedicti à capite in oculos Christi fluētibus, p̄sertim cum spinis coronaretur, visus eius caligare incipit.] Hac passus sum absq; iniquitate manū mea. I quia vi in Esai. 53. legitur, Ipse iniquitatem non fecit, nec inueniens est dolus in ore eius, & dñs posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Vere languores nostros tulit, & dolores nostros ipse portavit, qui ait in Psal. 28. Quia non rapui, tunc exoluēbam. Vnde in prima sua Canonica loquitur Petrus: Peccata nostra pullit in corpore suo super lignum, [quum haberet ad Deum mundas preces] i. Deo acceptissimas atq; gratissimas, nulla vel minima culpa permisitas, qui bus etiam pro inimicis oravi p̄cipue tempore passionis, dicendo illud Luc. 23. Pater, ignosc illis, quia nesciunt quid faciunt, quod ab Esia erat ita praedictum: Ipse peccata multorum tulit, & pro transgressorib⁹ rogauit. Pr̄terea de hac precum suarum gratissima Deo misericordia ait: Saluator! Gratias ago tibi pater, quoniam audisti me, ego autem sciebam quoniam semper me audis. Terra, ne operias sanguinem meum, neque inueniat in se locum latendi clamor meus. [Sicut expositum est hoc p̄aeinductio articulo de Iob, quo ad eos qui ipsum pro sua culpa putabant percutiū: similiter profutus exponi potest de Christo, quantum ad infideles, qui ipsum pro suis peccatis asserebant occisum, contra quos Christus precatur sanguinis sui effusionem non occultari, sed desuper indicari, & oibus publicari, quare & quomodo passus sit. Similiter clamorem suum, quo voce magna clamauit in cruce ad patrem: Deus meus, Deus meus, vi quid dereliquisti me? petit oibus manifestari, ut sciant cur pater Christum sic pati reliquit. Insuper secundum Gregorium, terra Christi sanguinē non abscondit, qm̄ peccatores eius sanguine se redemptos fatentur, & laudat. Ecclesia quoque militans redemptoris sui passionem, catenaq; mysteria publice praedicat, eius quoque clamorem & verba omnibus enagelizat, quod in suis epistolis Paulus potissimum facit. [Ecce enim in eis lo tesis meus] f. Deus pater, de quo loquitur Christus in euangelio: Et qui misit me pater, testimonium perhibet de me. Hinc in I. Ioan. epistola dicitur: Qui non credit in filium, mendacem facit Deum, quoniā nō credit in testimonium, quod testificatus est Deus de filio suo. Deniq; sp̄sanctus perhibuit testimonium Christo secundum quod ait Ioan. 15. Quum aut̄ veneris paracletus, quem ego mittam vobis à patre sp̄ni veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Tale enim testimonium perhibuit per apostolos sp̄sanctus de Christo in die pentecostes ac postea, qd Iudæi qui Christum pauloante ut seductorem crucifixerunt, pro parte magna conuerterentur ad ipsum, sicut in Actibus apostolorum dicitur. [Et conscius meus in excelso] Tres enim superbenedictæ & superessentialis personæ, sibi inuicem perfecte & comprehensivæ sunt cognita. Immo trium est una scientia, sicut & una essentia. Ideo Matth. 11. fertur: Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius. Porro (iuxta Apostolum) quæ sunt Dei, nemo nouit nisi sp̄s eius, & sp̄s est qd scrutatur etiam p̄funda Dei. [Verbosi amici mei] multi se asserūt veraciter Christianos & Christi amicos, cum tamen ei per impiam vitam rebelles sint atq; contrarij, animarumq; corruptores, pro quarum salute ille sanguinem fudit, quibus ait: Verbosi amici mei. Et iterum: Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris. Pr̄terea apostoli veri salvatoris amici, tempore coenæ multipliciter asserebant se Christum nocte illa non relikturos nichilominus paulopost oes ab ipso fugerūt, & primus eorum ter ipsum negauit: qdum ergo ad hoc, verbum istud eis vt cūq; competeteret. [Ad Deum stillat oculus meus] interior mēs oculo Christus ut homo, seu anima eius Dei patrem, immo totam superadorandam trinitatem indeſinēter asperxit, & tempore passionis lachrymatis oculis corporis, se luxum erexit. [Atq; vt inam sic iudicaret vir cum Deo] i. à Deo,

vt si secundum merita sua à Deo suscipiteret, quod iudicatur filius hois cum collega suo in humano iudicio, quod non est nisi secundum opera iudicari. Hoc de seipso Christus dicere potuit, equivalenter qd dixit, in quantum naturali timore mortem crucis abhorruit, deprecans patrem: Mi pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Si enim pater Christum hominem secundum sua merita iudicasset, p̄eānam ei non permisisset inferri, nec voluntatem ei inspirasset sponteē patienti, cum ipse Christus omni proflus caruerit culpa. ^{Matt. 26.}

[Expositio literalis cap. 17.] Spiritus meus attenuabitur. ^{Art. 39.}

Circa finem praecedentis capituli dixit Iob: Vtinam sic iudicaretur vir cum Deo &c. In quibus verbis insinuauit, quod desiderabile sibi fuisset iudicari à Deo secundum propria merita, sicut homo ab homine iudicatur. Sed quoniam nouerat alia esse iudicia Dei, alia hominum in praesenti capitulo prosequitur, qd sibi imminet p̄eāna absq; sua demerito culpa, [Spiritus meus attenuabitur.] Hoc duplicitate accipi potest: Primo de anima, quod est spiritus simplex, quæ attenuatur, i. spiritualiter subtiliatur, propriam imperfectionem, vilitatem, modum & dispositionem ac statum industrioſe considerando, Dei quoque maiestatem, perfectiōnem & excellentiam sagaciter contemplando, quod senibus potissime competit, & sic spiritus Iob, quando hæc dixit, fuit attenuandus quia post pauca fuit magnifice illustratus, & in p̄diūorum consideratione exercitatus. Secundo accipitur de sp̄u, qui est quid corporeum, puta de sp̄u vitali, qui à corde egreditur, & ad cuncta membra diffunditur, quo durante, viuit corpus. Cum vero virtus caloris naturalis incipit debilitati in corde, spiritus vitalis attenuatur, i. minoratur & debilitatur, ut iam vector virtutis & vita per corpus diu esse non possit. Hoc ergo Iob sibi futurum de proximo suspicabatur. Deniq; de sp̄u primo modo accepto, Eccē 12. scribitur: Revertatur pulvis in terram suam, & sp̄s redeat ad Deum qd dedit illum. De spiritu autem secundo modo sumptu, Sapient. 2. habetur Spiritus diffundetur tanquam molis aer, f. Dies mei breuiabitur, quia incessanter tendunt ad mortem & finem, & quo spiritus vitalis plus deficit, dies vita humana amplius breuiantur. [¶ solum mihi superest sepulchrum] i. de proximo moriturus sum, nec in hac vita habeo prospera p̄stolaritaria (ut tactu iam saepe est) tantis fuit repletus vulneribus, languoribus atq; doloribus, qd putauit se p̄tinus obitum, & naturaliter diu viuēcūs non erat, sed Deus supernaturaliter plongauit vitam ipsius. [Non peccau] Superius dixit, Peccau, & Parce peccatis meis, malitiaq; talia in modo ergo nunc ait, Non peccau, p̄sartim cum Ioannes in sua prima scribit canonica: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipos seducimus. Sed huius solutio frequenter inducta est. Non enim se negat quotidiani venialibus subiaciens peccatis, veruntamen assit se non tam grauior mortaliterq; peccasse, qd tantam meruerit p̄eānam, p̄sartim cum de venialibus suis quotidie penitentiam dignam peregerit. Quod qualiter intelligi habeat, in expositioē 6. cap. clarius dictum est. Et in amaritudinibus i. varijs amarisq; p̄eānis, qm̄ moratur oculus meus exterior, de cuius fletu precedenti cap. dictum est: Facies mea intumuit à fletu. Et iterum, Palpebra meæ caligauerunt. Vel oculus interior, in quo est spiritualis inconstituta ex consideratione incommodorum & ex inconvenienti obiecto, sic qd Iob considerando oculo interiori vniuersa quæ sibi acciderant, corde dolebat, sed moderate in quo dolore, qd diuturnus fuit, suus oculus morabatur. Itaq; ait, Non peccau, &c. quasi dicat, quanvis peccando p̄eānam istam non merui, nihilominus in ea permaneo, quo testatur qd p̄eāna non semper pro culpa infligitur, immo boni interdum puniuntur à Deo effectiue seu permissive propter probationem, aut propter exemplum, vel propter gloriam Dei manifestandam, vel ut nūc crebant in gratia, deinceps in gloria vel vi mali cernentes bonos puniti, perpendant quibus p̄eānis ipsi sint digni nisi peccanteant, libera me jāb impugnationibus inuisibilium & visibilium aduersariorum meorum, & à corporis mei doloribus, saltē tam vehementer intensis. [¶ ponit me iuxta te] i. in participatione aliquali tua felicitatis & iucunditatis, vt in te cor meum refloret, mens mea tibi per cōtemplationem & dilectionem propinquet, tandem ad cælestem beatitudinem perducatur, & interim in limbo patrum constituantur. [¶ cuius manus] i. potestas seu actio pugnet contra me] quia te me protegente, nullus mihi poterit praualetere, & si in tua felicitatis participatione me posueris atq; seruaueris, nullus me ad miseras retrahet. Sic & Psal. 26. decantat: Dominus protector vite meæ, à quo trepidabos. Apostolus quoque ad Roman. 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos? [Cor eorum] i. intellectum a micorum meorum contra me disperantium longe fecisti à disciplina] i. à veritatis notitia quam quis discit à doctiore, p̄sartim à te] quia amici Iob caruerunt, errando circa prouidiam Dei, quam Deus longe fecit ab eis, quomodo dicitur aliquem indurare, videlicet indireste, in quantum corda illorum propter eorum peccata non illustrauit. Sic qd Esai. 6. loquitur: Exercita cor populi huius, [propter] non exalabuntur] ad veram contemplationem diuinorum, ad charismata granarium, ad patriam beatorum, nisi penitentiam egerint, conuersi fuerint. Cui consonat illud Esai. 26. Non est populus sapienti, propter] non miserebitur

^{Co. 14.} eius qui fecit illum. In Proverbio quoque habetur: Non inuenient me, dicit dominus, eo quod exosam
habuerint disciplinam. Sed & Apollonius ptestatur si quis ignorat, ignorabitur. [Prædam pollitur
socij, i.e. Eliphaz alijs duobus secum contra me disputabut, promittit certam de me
victoriam & quod me in suam redigant voluntatem, sicut redigitur spolium in potestam pñan-
tis. [& oculi filiorum eius] i.e. eius sequunt errorem. [deficiet] i.e. interiores illorum oculi à ve-
ritatis notitia, veræque beatitudinis adeptione deficient; quia ut ait Saluator, Cæcus si cæco du-
catum pbeat, ambo in foueam cadunt. [Posuit me quasi in puerium vulgi, & exemplum sum
coram eis.] i.e. Eliphaz assertando quod temporales aduersitatis non inflingunt nisi per culpa, nec ma-
xime nisi per maxima culpa, & ex cœsequenti quod ego quod maximis aduersitatibus plenus sum, gra-
uissimis peccatis subiaceo. Hæc inquam assertando, posuit me in puerum vulgi, ita ut vulga-
res ex me formet puerum, dicendo: sicut lobus fecit, ita recepit, vel aliqd simile. Sicque factus
sum exemplum & forma maledicendi alicui, ita ut dicatis: Accidit tibi sicut accidit lob. Sic autem
iustus ponere in puerum & exemplum, est grande pœnæ, nec fieri debet nisi per omnibus maximis.
^{Hicre. 24.} Vnde p Hierem, dñs comminat frequenter obfinitus Iudeus: Dabo eos in maledictionem &
in puerum, & in exemplum & in stupore oibis regnis terra. [Caligavit ad indignationem
oculus meus] i.e. ex pœna mibi inflicta, quæ quasi indignatio Dei contra me reputatur, oculus
meus sic fleuit quod caligavit. Hoc est quod precedenti dixit cap. Palpebra meæ caligauerunt,
sic quoque superioris ait lob: Sagittæ dñi in me sunt, quarum indignatio ebibit spm meum. [&
membra mea quasi in nihilum redacta sunt.] Hoc est quod precedenti cap. dixit, In nihilum
redacti sunt oes artus mei. Quod ibi sati reor expositi. Thomas exponit hac alter, dicens
Ad zelum iustorum pertinet, contra falsitatem & iniustitiam indignari. Ideo lob contra ex-
rores amicorum suorum indignans, disseruit: Caligavit, i.e. turbatus est ad indignationem pñta-
tam, oculus meus interior, i.e. ratio videns veritatem suppeditari. Ita quippe per vitium, rati-
onem excusat sed ira per zelum, hanc turbat, lumen rationis ali qualiter obnubilando, ita
quod quasi caligat, & membra mea quasi in nihilum redacta sunt. Vehementes enim animæ passi-
ones, ut ira & indignatio, valde redundat in corpus, & si corpus sit debile, illud quasi defice-
re faciunt. Vnde i Machab. 6, describitur, quod Matathias cernens Iudæum idolis sacrificante,
doluit, & contremuerunt renes eius. [Stupebunt iusti super hoc,] i.e. vehementer admirabun-
tur de supplicatione veritatis & æquitatis, & amicorum meorum erroribus. [& innocens] i.e.
simplex & purus veri & æqui amor, contra hypocritam sufficiabit, i.e. animo inflammabi-
tur contra hominem fictum & fraudulentum, qui sub specie veritatis atque iustitiae ita verita-
tem & æquitatem subvertit. Ideo dicit Psalm. 24. Innocentes & recti adhaerent mihi, quia
sustinui te. Sic 3. Reg. 22. Micheas propheta contra pseudo succensus, dicit ad Achab: Domi-
nus dedit spm mendacij in ore omnium prophetarum tuorum. Similitudo enim & amor,
complacentia gignuntur, dissi militudo vero & odium dispergentiam introducunt. Idcirco pu-
rus veritatis & æquitatis amator, contra hypocritam eiusque falsitates dispergentiam cōcipit,
& resistit. Et tenebit iustus viam suam, i.e. rectitudine æquitatis & veritatis defensione iustitiaque
conuersatione non declinabit amore aut odio vel simili passione, in quantum iustus, quia ex
humana fragilitate possit deficere, iustitiamque amittere, & se veritati opponere. Iusti namque est
regia via incedere, bono tenaciter adhaerere, & neque ad dexteram neque ad sinistram diuerte-
re, quia de ratione iustitiae est rectitudo. Propterea Esa. 26, inducit: Semita iusti recta est, re-
clus callis iusti ad ambulandum. De qua via loquitur alibi: Hæc via, ambulate in ea, & neque
ad dexteram neque ad sinistram. Iustus ergo sigit mentem in bono. Ideoque in Proverb. 10. di-
citur: Iustus quasi fundatū aeternum, & mundis manibus addet fortitudinem. Si quod
ait, mundis manibus, sit datuī casus, sensus est, quod iustus augebit fortitudinem eorum, quod mun-
darum sunt manuum, i.e. conuersationis sincera. Tales etenim diligit & confortat assistendo
pro viribus, iuxta illud Ecclesiast. 23. Omnis homo similis sibi sociabitur, similitudo quippe causæ
amorem, & amor communem ac vniōem. Porro si quod ait, mundis manibus, sit abla-
tiū casus, sensus est, quod iustus sub ipsi addet fortitudinem, in virtute iustitiae proficiendo, mun-
dis manibus, i.e. virtuosis operibus. Virtutes namque per exercitum actuum suorum conservan-
tur, fuentur & perficiuntur, sicut communiter habitus per opera. Vnde in Apoc. 22. habe-
tur: Iustus iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. In hoc itaque consistit noster pte-
ctus, ut à quotidianis impuritatibus nostris quotidie emundemur, atque in bonis quod agimus
perficiamur, eadem quotidie perfectius exhibendo, & bonis operibus bona addendo. Hinc
ait Saluator: Omnes qui fert fructum, purgabit eum pater, ut fructum plus aferat. [Igitur
vos omnes tres amici mei, qui hic esatis, & praesentes qui vobis consentiunt. [conuertimini]
a falsitate ad veritatem, ab iniustitiae ad virtutem. [& venite] mentali accessu, i.e. diligenter at-
tendite. De quo aduentu ait Psal. 33. Venite filii, audite me, & non inueniam in vobis vilium
sapientem. Superioris Eliphaz dixit ad Iob 15. Quid nosli quod ignoremus, cuius presumptio
his verbis reprimitur. Sed cum sapientia sit diuinorum cognitio, quomodo amici lob sapi-

entes non erant, qui iam tot vera & alta de Deo loquuntur sunt. Et respondentum, quod aliquo modo sapientes fuerunt, sicut & magni philosophi sed quia eorum sapientia periculis erat, rores circa prouidentiam Dei & alia quædam fuerunt permixti, hoc loco sapientes esse negantur. Diversi enim sunt gradus sapientia, & varijs modis sapientia quis vocatur. Conseguenter documenta attentione digna proponit, ad quorum aduentem illos iam excitauit. [Di-
es mei transferunt] i.e. pro magna parte elapsi sunt, immo omnes dies quibus vixi usque in præ-
sens, esse iam desierunt, cum in successuis idem sit esse & fieri, cogitationes meæ dissipatae
sunt, ab vnione earum in Deum fractæ, & in diversa partitæ, hinc inde vagantes, meque à sta-
bili diuinorum contemplatione impedientes, ex sollicitudinibus, doloribus atque angustiis que-
bus premor, quæ mentis getem & libertatem in Deo impediunt. Nam pluribus intentus, mis-
eror est ad singula sensus. Vnde quo anima circa plura distracta, eo ad contemplandum de-
bili redditur. Propter quod Christus loquitur Marthæ: Martha, Martha, sollicita es & tur-
baris erga plurima, [torquentes cor meum] Tales enim cogitationes dissiprita, anxie atque
solicite, mentem affligunt, per eas nanci apprehenduntur nociva, aduersa, amara, quorum
apprehensio est penalis. Vnde & Christus dicitur nominat spinas, propter sollicitudines eis
adiunctas. [Noctem verterunt in diem] i.e. solitam noctis quietem, videlicet dormitionem, Mat. 4.
mihi abstulerunt, eamque mihi in labore diei & inquietudinem vigiliarum verterunt. Ta-
les enim cogitationes fecerunt ipsum lobus insomnes ducere noctes, quæ sibi laboriosæ seu mo-
lestæ fuerunt. Hinc ait supra: Noctes laboriosas enumeraui mihi. Si dormiero, dicam quan-
do consurgam, & rursus expectabo vesperam. Vnde lubiungitur: & rursus post tenebras
spero lucem, quoniam tempus noctis mihi molestum est non valenti dormire, spero & cu-
pio cito fieri diem, in quo cor relevatur ex lucis aspectu, corporis motu & hominum socie-
tate ac varia occupatione. [Si sustinuero] i.e. quanvis hæc omnia patienter pertulero, nihil omni-
bus in inferno domus mea est, i.e. ad limbum patrum descendam, quantum ad animam. Quod
autem limbus appellatur infernus, dictum est sape, de quo in Genesi Iacob patriarcha: Dicen-
dam, inquit, ad filium meum lugens in infernum. Siquidem precio redemptionis humanae
non dum soluto, & ianua regni nec dum aperta, patres descendebunt in limbum. [In tenebris]
i.e. magnis aduersitatibus atque supplicijs, stravi lectulum meum, i.e. locum quo ad dormiendum
me pono. Vel istud referunt ad limbum patrum, in quo lectulus fuit, i.e. quies à poena sensus,
certaque spes felicitatis aeterna. Erant tamen tenebre ibi, i.e. caretia lucis beatæ. Ioh ergo ad-
huc viuens in limbo, lectulum suum stravit, i.e. bene vivendo mansionem sibi ibi promeruit.
[Putredini] i.e. in mundo, infecto, putredinique semini, dixi: per recognitionem mentalem
pater meus es, i.e. quia ex tali sum semini natus. Denique in generatione semen patris se habet Plato
per modum agètis, cum in ipso vis formatina ponatur, propter quod à Platone dicitur par-
vus pater. Vnde superioris ait lob: Quis potest facere mundum de immundo conceptum fe-
mine? [Mater mea] i.e. putredinem etiam dixi matrem meam. Mater enim ministrat semen,
quod est generationis materia, & per modum passiu se habet, quod item in statu seminis pa-
tris in purum atque infectum est, putredinem habens, secundū Albert. iuxta illud Sap. 7. Coa-
galatus sum in sanguine ex semine hois, & delectamēto somni cōueniētis, i.e. & foror mea ver-
mibus, i.e. vermes vocati sorores, qd de eadem putredine mecum nati aut nascituri sunt, quæ
admodum Eccl. 20. legitur: Cum moritur homo, hereditabit serpentes & bestias & vermes.
Insuper Thomas istud exponens, sic ait: Sicut homo à parentibus originem trahit, ex qd cum
eis affinitatem haberet, ita in sepulchro in putredinem & vermes resoluitur, quæ ex eius cor-
pore gñantur, propter qd affinitatem & propinquitatem habet ad eos. Verunt̄ exppositio ista
non exprimit, cur distincte platum est, pater, mater, foror. Ex hoc enī quod vermes oriuntur ex
corpore hois, eius pater & mater non appellantur. [Vbi est ergo nūc pñstolatio meas?] i.e. bonum
quod finaliter pñro seu pñstolor, tanq; dicat, cum tanta sit vilitas mei corporis & breuitas mei
temporis, bonum à me finaliter desideratum, non est temporalis aut corporalis, sed spñiale & æter-
nale, vñc Deus sublimis & bñdictus, & patientia meam] qua tanta aduersa æquanimiter tolle-
re, quod considerat? [q.d. nullus amicorum meorum, vel cum eis pñsentium, eam perpendit,
nec eius primum pensat, sed Deus omnis bene disponit. Ideo subditur in profundissimum
infernum] i.e. in locum inferni valde profundi respectu habitationis pñsentis, puta in lim-
bum, qui etiam profundissimus appellatur non absolute, sed respectiue. Nam respectu cœli ter-
ra profunda est, sepulchrum profundius, limbus aut profundissimus: sic tñ, vt superlatius
iste non denoter excessum comparationis in locis inferni, vt se dicat ad locum damnatorum
situm. [descendet oia mea] i.e. anima cum vniuersis meritis suis ac viribus, qd in anima sepa-
rata etiam inferiores potentiæ radicaliter ac virtualiter manent. Quidam per profundissimum
infernum, intelligunt sepulchrum, quod ineptum videtur, qd & exposicio illa ex inepto cen-
setur fundamento prodire. [Putas ne saltum ibi erit requies mihi?] quasi dicat, immo utriq;
ibi à vita huius doloribus aduersitatibusq; gescam, & in certa spe repausabo. Verunt̄ ait, pñ

tas ne, sobrie loquens, quia secundum communem legem, de felicitate nemo viator securus est, nisi ex reuelatione diuina seu certificatione superna vel inspiratione occulta.

(De moralitate eiusdem capituli.)

Art. 40.

Spiritus meus attenuabitur] Hoc cuiilibet homini viatori iusto ac sapienti, tribulationibus sexposito, competit; qui quanto se morti amplius appropinquare perpendit, eo scipsum subtilius discutit, a grossis & terrenis affectibus, ne magis extenuat, gloriam beatorum profundius speculari, & superaltissimi Dei proprietates synerius contemplari conatur. [dies mei breuiabuntur] Quo quis futurae vite aeternitatem sapientialis pensat, eo tempus quo vivit hic, breuius arbitratur. Nunq̄ ergo in Dei obsequio attediemur, nec quasi de temporis longiturnitate grauemur; sed & eo minus afficiamur ad ea quae mundi sunt, quo maiorem temporis nostri partē fluxisse cōspicimus, q̄ si vniuersa ista caduca arog carnalia amore ut sacerdos aspernamur, nosq̄ de proximo morituros sagaciter opinamur, nihil nobis in seculo isto superesse dicemus, q̄ tumulum, sicut subiungit [& solum mihi superest sepulchrū] Deniq̄ si quis Deo reuelante aut aliquo modo cognoverit se non pro suis affligi peccatis, sed aut pro sua exercitatione, aut aliorum edificatione, vel vt in gratia plus abundet & gloriis coronetur, dicere potest: Non peccavi tam graviori, vt tam afflictione meruerim, eo modo quo hoc de B. Iob fuit exppositum, [& in amaritudinibus mortis oculus meus] Multe em̄ tribulationes iustorum, q̄ & q̄ diuinis suos veniales defectus velut magna p̄tā amaritudinaliter plangunt seu dolet tanto plus, q̄ creator ē suum ardenter ac puriori cōplectus amore, q̄ item copiosus defup illustrant. Siq̄dem q̄ mēs radiosius illuminat à sp̄sancto, eo grauitate peccati q̄fundus cōspicit, & cordialis deflet. Præterea q̄dam est amaritudo virtutis, q̄ est passio animi immoderata, virtuosę dulcedini mētis contraria. De q̄ Ecc. 2. habet Non est sensus vbi abundant amaritudinis. Et Paul. ad Eph. 4. Ois amaritudo, ira, & indignatio & clamor tollat à vobis. Nūc aut de bono & p̄cēnitēiali amaritudine est mētio, & de omni dolore virtutis assumpto, q̄ q̄ charitatine affligit de sua alio, q̄ culpa, de malis ecclesiis, dilectionē gloriae, q̄bus amaritudinib⁹ electi q̄tide afficiunt. De huiuscmodi amaritudine cui diuina cōsolatio parat, Salomon loquitur Cor qd nouit anima sua amaritudinem, in gaudio eius nō miscerit extraneum. [Libera me] Hoc oramus indefinēte, in oratiōe dñica deprecādo, Libera nos à malo vc̄ à malo culpe & pena, ab omni impugnatiōe atq̄ piculo, & pone me iuxta te. Juxta Dñi immēlum, vbiq̄ vere p̄fētē, ois penetrantē, q̄ solus rex essentis illabat, om̄isq̄ homini p̄pingor est, q̄ essentialia eius principia, tāto plus ponimus, q̄ eius sc̄iō amore magis accēdimur, & dono lapiā clarius ad ipsum cōtemplādū p̄fundimur. Eterni inēmētū ḡra ac virtutū Deo incircūscriptibili p̄pinquam. Sed qm̄ duratē vita huius curticulo, p̄grinamur à dño, p̄ fidē, non p̄ specie gradientes, ideo in hac vita non p̄fecte ponimur apud Deum, sed in patria. Idq̄ precamur, ve ibi iuxta eum locemur, i. p̄ specie eius sup̄ sanctiā essentiā cōtemplemur. Nihilomin⁹ boni nīc apud Dñi ponī dicū modo p̄fato. Vn de Numer. 16. Moses ait: Mane notum facit dñs q̄ ad se p̄tineat, & sanctos applicabit sibi de quos elegere, appropinquabit ei. Itēq̄ Psal. 15. Providebā dñm in cōspectu meo sem̄, qm̄ à dextris est mīti, ne cōmouear, & cuiusvis manus pugnet contra me. Ite mihi affidente & auxiliante per oīa, nullum timbo, nullum curabo, cum Psal. 53. decanans Super inimicos meos despexit oculus meus. Hoc est quod Hierem. 20. ait: Dñs mecum est quasi bellator fortis. Propterea q̄ me persequeunt, cadent & infirmi erunt. [Cor eorum longe fecisti à disciplina.] Om̄ium superborum & in propriis oculis sapientum, oīa incorrigibilium, rebelliū atq̄ carnalium corda Deus p̄missue longe fecit à disciplina, i. ab instructione diuina, de qua ait: Ioan. 2. Vnctio eius docet vīa de oībus. Itemq̄ à sapientia & scientia, secundum quod dona sunt p̄suſsancti, quae a nullo habent, nisi in qua habitat p̄suſsanct⁹ per charitatem & gratiam gratiā cantem. Insuper à disciplina, i. correctione & morum compositione. Hoc est, p̄ patientiā susceptione informatiā correctionis, ac satisfactiōi & iuste punitiōi. Tales em̄ corre p̄tē seu debite castigati, indignantur, remurmurant, deterioresq̄ sūmū, iuxta illud Proverb. 16. Non amat peccatum cum qui se corripit, quibus pensandū ac formidandū est, qd ait scripturas: Egitas & ignominia ei qui deserit disciplinam qui aut acquiescit arguenti, glorificabitur, itaq̄ disciplinam verborum, immo & verberum seu cuiuscunq̄ debita correctionis, patienter atq̄ hilariter suscipiamus, quia per hoc ad oēm Dei illuminationem & gratiam possimmo disponemur. Ideo Ecc. 2. o. dicitur: Quām boni est corruptum manifestare penitētia misericordia effugiet p̄fīm. Qui vero p̄fātam abiicit disciplinam, coram Deo vilis & ignobilis erit, peccatis oppressus, dāmonib⁹ subditus, proprijs sensus pueritate seductus. Ideo subditur: Propterea non exaltabuntur ad cœlestia atq̄ aeterna à carnalib⁹ & caducis, sed paulo post in ima crudelit̄ infestū. Ideo scriptum est: Sapientiam & disciplinam qui abiicit, infelix est. Denique reprobos longe facit Deus à disciplina, dum eos in presenti seculo non flagellat, sed impune ac libere permisit peccare quod summe paucēdū est, & maxima Dei ira. Elecōn

vero in vita hac disciplinat, vt sup̄ hoc Deo gratias referant, atq̄ in futura beatitudinē spe firmēt. Vnde Sapia 12. legit: Disciplinam nobis das, vt bonitatem tuam cogitemus, & speremus misericordiā tuā. Qui ergo cupit veraciter exaltari, p̄ficere, p̄fici, docila disciplinabilisq̄ cōstat. [Prædam pollicet se] omnī iniquus, qui alios cohortat ad mala, ad proximorum deuā stationē, ad impugnationē quorūq̄, socijs suis p̄fēstat p̄ualendi fidūtiam, p̄dam eis p̄mittens quod & superiores demones tentatores socij suis dāmonibus faciunt, dum eos ad hominū impugnationē horant & dirigunt, illud Esaiæ dicētes: Cito p̄dare, velo Esa. 31. eiter spolia detrahe. [Posuit me q̄si in puerib⁹ vulgi,] Impius enim inīli itridet, dissimilat, & quasi alio, ludum ac fabulam facit. Propter quod dñs ait: Ezechielis 33. Factur es eis quasi carmē musicum, quod suani dulcīs sono canif. Hinc Chrysostomus ait: Psalmo 68. In me psallebāt qui bibebant vinum. In Threnis quoq̄ dicit: Facturū in derūlū omni populo, cāticū Thro. 3. eoz tota die ego sum psalmus eoz. [Caligavit ad indignationē oculus meus] Hoc secūdum Gregorium fit, dum viri illuminati se à prauis diuitiis sperni ac indignationē habeti cōspiciunt, atq̄ ex hoc de occulti iudicii Del admiratiōe turbant, & secretum Dei nequeunt penetrare, cur prauale pueri contra honoře innocentia p̄mittunt. Quis enim non obſtupescat, cum Herodias adultera apud temulētū regē saltat petulantis filiū obtinet caput Ioannis amicū ei sponsi, p̄phetā & plusquā prophetā, amputari, & ante coniunctū ora in disco deferrit. Hinc subditur: [Stupebuit iusti sup̄ hoc,] illud in Apocalypsi scriptum exclamantem Magna & mirabilia sunt opa & iudicia tua dñe Deus omnipotēs, iusta & vera sunt via tua rex sanctoř, q̄s nō timebit te, & magnificabit nomē tuum! [Et tenebit iustus viam suam.] Viri iusti atq̄ p̄fēti defup copiose sapientiali luce p̄fusi, eo tenacius coherēt iustitiae, mūdana con temnunt, ad cœlestia inflammat, quo impios in hoc mundo amplius p̄spērari, letari & p̄moueri cōſiderant, intuētēs occultū Dei iudicium, quo pueros dimittit secundū desideria cordis eoz, & p̄santes, q̄ contemnēda sunt ea quae reprobis pessimisq̄ ita p̄stantur, q̄ item periculofū sit temporaliter p̄spērari, carnaliter delectari, nec tamē diuinūtū castigari. Ex his em̄ certissime atq̄ clarissime constat, q̄ in vita p̄fēti nō sit finalis remuneratio opeř humana. Propterea Ecclesiastis 8. habet: Peccator ex eo q̄ centies facit malum, & tamē per patientiam sufficiat, ego cognō, q̄ erit bonum timētū Deum, qui querunt faciem eius. [Dies mei transferunt.] Quilibet nostrum ppendē q̄ infrauctuose tempus suum spenderit, acq̄ pponens se fortiter emendare, & pdita recuperare, dicere debet verbum inductum. Insuper pensans quantū sit sua instabilitas mētis, q̄ vagus sit ipse in cogitando, q̄ dispersus in appetendo q̄ circa multa occupatus, distractus, diuitus, querulosa dolorosaq̄ voce loquatur, [Cogitationes meæ dissipatae sunt,] cum tamē p̄fēcio nostra sit, Deo stabili mētē infigi, cogitationes in ipso colligere, affectiones in ipso adunare, sicq̄ mente collecta ac integra eum laudare, amare & honorare in omnibus, quēadmodū scriptum est: Confitebor tibi dñe in toto corde meo, videlicet intellectu atq̄ effectu, ad quod Deus p̄fīmū nos clementer horari dignat per Iohannem: Cōuertimini ad me in toto corde vestro. Sed qm̄ hoc implere, non est volētis neq̄ currētis, nisi assūtūt ḡra Dei miserētis, ipsa fideliter iugiterq̄ p̄fēcemur, vt det gratiā adimplēdi quod monet, sed & fatigamus ad hoc cooperādo ḡra Dei, & porisimētēpore orationis diuinis cultus, mētē collecti ac stabiles simus, illud Ecclesiastici 18. seruantess Non impediaris semp̄ orare, & ante orationem sp̄para animā tuā, & noli esse quasi homo qui tentat Deum. [Torquētis cor meum] Homini em̄ vere deuoto tales distractiōes tanto plus dispelicāt, p̄cenaliōesq̄ sunt, quāto ex puro Dei amore plus appetit Deo intēdere, opus eius reūtētē p̄solvere, in eius charitate & ḡra semp̄ proficere, sed & animus inordinatus sibi p̄fē p̄cenalis est, sicut ordinata tranquillaq̄ mētē nīl dulciss. Porro virtosi & vani in cogitationib⁹ suis p̄fēpētibus, fluctuātib⁹ quoq̄ desideriis vilissime gloriant, q̄ si boni interdū ex infirmitate inaduertētā in aliquo tali culpabilis fuerint, mox vt distractionem & vanitatem suam aduertere, corde tristātē, p̄cōnitētē & emēdatētē, quemadmodū Proverbi⁹ 24. afferit: Septies cadit iustus, & resurgit. Vnde Ecclesiastici 21. docet: Fili peccatis ne adjicias iterum, sed & de steritis deprecate, vt tibi dimittant, & quasi à facie colubri fuge peccata. [Non etem̄ viterunt in diem] quia frequenter per virtuosas & vagas cogitationes anima sic cāctatur, vt vicioř caliginem iudicet esse lucem virtutū, dum mala sub specie boni sibi proposita approbat & acceptat. Taliibus dicit Amos 6. Conuertimini in amaritudinem iudicij, & frumentū iustitiae in absinthium. Et Esaiæ 5. Vz qui dicitis bonū mali, & malū bonū p̄ponentes te nebras lucē, & lucē tenebras. Deniq̄ tales ambulans per viam fallacē, de qua Proverbi⁹ 14. legitur: Est via quae videtur homini iusta, & nouissima eius deducunt ad mortē. Non ergo securum est, p̄ proprio stāre superiorē, obēperare sentētū nec cordis secreta eis abscondere, qui discretionē ornantur. [Et rursum post tenebras spero lucem] i. cum errasse atq̄ p̄casse, sicq̄ tenebras erroris & peccati incidiſſe me video, penitētē p̄fōto, lucem gratia reūcurrere confido, & post aduersa ac tristia cōsolationem beatitudinemq̄ expecto, orans illud

Ecclesiastici 36. Miserere nostri Deus omniū, & respice nos, & oñde nobis lucē miseratioñū tuaz. Hinc scriptū est Threnoz. 3. Non repeller in sempiternum dñs, quia si abiecit, & misereb̄ secundum multitudinē miseratioñū suarum. [Si sustinuero] i. à peccatis me vinci permisero, si locū diabolo dederō, nisi culpis restitero, si infernus domus mea est]. in inferno locabor. Est itaq; sustinētia vitiosa, qua quis patitur pr̄qualere peccatum. Vnde angelo, i. epi scopo Ephesi Ecclesiæ scribit Ioannes: Non potes sustinere malos. [In tenebris strauī lectulum meum] Lectulus noster, est contéplatio diuinorū seu pañmentis in Deo, sed & p̄cenisit̄ia est lectus doloris. Hinc Canticoz. i. dicit: Lectulus noster floridus, & in lectulo meo per noctes quasvis quā diligit anima mea. Hic lectulus nūc in tenebris steruit ac paratur: quia contéplatio vita huius, & ænigmatica est atq; obscura, multis quoq; aduersitatibus ac defec-
tibus mixta, dicete Apostolo: Videmus nunc p̄ speculū in ænigmate. [Putredini] i. carnali concupiscētia [dixi], Pater meus es, mater mea] Concupiscētia em̄ parciū, conceptioni nostræ nō desuit, quis p̄ bona sacramēti cōmixtio cōngialis honestet, atq; a culpa aliquā preser-
vetur. [¶ & soror mea vermbus] i. peccatis carnalibus, im̄mūdis ac putridis, quae ex concepi-
scētia oriunt. Itud tñ secundū pr̄cedētis articuli expositionē quilibet nostrū dicere potest
& debet, humiliādo seipsum ex cōsideratiōe p̄pria originis ac finitionis. Si em̄ pensemus ex
q̄ immunda materia in utero matris suum concepti, formati, nutriti, & demū in qualē pu-
tredinē, vermiumq; congerie resoluemus, habemus maximā causam humiliādi ac vilipen-
dendi nosipos, p̄fertimq; spernēdi carnē nostrā, ne eā aut alterius carnaliter diligamus. [Vbi
est ergo nunc p̄stolatio mea?] i. nō aliud summe aut finaliter p̄stolor, nisi te, o Deus summū
& incōmutabile bonum. Quid em̄ mihi est in cælo, & à te qd volui sup terrā, nisi tuipse & te-
ipsum o Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternis. De quo ait seruē amatori Pars mea
dñs, dixit anima mea, ppter expectabo eū. Itemq; Psal. 38. Et nō qua est expectatio mea?
nōne dñe? & patiētia mea quis cōsiderat, q̄ si attēderemus, q̄ plenissime Deus omnia bona
nostra cōsiderat, q̄ libēter patiētes nos videt, q̄ paratus est nostrā patientiā aternalitex coro-
nare, vigilatius insisteremus virtutibus, & patiētiores essemus. [In p̄fundissimū infernū de-
scēder anima mea, in quotidiis anima nra cū omnib; suis superiorib; virib; & actib; in
infernū descēdat, p̄ cōsiderationē, detestationē, & frequētē memoriā infernaliū tormentoz,
ne postea cū corpore & anima omnib; suis peccatis corrugamus in eū. Postremo ex verbis
huius capituli sumpta est lectio pro defunctis, quae incipit: Spūs meus attenuabit. Ita q̄ ani-
ma in Purgatorio constituta fatetur: [Spiritus meus] i. intellectus seu mens [attenuabitur]
subtili cōsiderādo diuina, cū fuerō p̄cenis istis erēpt, seu aliquo earū relevamine mīhi cō-
cessio. Magnitudo quippe p̄cenario, cōsiderationē & contéplationis impedit subtilitatem.
[Dies mei] quibus hic puniar, s̄breuiabū. [Certa est em̄ q̄ tandem eripiet à p̄cenis fal-
uabitur, & solum mīhi supereft sepulchrū], i. interim non alium habeo locum sive la-
tibulum, nisi hoc p̄cenalē receptaculum quo affligor, nec aliquid rerum terrenaꝝ possideo.
Quomodo autem tali loco Purgatorij & inferni, conueniat nomen ratioq; sepulchri, di-
ctum est supra. Nam & diues epulo fertur sepultus in inferno. [Non peccauis] i. In peccato si-
naliter non permanisi, immo pœnitui, iuxta quem sensum accipi potest illud primā Ioani-
nis tertio capite: Qui natus est ex Deo, non peccat, & in amaritudinibus] Purgatoriarū p̄ce-
narum [morai oculus meus] interior, quoq; pro vniuersis & singulis meis peccatis seu de-
bitis fuserit satisfactum. [Libera me] de p̄cenis his, & pone me iuxta te] in regno iucundi-
tatis ac securitatis aeternæ, quod anima talis vehementissime cupit, vt sapientia tactum est. [¶ &
cuīvis manus pugnet cōtra me] id est, tunc nullius impugnationē non timebo. Nn enim
ho dicit̄ quasi beati impugnen fab aliquo, qui omnino impossibilis atq; securi sunt, sed quia
ledi nullatenus possunt. Veruntamen inter angelos bonos & malos ponitur pugna in Apo-
calypsi ac Daniels, que tamen angelis sancti nullam vñquam molestiam infert. [Dies mei
transferunt,] id est, tempus quo potui me iuunare ac promereri, sinitum est. Ideo aliorū pre-
cor suffragia. [Cogitationes meæ dissipate sunt] Licit enim anima in Purgatorio maneat
Deo habitualiter incessanter unita per charitatē quam nunquā amittit, nihilominus impel-
lente p̄cenorū acerbitate, cogitationes habet multiformiter discurrentes. [Torquentes coe-
meum] id est, voluntatē, quae ex talibus cogitationibus & ap̄fensis per eas non patrum af-
fligitur. [Noctem verterunt in diem,] quia iuxta sensum statuum, cogitationes illa; propter
amaritudines sibi annexas animam s̄pē sic obruant & quasi obseurant, veritas contemplationem impediēt, vt ipsa anima inter noctem & diem, id est, inter verum & fallum, seu
bonum & malum, vix queat discernere, immo vñam horam iudicet multos annos, [& rur-
sum pos̄ tenebras,] i. p̄cenas Purgatorij, in quo est carētia lucis gloria seu etiam luminis ex-
terioris, quantum ad consolationem & copiam, caligo quoq; in iudicando & cognoscendo, p̄fertim respectu cognitionis in patria, s̄pero lucem] gloria seu visionis beatæ, immo
Deum lucē aeternā, immēsam, fontalē, in cuius certissima expectatione & spe anima est talis.

[Si

[Si sustinuero] p̄cenas has, quas me ferre oportet, i. quāvis eas p̄tulero, tamē [in]fernus do-
mus mea est i. purgatoriu interim manet habitaculum meū, quousq; plene fuero emunda-
ta. Quod autē infernus qāq; p̄ purgatorio accipiat, p̄habitu est. Nam & in Missa oramus,
Libera animas fideliū defunctoz de p̄cenis inferni, i. Purgatorij. In tenebris strauī lectulū
meū] i. in mūdo & corpore viuēs, peccādo p̄parauī mihi hūc locū doloris, in quo velut in le-
ctulo teneor & p̄cenoſe q̄esco. [Putredini dixi, p̄ me⁹ es, mater mea, & soror mea vermb⁹.]
Hoc anima in p̄sonā defuncti seu ex parte cōpōtē dicere potest, iuxta expositionē inducta.
Vel ideo dicit̄ hoc, q̄a in vili & putrido loco sic coarctatur, vt quasi affinitatem cum eo con-
trahere videat. Vermes quoq; remorū conscientia intelligi possunt, iuxta illud Isa. 66. Ver-
mis eoz non moriet, [Vbi est ergo nunc p̄stolatio mea?] Vtq; in cælo empyreo. Lectio auē
sic terminat, & patiētia mea, tu es dñe Deus meus. Deus népe patiētia anima est, q̄a patiētia
dator & causa est, finis ac ratio. Vel patiētia, i. bonum, ppter qd oia lōganimite sustinet, seu
præmia obiectio, patiēter expectat. Vnde ait Psal. 70. Qm̄ tu es patiētia mea dñe, dñe spes
mea. Et alibi: Deo subiecta esto anima mea, qm̄ ab ipso patiētia mea. Patiētia autē p̄spie vir
Psal. 65. tus est, tristitia moderans, ne inordinata seu excessiva constat.

¶ Elucidatio Cap.18. Respondens ait Baldath Suhites, dixit

Art. 41.

Apientes & magni in oculis p̄p̄is, despectū sui nō ferunt, & increpāti veraciter durjora
respondēt mendaciter. Hinc Baldath secūdo obiectio, primoq; replicans cōtra lob, cum
de multis redarguit. [Respondens autē Baldath Suhites, dixit] Vtq; ad quē finē verba iacta-
būt? i. quādū vana & frivola iactanter atq; procaciter loqueris, quouq; sermonē inutilem
& pomposum nō finis. Hoc est qd in Actis Epicurei & Stoici philosophi dixisse legūtur ad
Paulū. Quid vult seminuerbi? hic diceret id qd supra pr̄luit Baldath, diceret. Vtq; loque-
ris talia? & spūs multiplex oris tuis [intellige prius] i. proprio & verbo insuper qd nosiforoz
sensus attede, & sic loquamur. Cōfereō & dispūtādo ab inuicē, in q̄ notat B. lob d: magna
insipietia, & qd tā passionate loquat, q̄ nec seipsum nec cōdisputates itelligat, sicut de qbustā lob 8.
philosophis Aristoteles scribit, q̄ p̄p̄ā vocē non intelligebat. [Quare reputati sumus vt iu-
menta] i. cur reputas & cōtēnis nos, ac si bruta essemus, quia dixisti p̄ precedenti Capit. non
inueniam in vobis vñlum sapiētēm? & sordidus corātē? i. viles nos cōsimas tanq; insipien-
tes atq; iniustos. Per sapientiam erēti & virtutem homo p̄cētue nobilitat, ornatur, atq; à
brutis distinguitur. Propter quod de nō intelligēte beneficii Dei fertur Psal. 48. Homo com-
in honore esset, non intellexit; comparatus est iumētis insipientibus. [Quid p̄tēd anima cu-
am in furore tuo?] insipietia periculoseq; agis, q̄ anima tuā ita dānationi exponis, ex furo-
re passioni falsa atq; sacrilega cōtra Dñ & nos p̄ferendo. Nam suprā dixisti Non p̄cētū cri-
meo. Et rursus Caligait ad indignationē oculū meus. Porro in verbis his Baldath refidicit
B. lob in qnq; circa verba quae dixit Primo, q̄ valde fuerit promptulus ad loquēdum, cōtra
quod Proverb. 29. dicit: Vt dixi aliquē velocē ad loquēdum? Stultitia magis sperāda est, q̄ il-
lius correctio. E. laco. i. Sit ois homo velox ad audiēdum, tardus autē ad loquēdum. Secūdo,
q̄ p̄tēd erit q̄ cōplete colloquēt audiret, cōtra qd ait scriptura: Qui prius iudet q̄ audiat,
stultū se esse dēmōstrat & cōfusio dignū. Tertio, q̄ colloquēt sp̄nari & exp̄b̄ret, iuxta
illud Ecclesiastis 1. In multa sapiētia multa indignatio. Nā qui sapiētes se reputat, cōtradicen-
tibus indignant, & dura profant, secundū illud Proverb. n. Vbi fuerit supbia, ibi erit & con-
tumelia. Quarto, q̄ ex impetu passionis locutus sit, qd insipietia est, put Proverb. 12. scribit: Fa-
tuus statim indicat ita suā. Qynto, q̄ verba sua iefficacia sint ad p̄uadēdū intentū, ideoq; in-
fructuose verba iactet seu sp̄gar, quēadmodū Eccl. 10. dicit: Stultus verba multiplicat,
quo cōtra Salomon p̄fessati Preciosi sp̄s, vir eruditus q̄a videlicet eruditū virti est, sente-
tioſa verba p̄ferre, q̄ auro preciosiora cēsent. Præterea qd dicit, Vtq; ad quē finē verba iacta-
būt, de dupliči potest fine exponi, secundū Albertū. Primo, de fine durationis. Sic qd sensus est,
qd fine mētura esfundit loquētā, quēadmodū scriptū est: Stultus in loquēdū nō potest cohē-
re sp̄m suū. Secūdo, de fine intētōis, eritq; sensus, qd instructio loquētā, eo qd p̄ verba sua nā
hil cōcludat aut cōsequat. Iactator equidē sapiētiam quam nō habet, v̄surpat seu monistrat.
[Nungd ppter te derelinqui terra, & trāsferēt rupes de loco suo?] Hoc ad literā sic expo-
nendū opinor: Tam supbe & magnifice loqueris, ita te erigis & alios deprimis, ac si te p̄-
rente aut redarguto, tota terra & habitationes in ea, essent mox perituri, rupes quoq; trāsferē-
tā essent de p̄p̄is locis. Luxa hunc modū solemus dicere his, quos ad vitā hortamur clau-
stralē, q̄ dicunt: Nungd oēs possunt fieri religiosi seu monachis, quis negocia mūdi tracta-
ret, qd de necessarijs p̄uidere, qd generationē cōtinuaret, hoc in qua cūlibet dicimus. Nun-
quid ppter te misericordia peribit, aut ḡhatio desinet? Ita ait iā Baldath! Nungd ppter te &c. Hoc
est, nimis extollis repuras teipsum, quēadmodū Nume. 16. Moses ait q̄uidā Numinis erigio-
min i fili; Levi. Porro Thomas & Albertus p̄ terra & rupes, intelligūt ceras, firmas ac solidas Thomas.
Albertus.

Prou. 18.

Prou. 17.

Albertus.

Prou. 25.

Si sustinuero] p̄cenas has, quas me ferre oportet, i. quāvis eas p̄tulero, tamē [in]fernus do-
mus mea est i. purgatoriu interim manet habitaculum meū, quousq; plene fuero emunda-
ta. Quod autē infernus qāq; p̄ purgatorio accipiat, p̄habitu est. Nam & in Missa oramus,
Libera animas fideliū defunctoz de p̄cenis inferni, i. Purgatorij. In tenebris strauī lectulū
meū] i. in mūdo & corpore viuēs, peccādo p̄parauī mihi hūc locū doloris, in quo velut in le-
ctulo teneor & p̄cenoſe q̄esco. [Putredini dixi, p̄ me⁹ es, mater mea, & soror mea vermb⁹.]
Hoc anima in p̄sonā defuncti seu ex parte cōpōtē dicere potest, iuxta expositionē inducta.
Vel ideo dicit̄ hoc, q̄a in vili & putrido loco sic coarctatur, vt quasi affinitatem cum eo con-
trahere videat. Vermes quoq; remorū conscientia intelligi possunt, iuxta illud Isa. 66. Ver-
mis eoz non moriet, [Vbi est ergo nunc p̄stolatio mea?] Vtq; in cælo empyreo. Lectio auē
sic terminat, & patiētia mea, tu es dñe Deus meus. Deus népe patiētia anima est, q̄a patiētia
dator & causa est, finis ac ratio. Vel patiētia, i. bonum, ppter qd oia lōganimite sustinet, seu
præmia obiectio, patiēter expectat. Vnde ait Psal. 70. Qm̄ tu es patiētia mea dñe, dñe spes
mea. Et alibi: Deo subiecta esto anima mea, qm̄ ab ipso patiētia mea. Patiētia autē p̄spie vir
Psal. 65. tus est, tristitia moderans, ne inordinata seu excessiva constat.

Quen -

154 Cap. 18.

D. DIONYSII CARTHUSIANI

quent à suis tentoribus solidæ antiquoꝝ sententia de pudentia Dei, q[uod] si nullus affligit poena à Deo, nisi pro p[ri]a culpa; quod cōsequenter p[er] viribus p[ro]bat. [nōne lux] i. prosperitas seu opulentia atq[ue] iucunditas, t[em]p[or]is extingueſt i. peribit, nec splendebit flamma ignis eius? I Per igne amor exprimit, cuius flamma est desideriū æstuans. Ignis vero prauoꝝ, est improbus amor sui, qui est amor priuatus ad se reflexus, omniū vitiōꝝ origo, eiusq[ue] flama est intensa affectio p[ro]prii boni, delectabilis, utilis aut honesti vere vel appetere. Baldath ergo vult dicere, q[uod] impioꝝ, quibus debet aduersitas, cito trāſibit, p[er]spicitas desideriū quoq[ue] eoz non splendebit sive floreb[it] fortido effectū, sed euaneſcet, q[uod] quāns sit ver[us], referēdo hoc ad celerem finē vitæ p[er]sentis, in quo cito peribit omnis vitiōꝝ, p[er]spicitas, tamē secundū intentio nem ipsius Baldath, nō semp[er] verificat, cū videamus impios in vita hac p[er]spicitari, deliciari, & aliquoꝝ diutius vivere iustis, q[ui]bus & multa cōtingunt aduersita, Interduū tñ accidit, sicut Baldath int̄edit. Hinc Proverb. 13. dicit: Lux iustos[er] leuitat, lucerna autē impioꝝ extinguet. Albertus quoq[ue] hic ait: Flama (secundū Aristotelē) est fumus succēsus, & significat p[er]spicitatem, quæ ex avaritia & libidine cōgregat, lux obtenebretur in tabernaculo eiusj, p[er]spicitas domesticor[um] & habitaculi sui, simul cū ipso deficerit, & in aduersitate mutabit, & lucerna quæ sup[er] eum est] i. claritas sua fama extingueſt, i. ita q[uod] vilis & miser diceret, qui pauloante erat famosus & inclitus, iuxta quē sensum Salomon Prover. 10. loquitur: Memoria iusti cū laude, nomē impioꝝ putreficeret. Et David regi p[ro]misit Deus, q[uod] daret ei lucernā in Hierusalem, sicut in lib. Reg. frequenter habet. Ec contra demū de forti muliere Prover. 31. dicit: Nō extinguetur in nocte lucerna eius, [Arctabun] gressus virtutis eius] i. p[ec]catus & opa suæ potentie restringentur p[er] aduersitatē, infirmitatē, obſtacula. Hoc dicit cōtra Job, quia superius dixit Deo: Posuisti in neruo pedem meum. Sic Deus arctauit gressus Pharaonis filios Israel persequenter, & præcipitabit eum consilii suum] i. erranti consilio credet, falletur, & à fine impeditur intentio. Deus enī frequenter instaurat consilia impioꝝ, sicut iphus Achitophel, & de iniustis Proverb. 1. inducit. Comedēt fructus via sue, suisq[ue] cōſilijs saturabunt. Talibus loquitur Deus per Esaiam: V[er]e filii deserentes, vt faceretis consilii, & non ex me: vt adderetis peccatum super peccatum, & os meū non interrogastis. Istud superius dictum pleniusq[ue] expositum est, vbi habet: Deus app[re]hendit sapientes in astutia eoz, & cōſilium prauoꝝ dissipat. [Immissit enim in rete] id est, capturam diaboli, scilicet in peccatum, [pedes suos] i. affectus & vita, p[ec]catus implicando se vitis. Propter quod ad veram prosperitatem tendere impeditur, secundum illud Proverb. 5. Iniquitates sua capient impium, & funibus peccatoroꝝ suorum constringetur. Sic de diuitiis & auarisi ait Apostolus: Qui volunt diuitese fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria maula vana & inutilia, & q[uod] mergit hominē in interiū & perditionem. Sed tale rete non incident oculari, veraciter sapientes, qui norunt astutias satanæ, ingiter[unt] ad Deum confugunt. Vnde Proverb. 1. afferit: Frustra iactur teate ante oculos penataroꝝ, & in maculis eius] id est, peccati in mundis, [ambulat] perseverando in malis, 1. Tim. 3. & de uno peccato in aliud corrundo, quemadmodū Timotheo scribit Apostolus: Malitio[n]es proficiunt in peius, errantes, & in errorem mittentes. Nam & vnum peccatum nisi per p[ro]cen[t]iam delatur, pondere suo mox trahit ad aliud, iuxta illud Ecclesiast. 5. Peccator adiicit ad peccatum. De talibus dominus per Sophoniam testatur: Visitabo sup viros deficos in facibus suis. [Tenebitur planta illius laqueo] Per plantam, quæ est infimū pedis, intelligitur terrenus affectus, quo homo infimis carnalibus adhærer, qui laqueo tenet] id est, fraude diaboli retrahit mentem à Deo, & figit in vicio. Laqueus quoq[ue] confundendo peccandi, tentatio inimici, & q[ui]cqd à Deo mentem directe elongat, de quo habetur in Psal. 12. Animatio nostra sicut passer erepta est de laqueo venatiū. Eti[m] Ipse liberabit me de laqueo venatiū. Deniq[ue] secundum Augustinū, in medio laqueoꝝ ambulamus, quibus si plata seu actio nostra innectat, à progressu ad beatitudinē detinet seu impedit, & exardecet cōtra eū] i. cōtra ipsius salutē feruebit in eo [stis] i. ardens peccati affectus. Quāto em̄ quis diutius peccatis seingerit, tanto plus delectat eum peccare, quantum in se est. Propter quod Abacuc de impio ait: Dilataz quasi infernus animam suam, & non implebitur. [Abscondita est in terra pedica eius.] Pedica est instrumentum capiendi per pedes animalia sub terra abscondita. Dicit quoq[ue] catena seu vinculum pedum. Itaq[ue] in terra abscondita est pedica eius, i. in terrae & rebus carnalibus latet causa seu laqueus decipiēs impium, dum bono in rebus caducis i. inuenio affectus & latet, atq[ue] à Deo avertit. Hi sunt quos avaritia decipit, & libido sine elatione. Vnde subiungitur & decipitur illius super semitā. Decipula est instrumentum decipiendi vel capiendi, p[er] quam causa aliciens ad peccatum exprimit, que sup semitam absconditur, i. in rebus quibus homo quotidie vitit, & p[er] quas velut per semitam graditur, occultatur. In rebus enim creatis aliquid bonitatis, desiderabilitatis, deliciositatisq[ue] est, sed virtuosi talibus bene videntur, referēdo h[ab]et ad gloriam creatoris, vidento eis secundum voluntatem ipsius tanq[ue] medijs ad finem. Vt iofisi vero talibus quasi ultimo fini inhāret, & plus afficiuntur ac dele-

Albertus.

Aristotel.

2.13. 1.2.21.

1. Reg. 17.

Esa. 30.

Iob 5.

1. Tim. 6.

2. Tim. 3.

Soph. 1.

Psal. 90.

Abac. 2.

non, sed seducit turbas; nemo tamen palam loquebatur de illo. Detractio autem mortale peccatum est, valde graue, & grauius furto. Ideo Eccl. 10. dixit: Quomodo si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occule detrahitur, lustro autem detrahere, prorsus enorme est. Labominati me sunt quondam consiliarij mei, videlicet sacerdotes, scribae & pharisei, q. consiliarii Dei seu Christi fuerunt, quasi ad ipsum pertinentes, non quasi ei consilii impendentes, sed populo eius, quemadmodum in Genesi filii Heth loquuntur ad Abraham: Princeps Dei es apud nos, vbi alia translatio habet: Rex Dei es apud nos. & quem maxime diligebat, auersatus est me. Posset hoc exponi de Iuda proditore, quem Christus maxime, i. valde multum dilexit, quantum ad amicitia signa, & beneficia gratia gratis data. Nam fecit cum Apostolus suum, procuratorem, & forte ad temp^m fuit in charitate & gratia. Denique princeps apostolorum oretur cum anathematizatione ac iuramento Christum negavit. Insuper ordinis pontificalis praeceteris a Deo electus, Christum specialiter noscitur persecutus. [Pelli mea, confunditis carnibus, adhæsit os meum.] Tempore passionis sanguine Christi exhausto, & corpore vulneribus dilacerato, violentissimeq; distento, caro eius magna ex parte attenuata est, ita ut ossa viderentur pelli hærente, quia dilapsa dispersaq; fuit caro eius tenerima. & derelicta sunt tammodi labia circa dentes meos. I. cæteris membris meis suo officio qdammodo destitutis, solius mihi lingua & vsus remansit tempore crucifixionis. Nā & Christus voce magna exclamans tradidit spiritu quod supernaturale fuisse considerans ipse centurio: Vere, inquit, hic homo filius! Dei fuit. Miseremini mei, miseremini mei salte vos amici mei. Christus sibi cōdolere suos optauit, quemadmodum naturale censem afflictus. Propter qd ait Psal. 68. Sustinui q. simul contristare, & non fuit & q. consolare, & non inueni. Præterea per amicos eius, intelligi possunt oēs qui affuerunt Iudei, q. licet p. maiori parte fuerint eius inimici, th. amici vocant, qm Christus eos amauit, & qm qdam eorum pdestinati fuerunt: sicq; amici tunc erant, non secundū plementum iustitiam, sed secundū pdestinationem aeternam, q. postea sunt conuersi, qbus passione instantे pediti. Quum exaltauerit filium hoīs, tunc cognoscetis quia ego sum. Iudei quoq; Christus multa specialia beneficia erogauit, ideo praeceteris eius dicebatur amicivnde eorum ingratitudo, perfidia, & persecutio sibi molestior fuit. Itaq; ait: Miseremini mei, &c. tanq; dicati Gentilibus me tam dire cædētibus, saltem vos Iudei populus, ppter qd veni, condolebit. Nihilominus pamicos intelligi possunt Iudei tunc qdammodo increduli, puta discipuli, qui sive absentes, sive plementes, Christo intime cōpabantur. q. quia manus dñi tetigit me. Deo enim pmitente occitus est Christus, immo Deus se id fecisse testatur p Esa. 53. Propter scelus, inquietus, populi mei pcessus est. In Actis qd loquitur Petrus Deus qui p̄dixit per os oīm prophetarum pati Christum suum, impleuit sic. Crudelibus vero incredulisq; Iudeis loquitur consequenter: Quare persequimini me sicut Deus? Hoc secundum pcedentis articuli elucidatione competit Christo, qui etiā ait Deum se persequi pmissus & quia per filii sui unigeniti psecutionem & mortem, sordinavit genus saluare humānum, hinc filius loquitur patri in Psal. 68. Quem tu percussisti, persecuti sunt. & carnibus meis saturamini. Hoc rursus secundum phabitam expquisitionem maxime competit Christo, de cuius amatissimis poenis crudelissimi persecutores vehementissime gestabantur. Quid mihi tribuat, vt scribantur sermones mei? Christus utiq; verba sua tam in cruce & tēpore passionis & ante plata sciens saluberrima esse, optauit ea ad mundi instructionem scribam in libris, q. in hoīm cordibus, quod etiam fiendum certissime nouerat. ideo subditur: Quis mihi dēs, vt exarentur in libro i. corde Iudeorum, ob qdum instructionē Christi? specialiter missum se prohibet, stylō ferre oīi, profunda & fortis inscriptio, pditione, seu illuminatio, per quam verba diuina menti imprimum humana. Svel in plumbi lamina p. quam intelligitur cor grauius personay, que religiosiores videntur: quod Christus adiunxit, quia a communī populo Iudeorum nouerat sua verba spēnenda, ideo cupiebat vt saltem ab eis recipere, qui majoris probitatis estimabantur: quod & partim completum est, quia vt Acta habent. Multa turba sacerdotum obediebat fidei. Sed qm̄ maior pars plebis huiusmodi manifesta, optauit salvator vt conquereretur gentilitas. Propter quod subditur: vel certe sculpantur in siliceti, duro gentilium corde, de quibus dixit salvator: Alias oves habeo quae non sunt de hoc ouilli, & illas oportet me adducere. Denique de spirituali hac inscriptione, qua euangelica lex in cordibus scripta est electorum, allegat Apostolus ad Hebr. 8. testimonium Hieremiz, Deum inducens dicentem: Dabo leges meas in mentes eorum, & in corde eorū suū perscribam eas. Sequentia autem verba non proprie congruit Christo, qui non in nouissimo die resurget, sed die tertio resurrexit. Insuper ex p̄einductis faciliter reor patere, qualiter verba huius cap. de quoconq; grauiissime afflito ac iusto, per Iob figurato, & Christi imitatore, queant exponi, quod causa vitanda prolixitatis non prosequor, sed circa pleniorē tractationem verborum huius cap. que pro lectione dicuntur in officio defunctorum, paulum immorabor. [Pelli mea, consumptis carnibus, adhæsit os meum, &c.] Si quistantam in-

eiderit infirmitatem, aut tantam fecerit abstinentiam, vt caro eius pro magna parte cernatur consumpta, ita vt dicere valeat cum Psal. 101. Ossa mea sicut crevum axuerūt, percutiūt, perfrumentur ut foenum. A voce gemitus mei adhæsos meum carni meæ, i. pelli, secundum Hieron, talis verba hæc lob dicere potest, qui amicorum petit suffragium: Miseremini mei, misere mini mei saltem vos amici mei. Tempore etenim aduersitatis & necessitatis, p̄cipue amicitia est monstranda, ideo dicitur Eccl. 6. Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei teipsum. Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanet in die tribulationis. Itemq; Non te p̄geat visitare infirmum. Ex his enim in dilectione firma Eccl. 7. beris. Et alibi scriptum est: Frater in angustijs comprobatur. Talibus ergo misereamur inter alij. riori compassione, & subueniamus pro posse, orando, consolando, ministrando, de necessaria p̄suidendo. [Quia manus domini tetigit me,] paternaliter in hac vita castigando, quæ admodum legitur: Castigans castigavit me dñs. Interdum aut manus dñi tangit nos in spūa psal. 17. alibus donis, illadspēfatore suspedendo, aut iuste tollendotuncq; maiori sollicitudine arcu custodia indigemus, & aliorum spūale subsidium implorare debemus, ne in mente granis vulneremur, sed statim curemur seu reparemur. Quare psequimini me sicut Deus, & carnis bus meis saturamini. Hoc iuxta expositionem p̄habitam, duris Incompassiuiscit dicitur, de qbus Prouer. 12. fertur: Viscera impiorum crudelia. Tales aut, iniqui sunt vitiosi, q. valde. Vnde Prouerb. 11. legitur: Qui deficit amicum suum, indigena corde est: benefac animæ sua vir misericors, qui aut crudelis est, & propinquos abicit. Tales attendant & pauent il- lud laco. 2. Iudicium sine misericordia illi, qui nō fecerit misericordiam. Quis mihi tribuat vt scribantur sermones mei, & qui ex gratia sibi collata profert sententia atq; utilia, merito ex charitate cupit ea ad aliorum p̄fectorum commendari memorie & scriptura, p̄ferat cum Eccl. 20. scriptum sit: Sapientia absconsa & thesaurus inuisus, q. utilitas in vitroq; Scio enim p̄ redemptor meus vivit. Quemadmodum ad Roman. 6. dicit Ap̄los: Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, qui secundum diuinitatem aeternaliter & incommunabiliter est viuens & vita. Hunc redemptorem tanto amplius diligere debemus, quo in seipso est melior, & quo à poena majori nos liberavit, ad maiora qd bona perdixit quo item hoc amorosius, preciosius ac labotiosus fecit. Cum igitur ab aeterna nos damnatione, poena & morte redemerit, gratiam & gloriam nobis meruerit, & proprii sanguinis effusione cum amarissima passione hoc egerit, constat q. eum toto corde in oībus & super oīa semper amare, tñ mere, honore incomparabiliter obligemur: quia nisi fecerimus, ingratisimi atq; vilissimi canes probabimur. & in nouissimo die de terra resurrectus sum &c. Verba hæc fatis exposita sunt. Omnes quoq; in die iudicij videbūt Christum Deum & iudicē in forma humana. Beati vero eius tunc diuinitatem etiam intuebuntur. Præterea verba hæc vigilansime pondere ac penetrare debemus, felicemq; resurrectionem cordialissime desiderare, & pro ea efficaciter laborare. Sed & metuendissimum Dei iudicium tota mente reveri, & quæ tunc futura sunt, tanq; plementa oculis fidei qdidi intueri. Postremo tangendū, quō lectio ista conueniat anima in purgatorio constituta. Talis siquidem anima si languore graui & longo separata fuit à corpore, dicere potest de corpore quod habebat Pelli mea &c. quod ait ad p̄uocandam Dei clementiam, dum propriam commemorat calamitatem. Insuper anima talis grauiissime dolēs, nec tñ iuavre se valens, amicorum precatur suffragia. Miseremini mei, miseremini mei! Repetitio verbi, indicium est int̄ ēs affectus, grauiissimq; doloris. Saltens vos amici mei, jvcz, ppinqui, familiares, amatores, & qbus aliqui benefici, aut bona qd habui, possidetis atq; consumitis. Vnde specialis vobis ratio miserendi est mihi, charitate & iustitia exigētib^m istud. Itaq; miseremini mei p me orando, eleemosynas tribuendo, ieunando, celebrando, aut cetera virtutē opa p me satisfactoria exercēdo. Sed heu in hoc multi viuentium negligētes sunt vehementer, dum nec filii paretibus, nec bñficiati bñfaci oribus, nec p̄ping cognatis, nec amici amicis, nec in fidutia habiti cōmētatis, defundatis (vt dignū est) pītis modis iam miserenitatem pag attendūt, in quantis illi sint poenis, q. affectuole sibi postulant subueniri, qtm etiam teneantur illis succurrere. Nouerint hi quia sic fieri sibi, quō faciunt alijs. [Quia manus dñi tetigit me,] poenis istis affligit. Quare persequimini me sicut Deus usq; Hoc anima dicit aduersus eos, qui occasio sunt q. poena sua in purgatorijs loco augetur, qui s. anima culpas sequuntur, aut mala eius incaute commemorant, quod secundum Gregorij, vicissim vergit in poenitentiam anima in clementem, & carnibus meis i. carnali bus opibus seu operibus saturamini, p̄tendo meis nec tamen digne mihi subuenientes, in quo & sacerdotes & canonici religiosi, cæteri inueniuntur maxime ac damnabiliter defecūti, non orando ac satisfaciendo pro his, quorum eleemosynis vtuntur aut sufficiantur, sic ut charitas æquitasq; requirunt. Contra quos sanctus Bernardus terribiliter scribit, quia Bernardus sacrilegi sunt, bonis ecclesiis abutendo, & de eleemosynis pauperum delicate se nutriendo, preciosae, curiose atque superbe vestiendo, ac sceleratissime superbiendo. Itaque pro beo

bñfactorib' nostris viuis ac mortuis iugiter efficaciterq; oremus, grati sumus& ita viuamus, vt pro nobis ipsis ac alijs idonei deprecatores inueniamur. [Quis mihi tribuat vt scribatur sermones mei] &c. Verba equidem anima talis, tam dolorosa sunt, ipsa q; anima taliter angustiatur, q; verba sua cupit scribi & auxiliari valentibus intimari, vt & ceteri hac scientes, peccas has caueant, ac pro ipfa exorent. [Sic enim q; redemptor meus viuit] i. ideo cupio mihi subueniri, qm scio me redimendam, certissime prætolans resurrectionem beatam, sciensq; Christum saluatorem meum in celis regnatum. [& in nouissimo die de terra surrectus sum] ego sp̄s rationalis, q; corpus intrabo, informabo, viuificabo ac erigam. Sicq; cum Iohel.3 illo de terra ad iudicij locum consurgam, sicut per Iohelem Deus prædixit: Consurgant & ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo vt iudicem oēs gentes in circuitu. Cæterorum verborum lectionis huius expositi non variatur, sed ex præcedenti pater articulo. Quod vero in fine cap. legitur. [Quare ergo nunc dicitis, persequamur eum, & radicem verbi inueniamus contra eum?] potest esse verbum Christi contra Iudeos, qui se ad eius persecutionem mutuo hortabantur, multipliciterq; inter se contulerunt, quale aduersus eum accusationem proponerent. Potest demum esse verbum cuiuslibet iusti contra impios persecutores. Cetera patent.

[Declaratio literalis cap.20. Respondens aut Sophar Naamathites, dixit.

Articulus 45.

Respondens autem Sophar Naamathites, dixit: Idcirco propter ea quæ dixisti o Iob, cogitationes meæ varie succedunt sibi, diversa considero, nanc pensando orationes p ruz positionis defensione valentes, nunc eas quæ ad contrarium videntur conferre, & meam positionem firmareq; & mens in diversa rapitur, i. intellectus meus in diversa pendenda ac discutienda defigitur, vt moris est disputantibus, qm nutare incipiunt & dubitare quid verius sit. [doctrinam qui me arguis] i. reprehendis tanq; male sentientem de prouidentia Dei, dum dico homem non flagellari à Deo nisi p suis peccatis. [audiam] non mox eam cum aspunctione abiiciendo, sed qd veri in ea sit, diligenter inuestigando. [& sp̄s intelligetis mea] i. sp̄s per quem intelligo, si anima vt intellectua, respondebit mihi] i. intus mihi ostenderet, ac indicabit in consistorio mētis meæ quod verum est, quia per intellectus investigationem veritas inuenitur. [Hoc scio] quod subdo, vctq; à principio temporis ex quo positus est homo super terram, i. ab exordio cōstitutionis generis humani, [q; laus impiorum brevis sit] i. celebris fama eorum cito pertransit, & paulo post diffamantur, cum non vera, sed apparet bonitas virtutis in eis sit, cuius falsitas cito consideratur atq; patescit. [& gaudium hypocritæ ad instar puncti] nullius est reputationis sue durationis, præsternit respectu veri spiritus q; gaudi, & quo ad futuri seculi æternitatem: nō enim vero ac stabili innititur fundamento, sed caduco, vano atq; fallaci. Vnde Prouer.12. scriptum est: Iter impiorum decipiet eos. Esa.47 In Esaia quoq; dicitur impi: Venit super te malum atq; calamitas, & nescies orum eorum, venient super te miseria repepte. [Si ascenderebit vsc; ad celum superbia eius] i. q; tumilibus in vita hac prosperetur ac eleveretur, etiam si celestibus ac divinis se reputet parem, vt hi q; in vita ista se adorati fecerunt. [& caput eius nubes tetigerit] i. ambitio sua mens eius pra alij sublimiter valde se erigat, sanctisq; qui nubes vocantur, se præsumptuose æqualem existimet. [q; si fieri quoniam in fine perderetur] i. in morte subito deprimetur, atq; vt vilissimum cadaver à Deo spernetur, & eternaliterq; damnabitur. Sic & Psal.36, decatara: Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat, & quasi ueniens, & non est inuentus locus eius. Hinc i. Mach.2. inducitur: Gloria peccatoris stercus & vermis, Hodie extollitur, & cras non inuenitur, quia eōuersus est in terram suam, & cogitatio eius perficit. In visione q; abd.1. Abdit dñs cōminatur superbo: Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detrahant te, dicit dñs. [& qui cum videant] in prosperitate, sublimitate & gloria, dicēt, cognita repentina eius deiectione, tibi est. [quasi dicant mirando, o q; cito deficit & perire ipse cum omni apparentia sua.] Vetus somnum auolans] i. à mēta per obliuionem cito recedens, non inuenietur in pristina vita & gloria, & transiit sicut visio nocturna] quæ momentanea est solet, sic ipse de vita tolletur & disperibit, quasi hic nunq; fuisset. Sic & Psal.72. cantatur: Deieci eis eos dum alleuarentur, quō facti sunt in defolatiōne? Subito defecerunt, perierunt propter iniuriam suam, Vetus somnum surgentium dñe in ciuitate tua, imaginem ipsorum ad nihilum resiges. Vnde in lib. Sapiaz. vitiosi fatentur: Quid nobis profuit superbia? aut qd divitiarum iactantia contulit nobis? transierūt oia illa tanq; vmbra, & tanq; nuncius p̄cutrens. [Oculus qui eum videbat] in temporali p̄spéritate & pompa, enō videtur, eum amplius in hac vita, q; post mortem non redditur ad statū seculi huius, [neq; ultra inuebit eum locens eius] i. in pristino loco non cōspicet. Locus aut dicit intueri materialiter, inquantū p̄bet id qd continet ad videndū, sicut inanimata dicunt creatorē suū laudare. Psal.102. Hinc aut propheta: Quonia sp̄s pertransiuit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius.

us locum suum. [Filij eius atterentur egestate] i. opibus sui patris priuabuntur, & inopia affligitur, quod non semper corporaliter agiturs video spiritualiter verius adimpletur, q; hi q; eius seellantur hypocrism, & spiritualis refectionis carentia mente arescant, & veris virtutum priuantur diutij, de qua inopia ait Psal.33. Divites eguerunt & esurierunt. [& manus] i. operatis illius reddet illi dolorem suum] i. p̄enam quam meruit, qm propter opera sua iniqua damnatur, iuxta quod Esa.3. scriptum est: Vt impio in malum, retributio enim manū eius fiet ei. [Offa eius implebuntur vitiis adolescentia eius] i. etiam cum senuerit, propter peccata in adolescencia habita in carne & ossibus affligetur. In quo videtur pungeret S. Iob, q; propter peccata diu præterita taliter puniatur usq; ad intima. Vt si crosta eius] i. interiora & anima fortiores potentias implebuntur vitiis adolescentia eius: quia perseverabit in solitis culpis, quemadmodum Prouerb.21. habetur. Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recederet ab ea. Vnde Daniel dicit tali: In ueterate dierum malorum, nunc aduenierūt pecata tua. In Ezech. quoq; de impiis legitur: Iniquitates eorum in ossib' eorum. Qui dam per Eze.32. ossa hypocritæ, intelligent ministros ac robatores eius in malo, qui vitiis eius impletur ea secundo, secundum quod Ecclis.10. ait: Secundum iudicem populi, sic & ministri eius. [& cum eo in puluera dormient] i. in terra quiescent, deinde post resurrectionem cōmunem in inferno pariter punientur, cuius causam adiecit: Cum em̄ dulce fuerit in ore eius malum] i. iniquitas sua ei suauis ac placita fuerit, & de ea delectabiliter loqui inciperit, quales sunt illi p̄sæcūlari, qui peccant ex habitu vitioli seu deliberatione & certa malitia, non ex ignorantia, infirmitate, solave passione, de quibus Prouerb.1. assertur: Letantur cum maleficerint, & exultant in rebus pessimis. Atq; in Psal.72. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum. Cum enim habit' sit velut altera natura, secundū Philosophos, sicut delectabile est operari secundū naturalem inclinationē, ita delectat operari secundū habitum q; implet. Ideo Prouerb.21. dictum est: Gaudium iusto facere iustitiam. Et alibi legitur: Stoliticia gaudiū sūl PRO.15. to. fabcondit illud sub lingua sua] i. impietatem suam occultat, excusat & palliat. q; contra psal.140. orat vir sanctus: Non declines cor meū in verba malitiae, ad excusandas excusationes in peccatis. Et Prouerb.28. ait scriptura: Qui abscondit scelerā sua, non dirigetur. Vt abscondit illud sub lingua sua] i. in vito perseuerat, quemadmodum comedens dulce quid, tenet illud sub lingua, vt diutius delectetur eius sapore. [Paret illi] p̄tēm suum penitendo non corrigit, neq; vlcitatur, & non relinquit illud] i. cessando a culpa, & celabit in gutture suo] i. aperte non confitebit. Quo contra scriptum est: Fili mi, da gloriam dño Deo, & confitere atq; in die Ios.7. ea quid fecerit, ne abscondas. Et Iaco.5. ait: Cōfitemini alterutrum peccata vestra. Itaq; tempore sanitatis amore iustitia & odio culpa confiteamur, iuxta illud Eccl.17. Ante mortem confite, & mortuo quasi nihil periit confessio, confiteberis viuens & sanus. Denique in his Sophat tagit B. Iob, q; ita deliciosum fuerit sibi peccare, q; nolit sua vita confiteri, sed ea excusat ac negat, seq; iustificet. Venerum istud est mollium, nil triste & durum in penitentia pati voluntarium. [Panis eius in vtero illius, vertetur in fel aspidū intrinsecus] i. refectio, qua se laute & de illicitis maleva acquisitis pauit, exit ei causa amarissima p̄enæ ac damnationis, vel in huius mores venenosos atq; mortiferos, iusto Dei iudicio cibus suis sibi in suo vtero conuertetur, iuxta illud Prouerb.20. Suavis est homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calcum. [Eduxitias quas deuoravit] i. iniuste rapuit & consumpsit, tenuomet] i. turpiter perdet vel in tempestive ac dolorose amittet, & de ventre illius extrahet eis Deus] i. districte ab eo regret, torquendoq; exiget quiq; impi habuit, regit, expendit. [Caput aspidū surget] i. impi atq; hypocritam inuaderit vt mordeat, intelligendo p̄ caput aspidum, principe sauvum sue diabolum. Sic S. Thomas exponit, quæ expostio cuidam inepta videtur, afferēt quod in Hebreo Thomas ac libris correctis habeat, fugit. Veruntib; Gregorius diligentissimus libri huius inspecto, Gregorius secundū utrancq; translatione, vct 70. interpretum atq; Hieronymi, legit & exponit, surget, Hieron. non fugit. Hinc verius reor sic in Hebreo haberit, sicut Hieronymus translit. q; vbiq; aferit se Hebraicam veritatem secutum, nec quicq; de ea mutasse. Insup arbitror q; verbum Hebreum sit forte equocum ad fugit, & surget. Atq; aliq; libri continet, fugit. Nam & Albertus ita Albertus exponit, dicendo: Aspis, serpens est incantatore non audiens, p̄necabilis habens venenū, i. valde infectum, quia mordendo interficit, iuxta Thomam, designatq; dæmones præsidentes Thomas obstinatis, doctores & predicatores non audientibus, cuius aspidis caput fugit, qui cum delestatioe suggestione eius accepit, quod sub aliqua metaphora Esaia sic dicit: Quia aspidum ruperunt, & telas araneæ texerunt, q; comedent de ovis eorum, morientur & quod cōfotum est, erumpit in regulum. Itaq; expostio Thoma cōueniens est, & occidet eum lingua vipes. Vipera gen' serpentis est, lingua sua diffundetis venena, p̄ quam detractor seu accusator vel dæmon impietatis persuasor exprimitur quo detracitore, accusatore seu dæmons hypo crita & iniquus corporaliter spiritualiter necatur, ne videat per experimentū, i. non fortiaatur. [ruinosus fluminis torrenti] i. abundantiam temporalis prosperitatis aut opulentia ac

currentis, ut flumen; vel adhærentis & stantis, ut torrens, [mellis & butyri] i. abundantiam dulcium ac delectabilium rerum non habeat. [Luet quæ facit omnia] i. pro vniuersis & singularis suis vitijs punietur, quemadmodum in Ezech. dñs ait: Vnumquem iuxta vias suas iudicabo. Deus enim nullum malum deserit impunitum, sicut nec aliqd in toto inordinatum relinquunt; quod enim inordinatum est per culpam, ordinat ipse per pœnam. [nec tamē consumetur, si] esse non desinet. Anima enim permanet immortalis, corpora quoq; damnatorj resuscitata, non consumentur ab igne inferni. Mors quippe illius misericordia, quæ in Apocalypsi dicitur mors secunda, non tollit esse & vitam naturæ, nec destruit corpora, sed generaliter inest ac punit, nec ibi verificatur illud Philos. Nullum violentum ppetuum, sed (quod in Apocal. legitur) cruciabitur iniquus igne & fulture, & fumus tormentorum eius ascendet in secula seculorum. [luxta multitudinem adiutiorum suarum] i. excogitarum militiarum recentientib; culparum, [sic & sustinebit] tormenta inferni, quia pœna correspondet culpa. Quo enim grauius & multiplicius quis peccavit, eo penaliter affligetur, secundum illud Apocal. 18. Quantum glorificauit se & in delictis suis, tantum date illi tormentum & lucrum. Et Sapien. 6. Fortioribus fortior instat cruciatus, [quoniam confringens] i. violenter frangens nudauit pauperis domum, in opem spoliando, [rapuit] que in pauperis domo inuenit, & non adificauit eam. [i. ablara non restituit, nec destruita reparauit]. Talibus dominus loquitur per Esa. 5. Rapina pauperis in domo vestra est. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commotissim; quæ est satiatus venter eius. i. pauperis, quoniam rebus suis sibi ablati, sufficientiam non habebat. Vel non est satiatus venter eius, i. cor præfati iniqui opibus non est impletum, sed plura appetit, iuxta illud Proverb. 11. Venter impiorum insatiabilis. Et Ecclesiast. 5. ait: Avarus non impletus pecunia. Et cum habuerit qua cœcupierat, possidere nō poterit ea diu, quia vel morte præuenietur, sicut diuini cuidam dicitur Stulte, hac nos te animam tuam repetent atque autem parasti, cuius eritis? Vel illa ab eo tolitur, vt Salomon ait: Qui amat diuitias, striculum non capiet ex eis. Rursus quoq; Diuitiae congregatæ in malum domini sui, pereunt in afflictione pessima. [Non remansit de cibo eius] i. totum in suum vsum convertit, nihil pauperibus tribuit, prout Ezecl. 16. fertur. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, abundancia, ocium, & quia manum ego & pauperi non porrigit, cuius cōgrua pœna subiungitur, propriae nihil remanebat de bonis eius] i. omnia sua ei tollentur, saltem in morte, iuxta id Psalm. 75. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenirent omnes viri diuitiarum in manib; suis. [Cum satiatus fuerit] i. datus, caretabitur solitudine. Denique satiatus, nimia ventris repletione arctatur intra vteri sui pellem, quæ ultra extendi non valet, sicq; tortiones & dolores patit ventris. [restabat] Anxierate perdendi quæ habet. Diuitiae enim cum timore possidentur, & omnis dolor] i. perfecta seu multiplex pœna iuruet super eum partum in seculo isto, deinde in futuro. Ex immoderata eternam potus & cibi, varijs dolores oriuntur in corpore. Hinc scriptum est Ecclesiast. 31. Quam sufficiens homini eruditio via exiguum; & in dormiendo non laborabis ab illo, & non senties dolorem, vigilia & tortura homini in frumento, i. intemperato. Deinde Sophar quasi zelo iustitia additæ Vt inam impletatur venter eius, ut emitat in eum iram furoris suis, ad hoc temporaliter sic abundet, ut Deus districto eum condonet iudicio, sicut de impijs ait per Sophoram. Effundam super eos indignationem meam & omnem iram furoris mei. & pluat super illum bellum suum] i. desuper copiose ingerat ei pœna totaliter exterminatam ac superantem, non paternaliter castigantem, secundum illud Psalm. 10. Pluit super peccatores laqueos. [Fugiet arma ferrea, & iuruet in arcum æreum] i. minora vitabit aduersa, yidelicit flagella, labores & pœnas vita præsentis, incidetq; supplicium infernale, quod omnium aduersorum est maximum, quia enim in seculo isto non vult pro peccatis suis dolere, satisfacere & puniri, meretur aternaliter cruciari. Itaq; iuxta Albertum, per ferrum quod cætera domat metalla, ut dicitur in Daniele, exprimitur præsens pœna, quæ Deus quasi armat ad dominos corrugendosq; impios, prout Sapiens ait: Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Hanc pœnam iniusti, peccantiam vitantes, refugiant, dicente Psalm. 72. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Porro arcum nominat æreum, prout æc dicit commixtionem cupri vel stagni cum plumbbo; quia æs, quia imputribile est, aternam pœnam significat. Dicuntq; arcum, quoniam profunde ac delonge ferit. [Qui] arcus æreus [reductus] manu sagittantis, & egrediens de vagina sua, corio quo sagittari ferunt arcum, & fulguras in amaritudine sua] i. pœna quam imprimet. Per arcum istum, ut patuit, intelligitur infernalis cruciatus, cui velut vagina est occultum Dei iudicium seu præscientia eius, quæ tempore præfinito pœnam hanc in aperito infligit cum fulguratione, i. terrore, impetu & splendore iustitiae, sicut fulgor ruit de caelo repente ac violenter & clare. [Vadent & venient super eum horribiles] i. damones eius ad libitum conculcaunt, & liberam super eum potestate habebunt, ad puniéndum, secundum

dum quod meruit. [Omnes tenebrae absconditæ sunt in occultis eius.] i. interiores & exteriores tenebrae inueniunt in secretis inferni latibus, quo ipse deueniet, in secretisq; conscientia sua seu intellectus ac voluntatis latet omnium tenebrae virtus. Hinc dicit: Projicite eum in tenebras exteriores, De interioribus quoq; tenebris ait Psalmista: Nec fierunt, neq; intellectu exerunt, in tenebris ambulant. Vnde superius de inferno inducum est. Anteq; vadam ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine. [Deuorabit eum ignis qui non succendi] scilicet ignis infernalis, qui ab hoë non naurit noua materia, neq; succendi sed semel à Deo successus, manet in perpetuo in suo vigore, iuxta illud Esa. 30. Præparata est heri tophe, i. gehena à rege præparata, profunda & dilatata. Flatus dñi sicut torrens sulfuris iacentes eam. Dicitur autem ignis inferni damnatos deuorare, non auferendo ab eis esse & vivere, sed omne bene esse, & absorbendo seu totaliter occupando eos suo prædoloroso impetu & vigore. Hinc fertur in Psalm. 20. Pones eos ut cibam ignis in tempore vultus tui, dñs in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Itēq; Cadet super eos carbones, in igne deiecit eos, in miserijs non subsistent. Hinc Christus se dicturus prænunciavit: Ite maledicti in ignem eternum. [Affligetur relictus] in tabernaculo suo. i. i. infernali ergastulo, vnde nunquam eruerit seu redimeat. Insuper post diem iudicij puniet relictus in tabernaculo, i. corpore proprio, sibi tunc vniendo, vi puniatur pariter in vitro, scilicet anima & corpore, sicut per virum, q; & in vitro peccauit, & impie delectatus est. [Reuelabunt carli iniquitatæ eius] i. ciues celestes seu angelii sancti contra eū in die iudicij testimonij pferent, & diuinæ virtute peccata eius in omnibus innotescerent. & terra aduersus eū confugeret. i. homines virtuosi qui in terra mox ante iudicium erunt, morientur ac suscitabunt, contra eum zelo iustitiae mouebunt. Vt terra, i. elementum terræ aduersus eum consurgeret, i. diuinæ vltionis instrumentum ac adiutorium erit in impiis, q; damnabilem demonstrabit, eo q; creatorum suum offendit. Vnde Sapientia quidam afferit: Pugnabit cum Deo orbis terræ contra inſensatos. Quod in eodem libro quasi exponitur, quum dicitur: Creatura enim tibi creatoris deriuens, excedet in tormentum aduersus iniquos. Hinc fertur in Psalmo 49. Deus manifeste veniet. Ignis in conspicuus eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. Aduocabit celum desursum & terram discernere populum suum. Insuper in die iudicij terra consurget aduersus iniulium, quia vnu iniquus ac reprobos alium tunc damnabit comparatiu quia videlicet peccatum vnius, comparatione alterius, grauius apparebit, damnatio quoq; vnius, comparatione alterius iustior ostendetur. Hinc Christus in Evangelio Regina, inquit, Auctori surget in iudicio cum generatione ista, ut pote ludox, & damnabit eam. Idem q; ait de Nini gitis. [Apertum erit germen dominus illius] i. operatio vltiosa, quæ nunc in domo conscientiæ sua celatur, tunc erit omnibus manifesta; germen quoq; dominus sua, i. proles & familia sua, ipsius sequens peccata, erit tunc aperta, quantum ad vita in quibus interim later. Hinc ait Apostolus: Veniet dominus, & ruelabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, Christus etiam prestaturus. Non est occultum quod non reuelat. Vnde vt hanc confusionem non incurramus, Ecclesiasticus nobis dicit: Fili, non semines in fulcis iniustiæ, & non metes ea in septuplum. Detractetur germen præfatum [in die furoris dominij] i. in die metuæ vltionis Dei ac sui iudicij in infernum. Opera enim illorum sequuntur illos, iuxta quæ modū Petrus de apostolis angelis scribit: Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartaro tradidit in iudicium cruciandos reseruari. Sic in Apocalypsi de reprobo scriptum est: Hic bibet de vino ira furoris Dei omnipotentis. Postremo epilogans, subditur: Hæc damnatio est pars hominis impij à Deo, i. merces & res quam suis peccatis meruit sibi à Deo retrubui, & haereditas verborum eius] i. infelix poena aeterna possedit, quam & excessu verbo: suorum promeruit (à domino) sibi infligi, quemadmodum in Apocalypsi de reprobis legitur: Pars illorum erit in stagno ardenti igni & fulture, quod est mors secunda. Cū em in hac vita prætulerit caduca, vana & scotida superdignissimo creatori, nec eum præ cunctis elegit atq; dislexit vt dicere posset: Dominus pars hereditatis meæ, iustissimū est, vt hanc infelicitatem pars pro premio sortiatur, nec delectetur in Deo altissimo, sed torqueat à rebus vilissimis. Omnia hæc Sophar de hypocrita ita induxit, vt per ea beatum lob notaret. Quem enim videt à Deo percussum, non credit bona qua egit, corde simplici operatum. Præterea constat ex his, q; evidenter Sophar posuit vitam post hanc vitam, & animam immortalē, diuinum iudicium & infernum. Similiter de alijs duobus amicis lob est sentendum. Sed & Thomas hoc loco fatetur sic esse, dicens q; Sophar, audita sententia sancti lob de futura resurrectione, acquievit idcirco dixit, doctrinam qua me arguis, audiām. Sed hoc verisimile nō videtur. Si em acquievisset iam primo de animæ immortalitate, hoc fuisse, q; rationes lob eum compulserint ad consentiendum. Sed nondum per argumentum lob inductus fuit ad credendum q; homo in hoc seculo affligatur à Deo nisi pro suo peccato. Propter quod toto capitulo isto loquutus est contra hypocritam, ad innuendum q; lob

Matt. 25.
1 Pet. 8.

Psal. 139.
Mat. 25.

Sap. 5.

Psalm. 16.

Psalm. 49.

Matth. 12.

Ibidem.

1 Cor. 12.

Icc. 7.

Apoca. 14.

2 Pet. 2.

Apoc. 14.

Apoc. 21.

Apoc. 22.

Apoc. 23.

Apoc. 24.

Apoc. 25.

Apoc. 26.

Apoc. 27.

Apoc. 28.

Apoc. 29.

Iob fuit hypocrita. Insuper dato quod iam acquiesceret beato Iob de vita futura, non tamen (ut apparet) tot & tanta prosequitur esset de ea in isto capitulo: in quo multa quasi ex proprio sensu differunt de retributione futura, iudicioque diuino, quae ante in hac disputatione à sancto Iob non audiuit.

¶ De intelligentia morali eiusdem capituli. Art. 4.

Gregorius.

Circa exordium expositionis presentis capituli, dicit beatus Gregorius, quod amici Iob pueri non erant. Ex quo elicitur, quod peccatum eorum, quod contra Iob disputando incurserunt, non ex malitia prodit, sed ex ignoratia magis & quodam errore circa prudentiam Dei, ut sapientia tactum estremo ex zelo Dei se motos putabant ad contradicendum beato Iob, quia videbatur eis prudentia derogare diuina, & plane ex zelo quodam Dei incitabantur,

Roma.10. sed ex zelo non ordinato, quem & ludos habuisse incredulos testatur Apostolus: Testimonium, inquiens, perhibeo illis quia zelum Dei habent, sed non secundum scientiam, i.e. distinctionem. Itaque, quoniam in fine presentis capituli Iob de resurrectione & iudicio futuri in die nouissimo apertissime prophetavit, [Respondens Sophar, dixit] Idecirco cogitationes meæ variae succedunt sibi] i.e. quoniam credo me sicut & te resurrecturum, atque diuinus iudicandum, ob id diversis considerationibus angor, & ex corde solicitor propriam sciens fragilitatem, culpabilitatem & insufficienciam, diuinæ mentis sanctitatem, perfectionem & aequitatem, ac iudiciorum eius præhorrendum rigorē, reproborum etiam calamitatē æternam. [¶ mens in diuersa rapitur], I considerando diuersa, & præmeditando qualiter respondeat coram Deo, ne à dæmonibus conuincatur, ne ab angelis confundatur, ne perdat æternalia cælestis gaudia paradisi, ne depuretur sempiternis tormentis inferni. Sic ergo & nos in corde nostro describamus ac imaginem ordinem, terrorem & modum extremi iudicij quomodo vniuersi resurgent, & ad iudicij locum convenient, quomodo terra rotata tunc stabit in horribili conflagratione ignis permaximi. Desuper apparabit omnipotens, iustus, infallibilis iudex, cum innumerabilibus angeloz sanctorumque millibus, aderunt & crudelissimi dæmones aduersantes. Deorsum patens chaos gehennæ, inestimabilis numerus damnatae tristissime reprobæ turbæ, quod erit damnationis æternæ præstolari sententiam. Si haec omnia & cætera iudicium illud concerneantia ppendamus, experiemur quid sit quod Sophar fatetur, dicendo: Idecirco cogitationes meæ variae succedunt sibi, & mens in diuersa rapit. [Doctrinam quæ me arguit, audiam] ita & nos verba informatoria seu in creptoria modeste & longanimiter audiamus, non impetuose interrumpamus tanquam brutales, pensantes illud Ecclesiastici 5. Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei. Illud quoque Proverbiorum 18. Qui prius respondet quād audiat, nullum se esse demonstrat, & confusione dignus. [¶ spiritus intelligentia meæ respondebit mihi]. I potest hoc de Spiritu sancto exponi, qui dicitur spiritus intelligentia nostra, id est, spiritus a quo caufatur & profuit ornis cognitione nostra, de quo loquitur Christus: Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Vnde & infra afferitur: Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam; qui nobis respondeat, id est, scientiam respondendi infundit, de dubijs quoque certificat, qui nunc per seipsum, nunc per angelum sanctum, nunc per platum seu proximum, nunc per scripturam nobis respondeat, nos docet, dicente Apostolorum: Dabit tibi dominus de omnibus intellectum. Hinc scriptum est: Si qui vestrum indiget sapientia, postule a D E O, & dabitur ei, postule autem in fide nihil habetans. Itaque ad Spiritu sancti illuminationem semper con fugiamus, eum pro sapientia suppliciter exoramus, eius directioni in omnibus iugiter atque humilime innitamur. [Laus impiorum brevis est.] Nonne frequenter pranissimi usq[ue] ad finem vite suæ à multis laudant, quemadmodum fertur in Psalmo 9. Quoniam laudat peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicit, itemque Proverbius 8. Qui derelinquunt legem, laudent impium. Denique, nonne usq[ue] in præfens Jupiter, Neptunus, Venus, Diana, ac cæteri dij ac deas gentilium, olim homines vitiosi, laudant a suis cultoribus Tartaris sine similibus, sicut & Machometus à Sarracenis? quomodo ergo laus impiorum brevis est? sed vtique brevis est, comparatione æternæ vituperationis, quam in futuro seculo habent aut habebunt a Deo, atque ab vniuersis sensatis ac iustis. Præterea brevis est, quia eis diu non profest: immo veraciem nunquam profest, & cito aliquibus sapientibus illorum vituperabilitas innoteſcit. Laudatores quoque eorum, celester moriunt ac perirent. Ideo in Proverbiis Salomon scribit: Memoria iusti cum laudibus, nomen autem impiorum putreficer. [Et gaudium hypocrita ad instar pundi.] Omnis delectatio reproborum, carnalium & superboz in seculo isto, velut imperceptibile puctum, celerrimumque momentum est respectu infernalium æternalium acerbissimorum suppliciorum, q[uod] miserrimi possidebunt. Ideo dici solet: Momentaneum quod delectat in mundo, æternum quod cruciat in inferno. Non ergo acquiescamus in vita hac stulte ac viliter delectari, ne æternaliter, in consolabili, amarissime cito post hanc affigamur. [Panis eius in vtero illius vertet in fel aspidum.] Panis hypocrita, est laus humana

Ioan.16. 2. Timo.2. Iaco.1.

a. Timo.2. Iaco.1.

Prou.10. Augustinus.

humana, qua pascitur fauor emolumētumque hominum, quod sortitur, sed hic panis in veteri, i.e. mente ipsius, vertitur ei in fel aspidum, quia fit ei causa amaritudinis infernalis, [Divitias quas deuorauit, euomet.] Divitiae spiritales sunt scripturae diuinæ, quas hypocrita si bi non nunquam incorporant non plane, vt recte & humiliiter vivant, sed vt docti appareant, laudem & commodium proprium sortiant. Has ergo divitias euomunt, i.e. vitoſe effundunt, iactant, ostentant. [¶ de ventre illius extrahet eas Deus] i.e. de memoria eius requireat, cur le-

2. Pet. 2.
Iaco. 4.
Gregorius;

cūdum ea quæ sciuī & dixit, non vixit. Melius enim est, non cognoscere viam iustitiae, quām post cognitionem retrorsum reuerti, vt dicit Petrus. Et Iacobus ait: Scient bonum, & non faciēti, peccatum est illi. [Caput aspidum surget, & occidet eum lingua viperæ.] Circa hoc scribit Gregorius: Aspis est parvus serpens, vipsa autem est longior. Aspides quoque generant oua, ex quibus eorum filii procreantur. Vipera vero cum conceperint, filii eorum in ventre matrum desinunt: & ruptis matrum lateribus, generantur. Hinc vipsa dicitur, quia viviparit, cuius proles cum matris extinctione productur. Per aspides ergo, latentes dæmonium suggestiones signantur: per linguam viperæ, violenta tentatio significat diaboli. Caput itaque aspidum contra hypocritam surgit, quoniam primo latenti ac parvus suggestione insicitur. Deinde lingua viperæ eum occidit, quia paulo post forti & impetuosa tentatione prosternitur. paulatim siquidem deinceps nos tentator in primis. Deinceps vero frequenter ad natum, ad gravissima trahit facinora. [Non videat] id est, non sortiatur nec experiatur [triu]los fluminis, id est, charismata Spiritus sancti, de quibus Ioannis 7. adstruit Christus: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ vivæ, ubi mox subditur. Hoc autem dicebat de sp̄u, quæ accepturi erant credentes in eum. [torrentis] id est, inundationis dono. Spiritus sancti. Vnde in Psalmō 35. habetur: Torrente voluptatis tuae potabis eos. Primo quippe donis Spiritus sancti perfundimur, quibus si grati bene vivamur, in eisdem crescimus ac replemur, ita vt in undemus, illudque Hieremias humiliter fateamur: Factus sum quasi vir ebrius, & quasi homo madidus vino à facie domini, & à facie verborum sanctorum eius. Tmellus id est, dulcedinis, quæ in actibus diuinorum seu theologicarum constitut virtutum. [¶ butyri] id est, delectationis, quæ in moralibus habetur virtutibus. Mel etenim desuper & ex floribus venit. Idecirco per ipsum suauitas virtutum, quæ circa Deum versantur, exprimitur. Butyrum autem ex animalium lacte suscipitur. Idecirco per ipsum delectatio virtutum, circa passionum ordinationem versantium, explicatur. Omnibus igitur istis diuinis donis ac dulcedinibus seu consolationibus sanctis atque cælestibus hypocrita & iniustus priuatur, qui in seipso & carnalibus impie delectatur, nec Deo rite insigtitur. Quoniam confringens nudavit pauperis domum. Domus pauperis, est congregatio prelati boni ac humilis, seu corpus vel conscientia eius, quam frangendo impius seu hypocrita nudat, dum eam ad vitia prauo exēplo, verbis peruersis, terrore seu adulatore inducit, sicut de reprobis scribit Apostolus: quia proficient in peius, errantes & in errorem mittentes. [¶ rapuit] id est, spiritualibus bonis eam præfatis modis priuavit. [¶ non adspicavit eam] bonis ex englis, iuxta illud Roma. 15. Vnusquisque proximo suo placeat in bonum ad adspicationem. In Ecclesiastico quoque, cap. 17. scriptum est: Vnicuique mandauit Deus de proximo suo, ut scilicet cum adficeret loco & tempore opportunis. [¶ non est satiaris venter eius] id est, peccandi affectus, quo enim quis grauius atque diutius peccat, ac plures scandalizat, tanto plus eum peccare delectat, nisi adspicante Spiritu sancto penitentialiter conuertatur. Quemadmodum enim una actio virtuosa disponit & trahit ad aliam, sic unum peccatum, nisi penitentia delectatur, suo mox pondere inducit ad aliud. Hoc tamen specialiter aptatur auaro: qui quanto plura acquirit, tanto amplius inflammatur ad ampliora. Hinc Abacuc 2. dicit cupidus: Usquequo aggrauat contra se lutum densum? Et Ecclesiastici 31. scriptum est: Qui diligit aurum, non iustificabitur. Cœstuabit, & omnis dolor irruet super eum. Impius atque hypocrita æquat nunc infelicem furorē iræ, concupiscentiæ, priuati amoris, tabescientis rancoris, curis quoque vitæ presentis, & timore ne alius eum præcedat, excedat, conuincat. Sicque partim in vita hac omnis dolor irruet super eum, quoniam (Augustino testante) animus inordinatus sibi ipsi penitentia est. Nil autem suauius, nil quietius, delectabiliusque in seculo occurrit, quām vniuersis caducis & vanis contemptis, supergloriosissimo Deo pura mente intendere, simplici corde vacare & inherere. Hinc dicit Gregorius: Mira suauitas cordis, aliena non querere, sed vniuersi cuiusque diei cōtentum maneret ex qua securitate perennis requies nascitur, quoniam à bona & tranquilla cogitatione ad gaudia æternæ transitur. Propterea quoque Ecclesiastis 2. habetur: Homini bono dedit Deus sapientiam & scientiam & latitudinem, peccatori autem afflictionem & curam superfluam. Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum. Hoc præcedenti articulo fatis expositum est. Porro quod subditur, Eductus & egrediens de vagina sua, & fulgorans in amaritudine sua, ibi exponebatur de æro arcu. Gregorius vero expōnit, & bene, de impiis sine hypocrita, de quo immediate sermo præcessit sub eisdem casu

Hier. 23.

2. Timo. 3.

Augustinus.

Gregorius.

P. 2. & nra

& numero. Impius ergo dum mala, mente traxit, & nondum prosequitur, quasi in vagina sua persistitque qua educitur, dum dæmone suggeste mala, fornicatus operatur; egreditur vero, quoniam sponte consentit & efficit quod dæmon suggestus. [fulgurans,] id est, alijs terribiliter minans, aut subito vano temporali honore clareces. [in amaritudine sua] qua contra alios vices ac dure afficitur, per quam & ad infernalem acerbitatem perducitur. [Vident & venient super eum horribiles] id est, diaboli in hac vita vident super eum vitia lugerendo, postea venient super eum supplicia inferendo; immo in hoc vita curriculo vadunt & veniunt super eum, quia ad libitum cum in peccatis concubant, spiritualiter vincunt, & suæ dominationi subiiciunt. Diabolus enim pater & rex impiorum vocatur, de quo loquitur Christus: Venit ad me princeps mundi huius. Quid est, mundi huius, nisi hominum mundanorum? Quo contra de electis testatur, loquens ad patrem: De mundo non sunt, sicut Ioan. 14. & ego non sum de mundo, id est, de societate & numero secularium hominum, ea quæ mundi sunt, præferentem Deo. Rursus, dæmones super impium vadunt & redeunt, quia ad culam eum inducunt, si ad tempus penitentio eos expulerit, cito ad pristina reuerterit via: eorumque suggestionibus acquiescens, locum das eis, quo contra ait apostolus Paulus Eph. 4. Nolite locum dare diabolo. Et lac. quarto: Resistite, inquit, diabolo, & fugies a vobis. Cætera patent.

¶ Declaratio literalis capituli 21. Respondens autem Job, dixit.

Articulus quadragesimus septimus.

Respondens autem Job, dixit: Sapiens est ad proposta respondere, errantes ac ignorantes instruere, veritatem defendere, arroganter contradicentes compescere. Ita Job agit. [Audite quædo sermones meos] In eo quod ait, quædo, humilitatem ostendit. [& agit pœnitentiam] de vestro errore circa pœnitentiam Dei, & quia tam iniuriae mihi locutis eritis. [Sustinet me, ut & ego loquar] id est, me patienter audite. [& post mea, si videbitur, verba ridete.] id est, si digna fuerint verba mea derisu, zelo veritatis ea cōtemniate, sicut in libro de Trinitate assertus Augustinus, ridendam esse argumentationem Eunomij. Et in Esaia habetur: Opera eorum inutilia & rūs digna, sic & Deus Proverbiorum 1. loquitur impius: Ego in interitu vestro ridebo. Simon quoque & Iudas Apostoli deriserunt verba deorum, vel potius dæmoniorum per idola loquèntium. [Nunquid contra hominem disputatione mea est?] Quasi dicat, disputatione mea nō est principaliter de aliquo facto mihi ab homine illato, nec conqueror me ab hominibus absq; demeritis meis percussum, sed à Deo ita q; disputatione mea principaliter versat circa hoc, quō salua iustitia Dei, ego vir iustus & innocens tam dire percussus sum. Hinc subditur: Evt merito non debeam contristari] id est, quoniam disputatione mea est non de aduersitate mihi ab homine, sed à Deo illata, ideo merito tristior quoniam causam percussionis meæ nōdum plene intelligo, timereq; habeo ne forte qui tam pœnale plagas sum, Deo aliquo modo displiceam. Porro si ab homine tantum esset mea afflictio, tristitia esset pellenda: quia nec timere habeo ne hominibus displiceam, nisi in quantum hoc esset contra Deum atq; iustitiam, quoniam scriptum est: Qui timet hominem, cito corræctus & qui timet Deum, nihil trepidabit. [Attredite me] verba mea diligenter aduertendo, & vitam meam pensando, q; item hæc patior qui taliter vixi, & obſtupfescit] id est, vehementer admiramini, de imperscrutabilis profunditate iudiciorum altissimi, de futuro quoq; eius iudicio de quo loquor. [& superponite digitum ori vestro] id est, cum silentio me audire, prout decet sapientem audiiri. Vnde in libro Sapientie vir sapiens sapientiam inter cætera sic commendat: Audient me reges horrendi, & sermocinante me plura, digitum ori superponent. [Et ego quando recordatus fuero] iudiciorum, spartimesco filiali timore: quia altitudinem sapientie atq; iustitie Dei, quam penetrare non valeo, nec plus q; decer, scrutari psumo, vereor & honoro. [& concutit carnem meam tremor] i. tæsus est animæ meæ timor, q; redundat vehementer in corpus, iuxta illud Psal. 54. Timor & tremor venerit sup me. Sic & Abacuc 3, ait Dñe, audiui auditi tuū, & timui, confunderaui oga tua, & expau. Sic habet translatio septuaginta interpretum. Hoc affectu dixit Apostolus: O altitudo diuitiarum sapientie & scientie Dei, q; incomprehensibilia sunt iudicia eius &c. Preterea iam in isto capitulo sanctus Job contra amicos suos evidenter & efficaciter disputat, q; fecit hucusque, & errorem eorum clarissime reprobat. Concorditer enim dicebant, virtuosis hominibus in vita hac prospera euuenire, & vitiis aduersa: q; item aduersitates non nisi pro peccatis infligerentur à Deo, contra quod ait beatus Job: [Quare ergo impii viuunt] vita naturæ, cum morte sint digni? Idecirco si diuina iustitia non permittit prospera inessi indignis, iniusti mox morentur. Constat itaq; q; Deus longanimitate tolerat malos. [Subleuati] sunt dignitatibus, honore, fama & gloria. [Confortatiq; diuitijs] ita q; diu & frequenter vq; decrepitam senectutem manent in prosperitatibus istis, cuius conformatrum sequebatur ex verbis amicorum Job. Semea eorum permanet coram eis: id est, in

Augustinus
Esa. 56.

Prou. 19.

Sap. 8.

Roma. 11.

cognoscere

eorum conspectu diu subsistunt ac viuunt nati filiiq; ipsorum, iuxta illud Psalm. 43. Quorum filii sicut nouella plantationes in iuuentute sua. Filii coq; compositæ, circuornatae vt simili-
tudo tēpli. Hinc Hieremias scribit: Quare via impiorum prosperatur, & bene est omnibus qui
fuarant & inique agunt? Plantasti eos dñe, & radicem miserunt proficiunt, & faciunt fructum. [Propinquoz turba & nepotum in conspectu eorum] i. consanguinei eorum multitudine gaudent. [Domus eorum securæ sunt & pacatæ] i. familiæ, habitacula, opes eorum à nemine impugnantur aut destruuntur & pace temporali fruuntur. Ex quibus ostendit-
ur, q; præsentis vita aduersa non solis iniustis eueniāt, immo frequenter iustis contingunt,
iuxta illud Ecclesiastici 8. Sunt iusti quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiora
& sunt impii, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. [& non est virga] i. correctio
{Dei super illos} quia in vita hac pro suis peccatis diuinitus non puniuntur, nec aduersitatis
excentur quidam corū, de quibus Deus in Psalmo testatur. Dimisi eos secundum de-
sideria cordis eorum, ibunt in adiunctionibus suis. Vnde per Ezechiel ad reprobum
populum loquitur: Zelus meus recessit à te, non irascar tibi amplius, quo contra ait electus Ezec. 16.
Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Hinc dicit Gregorius: Virga eos supernæ
disciplinae non peccat; & tanto amplius in culpa proficiunt, quo minus pro ea feruntur. Psal. 22.
[Bos eorum concepit] Secundum Gregorium, consuetudo vulgaris loquutionis est, vt bo-
uem, masculum, vaccam, foemina nominem. Sed literatura boemum communis generis
vocat, hic ergo pro vacca accipitur. Boves quoq; apud antiquos acceptissimæ erant pro-
pter agriculturam, [& non abortiuit] i. ante tempus aptum non peperit patiendo abortum.
[vacca peperit.] eiudem equidem est concipere & parere, [& non est priuata fœtu suo.] Per
boem autem & vaccam, multitudo animalium horum exprimitur. [Egressiuntur quasi gre-
ges parvuli eorum] i. in multitudine copiosa procedunt ad spatiandum, sicut greges egre-
diuntur ad pascu. & in infantes eorum exultant lusibus. vt moris est puerorum, pariter lus-
dendo latari. [Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonum organi.] Quod in-
telligi potest tam de parentibus, quam de filiis, q; his musicis instrumentis pro solatio vte-
bantur. Dicitq; Thomas, q; apud antiquos liberis primo instruebantur in musicis. [Ducunt
in bonis dies suis;] id est, tempus suum sibi ad bene agendum pœnitentia] q; viuendum
concessum, expendunt delicate viuēdo, & in bonis delectabilibus falsis & apparentibus con-
uersando, non bonis, honestis, veris ac salutaribus inhærendo. Vnde in Sapientia libro di-
xit scribuntur: Venite, fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute
celeriter, vino precioso & vnguento nos impleamus, vbiq; relinquantus signa latitiae. [&
in puncto] id est, repete hora mortis, qd in inferna descendunt. id est, ad lacum damnationis
externæ: quoniam non est possibile nunc gaudere cum mundo, & post regnare cum Deo.
Hinc fertur in Psalmo 9. Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes qua obliu-
scuntur Deum. Rursusq; Quomodo facti sunt in desolationem: subito defecerunt, perie-
runt, ppter iniurias suas. Esaïa quoq; 24. Congregabuntur, inquit, congregatione vnius
fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere. Ecce q; vana, fallax, falsa, brevis & impia est mun-
di prosperitas ac voluptas: ad quantum ducit miserorem, ad quam aeternum dolorem. Hanc
ergo cordialiter aspernemur, pœnitentialiter conuertemur, in delectatione brevissima, nunq
simenda incidamus tormenta, sed per brevi dolore, virtuoso labore, puro amore gaudia sor-
tiamur non terminanda. [Qui dixerunt Deo,] si non verbis, tamen proposito mentis aut fa-
ctis & reprobis moribus, [recede a nobis] i. ad relinquentum peccata & nobis placentia
non nos horteris. [Scientiam viarum tuarum] i. preceptorum, consiliorum, testimoniorum,
iudiciorum, [nolumus.] q; quod pertinet ad ignorantiam affectata, quæ non excusat, sed con-
temptum includit. Tales sunt omnes, qui à viris deuotis nolunt reprehendi & instrui: qui non
ac quiescent diuino instinctu, angelicæ inspirationi, fraternali admonitioni. De quibus Esaïa
10. aptissime scribitur: Populus ad iracundiam prouocans est, filii mendaces, filii nolentes au-
dere legem Dei, qui dicunt videtibus, nolite videre & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea quæ
recta sunt. Loquimini nobis placenta, videte nobis errores, auferte à me viam, declinate à
me semitæ: cesset à facie nra sanctus Israel. De talibus 2. Tim. 4. inducit: Erit tempus cum sa-
nam doctrinam non ad sustinebit, sed sua desideria coacerubunt sibi magistrorum pruriētes
auribus, & à veritate quidem auditum auerterent, ad fabulas autem conuertentur. Præterea, te-
ste Gregorio, quidam eo q; Christus dicit, Seruus qui nō cognovit voluntatem domini sui, &
facit digna plagiis, vapulabit paucissimæ autem voluntatem domini sui, & non facies, vapu-
labit multis: nolunt scire quid agant, quasi ppter ignorantiam minus torquendi sunt. Sed
aliud est nescire, aliud scire noluisse. Nec sit nanc, q; apprehendere vult, nec valet, qui aut vt ne-
sciat, aures à voce veritatis auerterit, iste non nesciens, sed contemptor addicitur. [Quis est
omnipotens ut seruamus eis?] Et quid nobis prodest, si orauerimus eum? Hoc dicere, vide-
tur propriæ esse eorum, qui arbitrantur Deum prouidentiam non habere astutum huma-
num.

Hiere. 12.
Psal. 80.
Ezec. 16.
Psal. 22.
Psal. 72.
Luc. 12.

Exo. 5. norum, vel viuis summi Dei non habent notitiam, prout Pharae ait: *Quis est dominus, ut dimitat Israe[n]scio dominum, & Israel non dimittam.* Et Sennacherib rex Assyriorumz
4. Reg. 18. *Quis est dominus ut eruat Hierusalem de manu mea?* De dubitibus vero circa p[ro]videntiam Dei, simile huic scriptum est Malachia 3, Invaluerunt sup me verba vestra, dicit dominus, & dixit: *V[er]anus est qui seruit domino, & quod emolumenatum quia custodiuiimus precepta eius, & q[uod]a ambulauimus tristes coram domino, ergo nunc beatos dicimus arrogantes.* Siquidem adficiati sunt facientes impietatem. Deniq[ue], quidam ita carnales sunt, sicut ex parte ad sola sensibilia fusi, vt velut inutile reputant adorare & colere Deum, à quo, vt eis aparet, exteriora non fortius vel quantum ad ea quae appetunt, non exaudiuntur. Veruntamen omnes iniqui Deo non obedientes, equiualenter dicunt verba inducta, videlicet: *Quis est omni potens &c.* Teste enim Apostolo, quāvis fateantur se nosse Deum, factis tamē negant & ita se habent, quasi Deus non esset, aut fructu inuocaretur. De talibus tam peruersis in Sapientia conscriptis est: *Ignorauerunt sacramenta Dei, nec sperauerunt mercedem iustitiae, nec iudicauerunt honorem animatum sanctorum.* [Veruntamen quia non sunt in manu eorum bona sua] i. bona temporalia & terrena, que imp[er]iū maxime diligunt, non sunt in potestate eorum; quoniam per violentiam possunt eis auferri, & in morte tolluntur, nec eos sequuntur. Bona autem spiritualia, vt opera virtuosa, quorum homo est dominus, per liberum arbitrium gratia Dei adiutum, sunt in hominis potestate, & moriente non deserunt, nec per violentiam queunt auferri. Hinc Ecclesiastis 5. habetur: *Vir cui dedit Deus dinitias, & substantiam & honorem, & nihil deest anima eius ex omnibus que desiderat, nec tribuit ei potestate Deus ut comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud.* Ita q[uod]q[ue] bona ista cadauera carnalia, non sunt in potestate prauorum, [confilium eorum,] quo temporealem prosperitatem, carnalem delectationem, humanum honorem Deo præponunt, finaliter querunt, potissime amant, & alij quærenda amandaq[ue] consulunt, [longe sit à me] per discentiam, quia consilium illud iniquum & fallax est, ipsiq[ue] imp[er]iū bonis suis cito priuati, experientur se deceptos, cum in infernum senserint se projectos, Iraque & nos tale carnalium hominum, sola que mundi & carnis sunt, sapientium, penitus contemnamus consilium, quoniam scriptum est: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.* Potiusq[ue] sequamur sapientissimum atq[ue] saluificum Salvatoris cōsilium, exhortantis ad omnium terrenorum contemptum, ad purissimam mentis in Deo fiditiam, ad p[re]fectionis apprehensionem. Deinceps ostēdit q[uod] imp[er]iū quoq[ue] frequenter occurrat aduersa. [Quoties lucerna impiorum id est, prosperitas & omne q[uod] in instar illuminariū letificat eos, extinguet.] I quasi dicat, s[ed]p[ro]p[ter]e hoc accedit, vt cum prole aut contorali, opibus, honoribus aut deliciis destuant. [& superuenient eis inundatio] i. grādū aduersitatis copia seu tempestas, iuxta illud Esaia 28. Flagellum inundans cum trāserit, eritis ei in cōculationem, Threnorum quoq[ue] i. inundauerūt aquæ super caput meū. Dixi, perij, [& dolores diuidet furoris sui.] i. Deus imp[er]iū partim in seculo isto, partim in futuro infligit dolores seu afflictiones à rigore sua iustitia p[re]cedentes, dum p[ro]cessus eoz inchoat, & ibi p[ro]petat. Multa siquidem flagella peccatoris. [Erunt sicut palea ante faciem venti] i. impulsu diuini iudicij & impetu summa iustitia, celestis atq[ue] facilis in damnationem, mortem seu quamlibet aduersitatem sua p[ro]sp[er]itate deſcietur, iuxta illud Psalmi 82. Deus meus, pone illos ut rotam, & sicut stipula ante faciem vēti, sicut ignis qui comburit sylvam, & sicut flamma combures mōtes, [& sicut fauilla quam turbo dispergit] i. impotētes, leues & arefacti erunt coram Deo eos deſciētes, quibus Esaia p[re]dictis: *Erit fortitudo vestra ve fauilla stupra, & opus vestrum quasi scintillæ, & succēdetur vtrungs simul.* Hinc deīu Hieremias 23. dicitur: *Ecce turbo dominica indignatiōis egredietur, & tempestas erumpēs sup caput impiorū veniet, non reuertetur furor dñi v[er]sq[ue] dum faciat, & v[er]sq[ue] dum compleat cogitationes cordis sui.* Præterea imp[er]iū etiam prosperitatibus fulti, paleis & fauillis rite assimilatur; quia instabiles animo, leues corde, qui omni tentatiōis impulsu, omni flatu fauoris humani, omni imetu passionum mox prosteruntur atq[ue] vincunt. Idecirco de eis in primo Psalmo inducit: *Imp[er]iū taquam puluis quem proicit vēris à facie terra.* Agamus ergo quod Ecclesiasticus docet: *Non vēriles te in oēm vētum.* Esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui. [Deus seruabit filii illius dolorē patris.] Dum filii paternæ fuerint imitatores malitiæ, p[ro]cena debita patri, eis quoq[ue] infligitur. Interdu eriam filii innocētes patrum luunt peccata, quātum ad aliquā corporalia nocēta, la sua seu trifia; nō autem quātum ad spirititalia bona, videlicet dona gratiae ac virtutum, quibus p[ro]pter parētū peccata nō deſtitūtur. Nam quātum ad corpus, à parētibus sunt quātum vero ad animam, immediate à Deo. Nam & secundum leges ciuiles, pro crimine læsa maiestatis, commissio à patre, filii eius puniuntur. Pleniorē vero huius determinationē p[ro]sequeret, nisi sup Hieremiam, Ezechielem & aliis hoc fecisset. Porro scriptura dicētes filium nō puniri p[ro] patris peccato, potissime intellexūt de spirituali p[ro]missione. Præinductio aut̄ verbo lob consonat, quod in Exodo scribitur.

Ego

Ego sum dñs Deus, fortis zelotes, visitans iniqtatem patrum in filios in tertiam & quartam ghatiōnem. Rursusq[ue] Moses loquitur: *H[ab]acuc dñe, qui reddis iniqtatem patrum filij ac nepo[t]ibus in tertiam & quartam ghatiōnem, quod & Hiere, 32, habetur.* Circa h[ab]ec sribit Grego[r]ius in carne nōnūq[ue] filij etiam ex patris peccato puniūtur, quid enim est q[uod] paruuli filii plurimi à de monib[us] arripuntur, n[on] q[uod] caro filij ex patris culpa multatur? In semetipso enim percutitur pater iniq[ue]ns, & percussione vim sentire contemnit, plerūq[ue] percutitur in filiis, vt acius vratur, & cum reddiderit, cum Deus dolorem patris inq[ue] infixerit filij eius vel ei, tunc scierit, tunc pater per dolorem ita inflictum filij suis vel sibi, se peccasse aduerteret, quemadmodum loquitur Esa. 28. Sola vexatio dabit intellectum auditui. Siq[ue]dem culpa mensis oculum claudit, quem p[ro]cena post aperit, sicut Antiochus I[acob]aliter vulneratus, reuertens ad cori luctum, inquit, est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. Vnde in prophetis, præsertim in Ezechiele, dñs iniqrūrum punitione predicta, multoties subdit. Et sciens q[uod] ego dominus, itemq[ue] Psal. 82. Erubescat & conturbentur in seculum seculi, & confundantur, & pereant, & cognoscant q[uod] nomen tibi dominus. [Videbunt oculi eius interfectionem suam] i. filiorum suorum, vt quidam exponant, quemadmodum quarto Regum leguntur filii Sede ch[urch]æ interficti in oculis eius. Aptius autem videtur sic exponendum, iuxta Gregorium: Videbūt oculi eius interfectionem suam, id est, propriam defectionem, p[ro]cena & mortem, pro culpa sua sibi inferendam, experientur. Vel interfectionem suam, id est, causam suę per percussio[n]em seu damnatio[n]is cognoscet in p[ro]cenis, prout in libro Sapientia imp[er]iū dicuntur: Eravimus à via veritatis, & iustitiae lumen non luxit nobis. & de furore omnipotentis bibet] i. p[ro]cenis diuinæ iustitiae velut potu abundantem implebitur, sicut quibusdam Hieremias 25. ait: *Bibite & cadite, & nolite consurgere.* [Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se?] Hoc dupliciter elucidatur, primo sic: Quid enim &c. id est, tantum in vitijs delectatur, & tanto ad peccandum impetu fertur, q[uod] non curat neq[ue] perpendit quicquid aduersitatis domus, id est, proles, familia, possessio sua ex suo peccato incurrit, dummodo ipse quod concepit & appetit, opere prosequatur: immo vicissim desiderationis vel optati esse et[us], seipsum exponit periculis mortis, vt patet in pugnatoribus & immundis. Secundo sic: Quid enim &c. id est, ideo filii patris imp[er]iū, eo viuente & videente, punientur modo p[ro]fato, quia si post mortem eius hoc fieret, nil pertinet ad eum; quia non inde affigeretur, maxime cum peccator post mortem id nesciat, iuxta quod supradictum est: Sive nobiles siue ignobiles fuerint filii eius, non intelligit. sic Thomas exponit: Insuper quid pertinet ad eum, Et si numerus mensū eius dimidieatur] i. tanta sibi inest peccandi libido, q[uod] nec amore vita longioris, nec timore damnorum periculorumq[ue] mortis omittrit peccare, secundum illud Psalmi 35. Dixit iniustus ut delinquat in semetipso. Vel sensus est, q[uod] nō spectat ad eum, si vita eius pro medietate breviterat, q[uod] inde ante non dolet, cum nescierit hoc futurum, ideo & in alijs à Deo punitur. Nihilominus abbreviatio vita multis pro p[ro]cena peccati infligitur, sed non est cunctis sufficiens culpæ suæ punitio. Præterea, q[uod] ista diversitas eventuum humana, diuina sapientia non repugnet, pandit subdito[n]i: *Quoniam Deum quispiam docebit scientiam?* Non vtiq[ue], cum ipse sit substantialiter sapientia & scientia infallibilis & immensa, omni op[er]e dispositiva ac iudicativa, ideo in Esa. 40. legitur: Cum quo inistit consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitā iustitiae, & erudiuit eum sciētia, & viam prudentie ostendit illisq[ue] excelsos iudicat] ut pote iudices alioz, v[er]o principes terra, platos ecclesie, sed & angelicos ipsū, q[uod] in principio partem grandē damnauit, & alios beatificauit. Cōsequenter subdit de hoīn diversa patientium seu recipientium diuertitatis, ad cōprobandum q[uod] adversitates vita p[ro]sensit non sint q[ui]aliter punitio[n]es culpa[rum], nec p[ro]speritatis p[ro]mia sint virtutum in vita hac. Iste moris robustus & sanus, diues & felix. II. vnu[us] iniquus v[er]sq[ue] ad tēpus morti sua vicinum, viuit & permanet in robore sanitatis corporis, in divinitateq[ue] corporis, in divinitateq[ue] felicitate mūdana, secundū opinionem humanam erroneam taliter appellata quia aliquis dicitur felix, quia ad nutum sibi in terrenis carnalibusq[ue] succedit. [Viscera eius plena sunt adipe] i. qui ex abundancia alimenti producitur, quo nomine abundancia opulentia designatur. & medullis ossa illius irrigantur. Ita q[uod] lautissimus abundat cibaris, intusq[ue] pinguedine, quemadmodum Hiere, 48. habetur: *Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in facibus suis.* Alius vero moritur in amaritudine anima sua absq[ue] vallis opibus ita q[uod] etiam totam vitam suam quasi expendit in afflictione atq[ue] inopia. Horum exemplum in Evangelio legitur de paupere Lazaro & dūtive epulone, tamē quod ait, alius vero moritur, potest exponi de alio impio. Lue. 16. Vnu[us] etenim impio rota sua vita abundat & p[ro]speratur, alio impio iugiter q[ui]adusq[ue] hic vivit, aduersitates & penurias ac postremo diram mortem ferente. [& tñ simul in puluere dormienti, pariformiter in sepulchro quantum ad corpus quiescent, [& verner operient eos] id est, corpora eorum cum cōperient putrefieri & resolvi, iuxta illud Esa. 14. Operimētum suum erunt verner. Nascentur enim ex putrefacte cadasuere, ideo Eccl[esi]a 10. ait: Cum moritur

P 4 ho

^{Iob. 17.} homo hereditabit serpentes & vermes, Vnde supra iam dixit Iob: Putredini dixi; Pater meus es, mater mea, & soror mea vermis. Ex prehabitis B. Iob contra amicos suos in iusta loquitur inuectione: Certe noui cogitationes vestras, quibus me in cordibus vestris cōtemnit & damnatis, ut ex vestris elicio verbis, [& sententias contra me iniquas], erroneas opiniones, quibus contradiciris mihi. Dicitis enim, ubi est domus principis, & ubi tabernacula impiorum? Quasi dicatis, Deus principes iniquos non diu regnare permittit, & impiorum mansionem, prolem, familiam, opes subvertit per hoc insinuantes, q̄ ego cum sobole atq; familia mea, propter peccata mea & eorum, sumus percussi. Hoc enim amici Iob iam sape locuti sunt, ad astruendū q̄ bonis proueniant prospera, & vitiosis aduersa, cuius dicti falsitatem ostendit ex concordia generali omnium sapientium testimonio. [Interrogate quemlibet de viatoriis] qui diuina pambulando, audiendo, videndo, in multis experti & docti sunt, multaq; pensant, prout Ecclesiastes 54. asserit: Vir in multis expertus, cogitat multa. Vel de viatoriis, i. virtutis hominibus, qui hoc mundo velut exilio, & haec vita quasi via vtur ad patram, qui peregrini in seculo isto sunt, sicut ad Hebreos de sanctis veteris test. scribit Apol. Confiteentes quia peregrini & aduenae sunt super terram. Atque Psalmus 38. Ne sileas, quoniam aduenae ego sum apud te & peregrinus sicut omnes patres mei. Primo quoq; Paralipomenon libro David loquitur Deo: Peregrini sumus apud te & aduenae, sicut omnes patres nostri. [& hac eadem] quæ cōtra vos dixi, & dicam, eum intelligere cognoscetis] ut pote q̄ in hoc seculo non fiat finalis retributio pro meritis atq; demeritis, quodq; aduersitates nō imp̄ias tantum, sed iustis quoq; contingant, eo q̄ finalis & plena p̄matio fiet in posterum, sicut subiungitur: quia in diem perditionis feruatur malus? I. propterea modo non statim à Deo punitur, sed durate vita huius curriculo, suz libertati dimittitur, ne se iuste valeat excusare, sed proflui inexcusabilis siat, q̄ tam clementer & longanimitate à Deo portatus, vitam non corrigit. Idcirco differt eius plenum & finale iudicium usq; ad diem nonissimum, qui erit p̄ditionis totalis omnium reproborum. Hinc Proverbius 16. scribitur: Vniuersa propter seipsum operatus est dominus, impium quoq; ad diem malum. Praui q̄pp & reprobri vasa sunt ita, vt in eis diuina ostēdatur reluceatq; iustitia, vt ad Romanos plenus docet Apostolus. Verum tamen culpa & damnatio reproborum, Deo nequeunt imputari, quoniam voluntate antecedente vult omnes saluari, nec quampli, quantum in se est, permittit perire: sed & prima ac dixerat intentione cōdicit intellectualem creaturam quamcunq; vt saluaretur. Sed quoniam reproborum perueritatem praeuidit, de malo illorum bonum elicere sibi complacuit, vt scilicet in eis suam demonstraret iustitiam, ordinando in eis per pecnam, quod inordinatum extat in ipsis per culpam. [& ad diem furoris ducetur] I. ad extremi iudicij discussiōem & retributionē. Vnde 2. Mach. 6. habetur: In nationibus dominus patienter expectat, vt eas, cum dies iudicij aduenierit, in plenitudine peccatorum puniat. Hinc Christus prædictus, quāliter in die iudicij omnes gentes congregabuntur ante eum. Tantus vero erit illius rigor iudicij, vt furor dicatur. [Quis arguet coram eo viam eius; & quæ fecit, quis redet illi?] Hoc dupliciter explanatur. Primo de impio, quæ dicit: Tanta indocilitas, impieratissq; fuit, q̄ nullus viam, i. opera eius potuit coram eo arguere, idcirco omnipotens iudicis incidit manum, iuxta illud Ecclesiastes 12. Si p̄tentiam non egerimus, incidemus in manus Dei, & non in manus hominum. Secundo de Deo exponitur, eritq; sensus: Quis arguet &c. id est, nullus poterit coram Deo reprehendere iudicium eius, aut ei aliquid pro eo quod iudicauit & fecit, rependere, iuxta illud Apostoli ad Romam 9. O homo, tu quis es qui respondas Deo? Sapientia, quocunq; 12. Quis dicit tibi, quid fecisti? aut quis stolidus contra iudicium tuum? I. ipse? Iesus usq; ad sepulchrum ducetur quia corp⁹ in terra, anima in infernis sepelitur. [& in cōgerie] congregatione mortuorum vigilabit. Quia in die nouissimo inter eos atq; cum eis est suscitandus a morte. Anima q̄q; imp̄i rugiter vigilat post mortem vita natura, & vt sentiat poenam inferni. Dulcis fuit? Impius, i. amicabilis, similis & acceptus, glaresq; lapillis, puta puerificis hominibus per lapillos signans. [Cocytus] i. fluvij infernalis, videlicet gehennalis supplicij. Quemadmodum autem Apostolus nonnquam inducit verba poetarum, sic in epistola Tituli ad Titum dicendo: Dixit quidam proprius eorum (i. Cretenium) propheta, Cretenes semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Atq; in Actibus apostolorum in ipso viuimus, mo uemur & sumus ita & Iob hic verba poetarum inducit, eisq; ad plium vitium intellectum. Coetus itaq; à poetis fluvius infernalis ponebatur, interpretatur plūctus, qui impiorum animas sibi attraheret ad tormentū, sicut alijs fluvij attrahunt lapides. Ideo p̄ glares, quæ dicuntur lapides parvi, anima vitioꝝ signans, qbus peccator contentit in vita. Hinc sociat eis in infernali bus poenis, [& post se omnem hominem trahit] i. pena infernalis de omni hominatu, gradu & generi, plurimos acquirit atq; inuoluit immo tam multos, vt alii comparatio ne sint pauci, & illi, præ multitudine oēs dicantur, sicut Apolus loquitur: Omnes quæ sua sunt, & q̄ sunt, itemq; Deus in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.

[& ante se innumerabiles]. impletu suo plures quasi ante se impellit instar fortissimi fluminis, quædam suo impletu rapientis, Infernum quoq; id est, dæmones infernales, feroce concupiscentiarum & impletu passionum innumerabiles vincunt, & ante se quasi impellunt, sicut ut vix or vix ante se minat. [Quomodo ergo consolamini me frustra,] temporalem prosperitatem, si peccituero, promiteado, [cum responsio vestra] qua mihi respondistis, vobis contradicenti, repugnare ostenda si veritatis] quæ iam euidenter probauit, q̄ temporalis p̄speritas, non sit merces iustorum finalis aut plena, nec omnibus iustis conceditur; nec omnis pena (vt erronee affirmatis) est praecedētis culpe purgatio seu vindicta, sed interdum est meriti incrementum & proficiunt augmentum.

[Elucidatio literalis cap. 22. Respondes autem Eliphaz Themanites, dixit,

Articulus 48.

Nunc tertio arguit, secundoq; replicat Eliphaz contra Iob, sicut docet scriptura. [Respondens autem Eliphaz Themanites, dixit:] Nunquid Deo comparari potest homo, etiam cum perfectæ fuerit scientiæ? Hoc ait in reprehensionem B. Iob. quasi dicat, tam p̄sumptuose loqueris, dicendo te velle disputare cum Deo: & rursus, Nunquid contra hominem disputatio mea est &c. quasi in scientia esses Deo æqualis. Qui enim audet disputare cum alio, putat se comparabilem illi. Palam est autem, q̄ omnis mens creata, distet in infinitum à scientia Dei, cuius illuminata essentia, est sua infinita scientia. Deniq; sumendo perfectum absolute, pro eo si cuicūl deest perfectionis, solus Deus est perfectæ scientiæ. Homo autem vel angelus dicitur perfectæ scientiæ, secundum certum gradum, modum seu ordinem. Albericus quoq; hic ait, q̄ aliquis dicitur perfectæ scientiæ in diuinis uno modo perfectione scientiæ, alio modo perfectione scibilis. Primo modo dicitur homo perfectæ scientiæ in diuinis, quando secundum modum huiusmanum perfecte sapit, prout ait Saluator: Non est discipulus super magistrum. Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Perfectione vero scibilis non est perfectæ scientiæ in diuinis, nisi Deus qui solus comprehensio & plene sumptuæ citerq; perfecte cognoscit seipsum. Immo à tali eius cognitione omnis creatura deficit infinite. [Quid prodest Deo, si iustus fueris? aut quid ei confers, si immaculata fuerit vita tua?] I. ex tuis virtutibus operibus nil perfectionis Deo accrescere potest, qui in seipso infinite quodlibetq; perfectus est. Ideo ait Paulus: Dixi domino, Deus meus es tu, quoniam honoris meorum non eges. Hoc & Elihu instru sic inducit: Si peccaueris, quid ei nocebis? Potro si iusta egeris, quid donabis ei? Homini qui similis est tui, nocebit iniurias tua, & filium hominis adiuabit iustitia tua. Et hoc ambo hi dicunt aduersus Iob, tanq; dicantur: Tantite astimas & ita te erigis, quasi Deus te indigeret. [Nunquid timens te arguet] i. non utiq; iudicabit te, timendo te aut aliquem iudicem alium, ideo nō deberes tam audacter loqui de Deo, sed eius omnipotentiam revereri, excellentiam quoq; eius immensam reveri, & veniet tecum ad iudicium] i. non veniet tecum ad iudicium alicuius iudicis superioris & tertii, qui iudicet an Deum te iuste iudicauerit atq; arguerit. [& non propter] i. immo propter, [malitia] tuam plurimam & infinitas iniurias tuas] te arguet, quasi dicat: Nil habes iusta querere contra Deum, sed ipse innumerabiles contra te habet, in quibus redargui meruisti. Malitia autem proprie dicuntur peccata, quæ nō sunt ex ignorantia vel infirmitate, sed ex certa industria vel deliberatione. Dicit Thomas, q̄ malitia potest referri ad peccata, qbus alio latrū iniquitas vero ad peccata, quibus iusta opera prætermisit, vnde malitia dicit plurimam, sed iniurias infinitas, quia in pluribus peccat homo omittendo, q̄ committendo. Hoc vltimum verbum B. Thomæ, mizationem pariter & timorem generat mihi. Deinde peccata quæ imponit B. Iob, in speciali prosequitur: Abstulisti enim pignus fratrum tuorum, & tuorum sine causa iusta & opportuna. Pignus ab eis irrationabiliter accipiendo, vt agunt tyranni, exactiones pauperib⁹ imponentes, & pignora accipiētes, non obstante qd dñs in Exodus effici. Si pignus a proximo tuo acceperit, vestimentū ante solis occasum reddet ei, ipsum enim solū est quo operitur, nec habet aliud in quo dormiat. Amos q̄q; 2. de filiis Israel increparie dicit: Super vestimentis pignoratis accubuerunt. [Nudos spolasti vestibus] vel eos qui parum erant vestiti, vestib⁹ suis priuando, quod crudelissimum esset, vel his q̄ nudi sunt, auferendo vestimenta eorum cum essent satis vestiti, cum th̄ per Esaiam dñs dicat: Cum videbas nudum, operi eum, & carnem tuam ne despiceris. Et Iohannes, Bap. ait: Qui habet duas tunicas, det non habent. Deniq; teste Ambrosio, non solum spoliant nudos sed pauperes, qui eis auferunt vestes quas habent, sed & qui cum abundant, illis necessaria non ministrant seu tribuunt. [Aquam lasso] i. fatigato ex itinere vel labore, non dedisti, & ebrianti subtraxisti panem; vel non dando carenti, vel tollendo habentis quorum vtruncq; inclemensissimum esset, & direcēt contra charitatem Dei ac proximi, cum in I. Iohannes epistola scriptum sit: Qui habuerit 1. Joan. 3. substantiā huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quō charitas Dei manet in eo. Nomine autem panis, omnis cibus, & momine aqua, omnis potus

Luc. 6.

Iob. 35.

Exod. 22.

Esa. 18.

Luc. 3.

1. Joan. 3.

Luc. 3. in scripturis exprimit. Hinc & Baptista hortat: Qui habet escas, similiter faciat, scilicet, ut dictum fuit de dando vnam tunica indigenit, cu[m] du[is] haberent. [In fortitudine brachij tui] i. per potestatem & violentiam [possidebas terram] i. opes, agros, dominium, & potentissimum obtinebas eam] i. per eminentia tua potestatis tyrannice eam inuasisti & acquisisti, dicens illud Sapientia 2. Sit autem fortitudo nostra lex iustitiae. [Viduas dimisisti vacuas] eage causam non prosequendo, eis non succurrendo, nec postulata donando, secundum illud Esaie 1. Causa viduq[ue] non ingredit ad eos, & lacertos] i. brachia [pupillorum communis] eos non solum non roborando, sed & debilitando, contra quod d[omi]n[u]s ait in Psalmo 81. Iudicate egeno & pupilo. Quo autem ista persona magis humano desituum solatio, eo maior misericordia impendenda est eis: magisq[ue] inhumani & impius est, ipsiis non misereri, iniuriam vero eis inferre, proflus sauum censet: & tale peccatum Deus specialiter vlcisci asserit, prout in Deuteronomio fertur: D[omi]n[u]s facit iudicium popillo & vidua, amatq[ue] peregrinum. Hinc subdit [Propterea] ob tanta peccata circu[m]datu[m] es laqueus] i. aduersitatis vindicta adimpleris, & conturbat te formido subita] i. timor improviso supu[n]tias tibi, quia major culpa maior debetur atq[ue] infligit pena. Vnde Threnos 3. dicit: Formido & laqueus factus est nobis. [Aut putabas te tenebras] aduersitatum ac dubiosq[ue] fluctuationum mentis, in quibus nunc es, ita ut quid agere debeas, nescias. [Non visurum] i. non expertus siue passus, sicut in Psal. 15. Non dabis sanctu[m] tuu[m] videre corruptionem, & de iusto Simeone dicit: Lucas Responsum accepit a Spiritu sancto non visur[um] se morte, & impetu aquar[um] inundantium] i. copiosar[um] tribulacionum, [non oppressum iri] i. opprimendum non esse, ita q[ue] non suspicabar talia super te trahitur, lmp[er]h[ab]it em[m]ete c[on]cati, immunitia sibi pericula non pudent, nec cauet, aut penitenti q[ue] au[t]em putat se impune peccare, videt de divinita pudentia dubitare. Ideo Eliphaz inuenit contra Iob: An cogitas q[ue] Deus excelsior caelo sit, & super stellam, verticem sublimem?] i. an illog[ue] perfidiā c[on]cidis & errorē, qui dixerūt Dei sic terrenis & inferioribus præminere, seu ita ab humaniis distare, q[ue] in inferior[um] & aequum humanorum pudentia determinata non habeat, nec distincta, certa, claramq[ue] scienciam? Hoc quippe quidam Philosophi opinabantur, dicentes sola caelestia diuinæ prouidentia ordine gubernari. [Et dicit] vt appareat, Quid enim nouit Deus? de inferioribus actibus q[ue] humanis? Et quasi per caliginem indicat] i. non nisi confusam seu indistinctam habet isto[m] notitiam, cognoscendo ea in generali, sciendo videlicet genera & species, seu ordinem vniuersi & vniuersalia entia vniuersalesq[ue] causas. An etiam dicitis quia sequuntur, videlli cet, [Nubes latibulum eius] i. tub nubibus nihil videt, nec pudentia eius infra nubes extenditur; sed v[er]o q[ue] ad eas exclusive, ita q[ue] nubes sunt quasi quid occultans Deo inferior[um] notitiam, [ne]c nostra opera considerat, & circa cardines cali perambulat] i. circa extrema cali versatur, operatur, seu est, prouidendo & gubernando superiora, quæ uno modo se habent. Caro autem quandoq[ue] pro extremitate acripisur, interdum pro eo in quo voluntur oculum, Deniq[ue], secundum Albertum, de humanis per caliginem iudicare, est ad voluntaria & casuaria atq[ue] fortuita non immediata consideratione se habere, sed ea quæ sunt frequenter, per necessaria v[er]o p[ro]pendere, & per necessaria ac frequentia aliquid de voluntariis & casualibus viciunq[ue] iudicare. Secundum eundem, sicut quorundam opinio, q[ue] prouidentia ultra motum celorum non extendere, nec ad inferiora pertingeret, nisi per aliud atq[ue] per accidentem per aliud, vt per partes periodit, per accidentem quoque, quia per impressiones accidentales in inferioribus factas, & videtur in h[ab]itaculo errorē cōsentire Alexāder & Auerrois, & alij quidam Petri patetic or[atione]. Præterea non gentiles quidam duntaxat, sed & ludorum plurimi in veteri testamento de pudentia Dei præfato modo senserunt, de quibus Ezechiel 8. habet: Dicunt, non videat dominus nos, dereliquerit dominus terram. Et Sophonias ait: Dicunt, non facit dominus bene, & non faciet male, quorum stultitiam Esaies aperit quum scribit: Quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo, Non fecisti me: & segmentum dicat factori suo, Non intelligis, sic omnes quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: Quis vider nos? & quis nouit nos? Itemq[ue] in Psalmo 95. Dixerunt, non videbit dominus, nec intelliget Deus Jacob, quibus mox dicit: Intellige insipientes in populo, & stulti aliquando sapienti, qui planuant aurē, non audierunt aut qui fixit oculum, non considerauit, qui corripit gentes, non arguit, aut qui docet hominem scienciam? Nunquid semita seculorum custodire cupis?] i. latram perditam viam incedere & servare, per quam seculares homines graduentur, de qua Christus in Evangelio ait: Lata est via quæ ducit ad mortem, & multi ambulant per eam. Qui autem diuinam prouidentiam negant, securi ac libere peccant, omni freno rationis relictis, quæ calauerunt viri iniqui passiones sensualitatis & propriam voluntatem in cunctis sequentes, quox via est cōuersatio vitiosa, quæ est iter ad damnationem æternam, de quibus Esaie 59. dicit: Servare eorum incurvata sunt, omnis qui calcat in eis, ignorat pacem. Hinc ait scriptura: Ne delecteris in semitis impiorum. Et rursus: Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corrunt, de tam impijs Sapientia 13. legit: Aestimauerunt Iustum esse vitam nostram, & conuersationem vite ad

lucra compositam, & oportere vndeque acquiretere. [q[ue] sublati sunt ante tempus suum] i. iusto Dei iudicio ob haec sua peccata per mortem deleti sunt, nondum impleto naturali spatio vitæ sua, secundum illud Ecclesiasticus 8. Non sit bonum impij, nec prolongent dies eius, sed quasi umbra pretereant, qui non timent faciem domini, Et illud Sapientia 16. Effugere manum tuam domine impossibile est, negates enim te nosse impij, per fortitudinem brachij tui flagellati sunt. [& fluuius] i. abundantia ac imperus tribulationum seu diuinæ vltionis, subuerit fundamentum eorum] i. funditus eos deiecit, corpus eorum occidit, fidutiam frigit, potestatem & opes his abstulit, prout dicit Salvator: Venerunt flumina, flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & facta est ruina eius magna. [Qui dicebant Deo, recede a nobis.] Hoc praecedenti articulo in verbis Job dictum atq[ue] exppositum est, & quasi nihil posset facere omnipotens, estimabant cum hoc quoq[ue] est quod Job dixit ibidem, quis est omnipotens ut seruamus eis? Tales quippe Deum penitus inhonorant, & velut iudex non sit hominem, parvipedem, vel quasi in inferioribus immediate agere nihil queat. [cu[m] ille impletet domos eorum bonis.] Nam quicquid habent, à Deo sortiti sunt in gratitudine eorum circa Deum monstratur, qui ex infinita sua bonitate ac munificentia etiam ingratias & pessimis beneficia multa largitur, prout vniogenitus Dei filius protestatus Solem suum, inquietus, facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. [Quorum sententia longe sit à me.] hoc praecedenti capitulo protulit Job, dicendo: Quorum consilium longe sit à me. Falsitas enim & peccatum sunt infinita fugitabilitatis, cum sint recessus, auersio & offensio quibus mens à prima veritate summaq[ue] bonitate, quæ infinita est dignitatis, avertitur. [Videbunt iusti] deiectionem & penitentiam prauorum, [& letabuntur] de illoq[ue] debita plaga, nō ex inuidia, sed zelo iustitiae congratulantes aequitati diuinæ, & innocēs subfannabit eos] Hoc est quod fertur in Psalmis: Laetabim[us] iustus cu[m] viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccato[rum]. Itemq[ue], Videbunt recti & laetabim[us], & omnis iniqtas oppilabit os suū. In Esaia quoq[ue] iusti Deum affant simili zelo: Dñe, exalte manus tua, vt non videant impij, & ignis hostes tuos deuoret. Rursusq[ue] dicit de electis: Egredient[ur] & videbunt cadavera viroq[ue], qui pruaricati sunt in me, & erunt v[er]o q[ue] ad satietatem v[er]ionis omni. [Nonne succisa est erectio eorum?] i. impiorum elatio, prosperitas, sublimatio à Deo deiecta est, sicut succiditur arbor excrescens, luxuria illud Psalmi 72. Deiecit eos dum alleluem, & reliquias] i. posteros [eorum] prauitatem paternam sequentes [devorabit ignis] i. grauis aduersitas vita presentis, vel ardor supplicij infernalis, dicente Psalmista: Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis, frumentum eorum de terra perdes, & semē eorum à filiis hominum. Hinc dicit Iacobus: Exortus est sol cum ardore, & arefecit scenum, & flos eius decidit. Sic diues in itineribus suis marcesceret. Consequenter invitat ipsum Job ad penitentiam & salutem: Acquiece igitur ei] i. voluntati diuinæ tuam conforma, & eius dispositioni circa te cōsenti, dicendo: Fiat voluntas tua. [& haebet] pacem] pectoris, quæ est tranquillitas mentis in Deo, oriturq[ue] ex hoc, quod homo confortat voluntatem suam diuinæ, seruando diuinæ precepta, secundum quod dicitur: Pax multa diligenter legi tuam. [& per hoc] quod Deo sic acquiescis, [habebis fructus optimos] i. præclarissima in crementa virtutum, charismata gratiarum, cōsolatiōes internas: q[ue] etiam p[er] equanimem aduersitatum tolerantiumq[ue] Dei gignunt, dicente Apostolo ad Hebreos: Omnis disciplina in præsenti videtur nō gaudijs esse, sed mero[ris] postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitia. Hi sunt fructus spiritus, de quibus ad Galatas 5. habetur: Fructus spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas &c. [Fusci]pe ex ore illius legem] i. legem ab intellectu diuino procedentem amplectere, præceptis diuinae legis obtemperando, seu quamlibet iussionem Dei implendo, quam ipse siue per internam inspirationem, siue per alium modum proponit, vnde ait Psalmographus: Dulcis & rectus d[omi]n[u]s, propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Lex autem pro præcepto accipi solet. [& pone sermones eius in corde tuo] i. verba Dei memoriter retine, efficaciter imple, frequenter considera, vt vites peccata, iuxta quod scriptum est Psalm. 118. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Prober, quoq[ue] 7. dicitur: Serua mandata & legem quasi pupillam oculi tui, ligia eam in digitis tuis, & in tabulis cordis tui scribe eam, de iusto quoq[ue] dicitur in Psalmo 1. In lege d[omi]ni voluntas eius, & in lege eius meditabit die ac nocte. [Sicut] iversus fuerit ad omnipotentem per conuersationem mentalem, penitentiamq[ue] salubrem & humili confessionem, de qua reuersione hortat nos Deus, vbiq[ue] p[ro]fens & omnia penetrat, p[ro] Iohannes 2. loel[us]: Conuertimini ad me in toto corde vestro. [ad]ficeraberis] i. in spiritualibus ac temporalibus bonis stabilieris, p[ro]pt[er] Zacha, d[omi]n[u]s ait: Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. [& longe facies iniqtatē] à tabernaculo tuo] i. à teipso atq[ue] domesticis tuis, de præteritis penitēdo, & futura cauedo, ad similia quoq[ue] tuos hortando. Qui enim ad Deum vere conuertit, ita se habet. Nam & penitentia est præterita mala deplangere, & deplangēda iterum nō cōmittere. Vnde & iustus p[ro]fet: Nō habitabit in medio domus meæ q[ue] facit supbia. Pertinet ergo ad virtuosum, immo ad Psalm. 109. 82

patrem familiæ quemlibet, seipsum exemplare præbère, suosq; domesticos à vitijs refrena re, hortando, corripiendo, disciplinando. [Dabit pro terra silicem] i. pro vilibus dabit tibi preciosa, quemadmodum silex prævalet glebae. [& pro silice torrentes aureos] i. pro preciosis tribuit preciosiora, secundum quod aurum præponitur silici. In spūiibus quoq; adiçet charismata meliora, vt vbi abundauit peccatum, abundet & gratia, tribuetq; pro terra, i. p actione incipientium, silicem, i. exercitium proficiētum & pro silice, i. tali exercitio, torrentes aureos, iactus perfectorum, cōtemplationes atq; seruores heroicorum. Multi equidem post casum cautiōres resurgunt, & firmi stant, salubrissimæ concrescunt, & haec est superinfinita misericordia Dei naturaliter boni, qui ita vitorum nostrorum obliuisci dignatur, & pro malis bona largitur. [Eritq; omnipotens contra hostes tuos] j. ab impugnatione visibiliū ac inuisibilium hostium te defendet, quia protector est omnium speratiū in se, iuxta illud Psal. 25. In domino sperans non infirmabor. Et Proverb. 18. habebut: Turris fortissima nomen domini, ad ipsum currit iustus & exaltabitur. Apostolus quoq; ad Roma, 16. ait: Deus conteret satanam sub pedibus vestris velociter. Vnde protestatur Psalm. 53. Super inimicos meos despexit oculus meus, & argētum] i. temporales diuitias coaceruabitur, congregabitur tibi.] Spiritaliter vero nomine argenti, sacræ scripturæ designatur scientia, dicente Psalm. 18. Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum. Hac autem illustratur scientia, cuius vita est virtuosa, dicente Apostolo secunda Timoth. 2. Dabit tibi dominus de oībus intellectum. Et in prima S. Ioan. canonica legitur: Non neceſſe habetis ut aliquis doceat vos, sed vñctio eius (i. Dei) docet vos de omnibus. Ideo Ecc. 1. scribitur Fili concupiscentiam sapientiam, serua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi. Cum enim Deus sit sol sapientiae, mente mētā viri mundam radiole perlustrat. [Tunc super oīporentem delicijs afflues] i. in contemplatione Dei gaudebis, eius cōfolationes internas experieris, ipsius amore dulciter accenderis, eius immensa beatitudini, opulentia, perfectioni toto congratulaberis corde, ita ut ex sententia dicere possis: Memor fui Dei, & delectatus sum. Itemq; Quā magna multitudo dulcedinis tuę dñe. Et rursus, Secundū multitudinem dolorum meorum in corde meo cōfolationes tua latificauerunt animam meam. His puris mētalibusq; delicijs tanto plus affluere promeremur, quo ex puro Dei amore cōm carnale delectationem, vitem cōfolationem, secularem etiā plenius aspernamur, iuxta illud Psalm. 76. Renuit confaciā anima mea. Deniq; delectatio ex vniōne potentia cum obiecto conuenienti procedit. Cum ergo Deus sublimis, in comparabilis & immensus, sit prorsus illimitata perfectionis, amēnitatis, pulchritudinisq; obiectum, constat q; in vniōne mētis cum illo sit summa delectatio: si tñ mens capax esse tñ, si Dei in ardescat amore, si sapientia dono perfusa sit, si virtutibus stabilita sit, priuato illo pernicioſo amore purgata. Vnde de spōsa in Canticis ad miratiue inquiritur: Quæ est ista qua assecedit de deserto, delicijs afflues, innixa super dilectionum suum? & eleuabis ad Deum faciem tuam in intellectualem, s. mentem, vel etiam corporalem vultum dirigendo ad calum, in quo Deus specialiter esse & habitare afferit, in quantum ibidem eminentius operatur, clariusq; videtur. Itaq; ad Deum faciem eleuabis, tanq; ad bonum finaliter desideratum, ad ens summe dilectum, ad vnicum tuum refugium atq; iolum. Etenim vbi amor, ibi & oculus, & vbi thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Hinc Thren. 3. admonet: Leuemus corda nostra cum manibus ad Deum in cælum. Tobis q; dicitur: Ad te dñe faciem meam conuero, ad te oculos meos ergo. Postremo quilibet libenter respicit suæ dictionis & delectationis obiectum: video qui in oīpotente solitus est amādo seruerus, & cōtemplo gaudere, quid mirum si faciem mentis frequenter leuet ad eum in omni loco, occupatione & tempore? [Rogabis eum] i. cum grandi fiducia atq; frequentia, q; & in oratione est elevatio mentis ad eum. Vnus quoq; orationis effectus, est q;dam mētalis suauitas, quam deitotus experitus orando. Idcirco amator cōtemplosq; Dei, & dulcedinis eius gemitus, tanto fiducialis & frequenter, tanto libentius, tanto delectabilis eum precatur, quo anteriori ipsum intra se amore complectit, talemq; Deus tanq; filium & amicū paternē examinat. item. dit. ideo subdit: & exaudiens te, j. Iacobus q;ppre potissime verum est qd ait Salvator: Omnis q; petit, accipit. Vnde Ioann. 9. habetur: Si quis cultor est Dei, & voluntatem eius facit, hunc Deus exaudit. Bona em & irrepræhensibilis vita, exauditionem à Deo meret, iuxta illud i. Io. an. 3. Charissimi, si cor nostrū non reprehenderit nos, fiduciā habemus ad Deū, & q;quid petierimus accipiemus: qd totum intelligendū est, si perseveranter salubriterq; oremus. [& vota tua rededes] i. pmissa im̄lebis, iuxta illud Psal. 65. Reddā tibi vota mea q; distinxerunt labia mea. Porro vovere qd Deo, actus est latrā, q; est dignissima virtus moralis. Ideo sicut vota p̄soluerū, excellēter virtuosum meritorium q; cōsūlit: sic vota non soluere, v̄hemēter vitiōsum est atq; dānabile. Propterea Eccē, p̄cipit: Si qd voviisti Deo, ne moreris reddere. Displacet c̄m ei flulta & infidelis pmisso. Et Deutero. 23. fertur: Quod semel egressum est de laibis tuis, obseruabis & facies sicut: pmisisti dño Deo tuo. Vnde & Augustinus: Vouere, inq;,

volutatis est redire, necessitatis. [decernes rem,] i. propones, iudicabis seu ordinabis aliquid factum, & q;liter negocium tuum eueniunt. [& veniet tibi] i. prosperabit successum. Deo dispositioni tua cooperate & effectum p̄stante, secundum qd Prouer. 16. legit: Cor hoīis disponit viam suam, sed Dei est dirigere gressus eius, & in vijs tuis] i. viræ tuae p̄cessibus seu operibus, splendebit lumen] gr̄e & virtutum, p̄spicitasq; fulgor, i. Deus te intus illustrabit & dirigit, virtuoseq; ages, ac lucide viues, atq; in sapia ambulabis, iuxta illud Esa. 58. Erum p̄pet q̄si mane lumen tuum, & anteibit faciem tuam iustitia tua. In Prouer. q; 4. Iustitia semita q̄si lux splendēs p̄redit, & crescit vñctusq; ad pfectam diem. [Qui em̄ humilat fuerit,] i. sc̄ipsum humiliat cōdemnando, p̄penitentialiter affligendo, aduersa patēte ferendo, alios sibi cordialiter p̄ferendo, erit in gloria] i. à Deo sublimabitur in p̄sentia p̄ grām, & in futuro p̄ felicitatem cōpletam, sicut ait Salvator: Qui se humiliaverit, exaltabitur; & q; se exaltar, humiliabitur, cui consonat illud Prouerb. Humili spūi suscipit gloria, & supbum sequēt humilitas. Ideo Petrus iubet: Humiliamini sub potēti manu Dei, ut vos exaltet in tēpore visitatiōis. In 1. pet. 5. Matthæo q; determinat iudex: Qui cunq; humiliaverit se ficut parvulus iste, hic maior erit in regno cælorū. [& q; inclinauerit oculos suos] interiores ad p̄p̄riæ defectuositatis, fragilitatis, vel impietatis considerationē condignā, tipe saluabit.] Hinc dicit Baruch 2. Oculi deficiētes dant gloriā tibi dño. Et Ecc. 7. Humilia valde spūi tuum. Non ergo extollamus nos p̄pos, non magnos & sapientes aut perfectos nos cōsimemus, sed innumerabiles penitentes ærumnas, & q; nihil boni à nobis p̄spicit habemus, q; item celerriter evacuarem ac periremus, nisi indestinet p̄ietate & gratia spūstanti in omni via hac custodiemur. Hinc scriptum est: Oculi sublimis hoīis humiliati sunt. Et Sapiens ait: Gñatio cuius erecti sunt oculi, & palpebrae eius in altum surrecta. [Saluabitur innocens] qm̄ Dei redret vñctusq; qd meretur. Innocens aut̄ q; alteri non nocuit, meruit sibi non cōuentum non ingeri & qm̄ in Dei charitate & gratia vixit, meruit beatificari. ideo subdit: Saluabitur aut̄ i. beatitudinē fortis munitia manuum suarum, i. puritate seu merito vite sua, non vñctus sine auxilio gratia, cum p̄ prijs nemo vitibus iustus aut innocens sit, prout Moses protestatur: Dhator dñe, clemens, Exo. 34. verus, & patiens, nullus per se apud te innocens est. Postremo istud cap. alia ac moraliori expositione non egit, quemadmodum nec p̄cedens.

[Declaratio literalis cap. 23. Respondens autem Job, ait.

Articulus 49.

R Espondens aut̄ Job, ait: Sapientis em̄ & intelligentis est, arguendo, inquitendo, & respondendo veritatem iueri ac demonstrare, qui vero indocitus est, non se ad respondendum ingredere debet, iuxta illud Ecc. 5. Si est tibi intellectus, responde proximo tuo: si aut̄, sit manus tua super os tuum. Quo vñctus verbo redarguit p̄sumptuoſi, vani & scioli, paratiores docere q; discere, qbus conuenit illud Apłis: Non intelligentes neq; quā dicunt, neq; de qbus affirmant. Itaq; illud Iacob obseruemus. Sit aut̄ oīs homo velox ad audiendū, tardus aut̄ ad loquendū. [Nunc quoq; in amaritudine est sermo meus] i. cum magna afflictione p̄ fertur, q; ab amicis meis dolor meus augetur magis q; releuat. [& manus plagæ meæ] i. fortitudine p̄suonissim, seu potestas aduersitatis meæ, taggrauia est super gemitum meum, quem habui ante, ita q; recente afflictio priori gemitu meo est addita. Nam vulneribus Job a fata na ei illatis, amici sui adiecerunt cōtumelias, impropriæ, irrisiones, accusatiōesq; falsas, ex qbus Job contristabat atq; dolebat in ex deſectu patientia, sed zelo iustitiae, immo ex charitate, quia amicis condolebat errantibus, & de proximorum scandalo vrebatur, p̄sertim eō q; huic intererant disceptationi, sicq; Job suit Christi figura, in Psalmo dicensis ad patrem: Qm̄ quem te percussisti, p̄scuti sunt, & sup dolorem vulnerū meorum addideris. Præterea, q; amici Job imposuerunt ei, q; pro suis effet cæsus excessibus, p̄sertim q; p̄cedenti cap. dixit Eliphaz, q; propter malitiam suam plurimam, & iniuriantes suas infinitas Deus arguit eum, ideo 3. Job nunc ostendit huius oppositum, ad diuinum se judicium conferens, qm̄ bona conscientia fuit, ipse q; spūs testimonium perhibuit cōscientia suæ, q; filius Dei esset. [Quis mihi tribuat] i. v̄hemēter cupio mihi conferri, vt cognoscā, & inueniam illud, i. Deum perfectiori modo cognoscam, & inueniam qualiter diversimode disponit homines & gubernat, & diuinis de causis eos flagellat. Itaq; inueniam illum, id de eo agnoscā, quod de ipsius quāto notitia, vt enim frequenter p̄rahabitum est, Job clarius concupiuit sua p̄tortionis causas agnoscere. Deniq; ipse sicut & quilibet electorū, desiderauit de cognitione viae per fidem, ad cognitionem patræ per speciem peruenires in mo hoc sanctorum finale est desiderium, dicente Apostolo: Sequor autem si quo modo &c. Et Psal. 79. Om̄e facies phil. tuam, & veniam vñctus ad solium eius] i. ad thronum diuini iudicij, vt secundum meritum mea iudicex, & diuinorum iudiciorum rationem & modos plenius discam. Vnde superioris dixit Job. 13. Si iudicatus fuero, scio quia iustus inueniar. Et item: Vtinam appenderentur peccata mea Job. 6. quibus iram merui, & calamitas quam patior, in fatera. Itaq; ad tribunal Dei optauit deca-

Efa. 2.
pro. 30.

Exo. 34.

Psal. 68.

Phil. 3.

Job. 13.

Ci.

cognitione accipi potest illud apostoli: Beatus & solus potens rex regū, qui solus habet in-
v. Tim. 6.

mortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. Divinus quoq[ue] Dionyius ait sexto cœlestis hierarchia capitulo, q[uod] angelis divinos & natus pfecte non sciunt, sed sola diuina virtus princeps totius illuminationis. [Perditio & mors dixerunt: Autibus nostris audiimus famam eius] Dæmones nempe & condemnati in-
creata sapientia in seipsa nō vident, sed in suis eā effectibus noscunt, & multa de ea audierūt.
In ipsa demum portione poenitentia ad culpas eā cognoscunt. [Deus] pater, immo & Spir-
itus sanctus intelligit viam eius i.e. increate sapientia operationem & iter seu modum quo ve-
nit ad mentes creatas & incarnationis mysterium seu inuisibilem missionem. [& ipse nouit
locum illius] de quo loco iam dictum est inam & pater secundum Gregorium locus est sapiē-
tia huius, quemadmodum ipsa ait: Ego in patre, & pater in me est. Pater etiā & Trinitas su-
perbenedicta nouit & approbat mentes, quas sapientia ista inhabitat, quæ loquitur: Si quis dī-
ligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum venies, & misericordia
eum apud eum faciemus. Apostolus quoq[ue] testatur 1. Corinthio 3, Templum Dei sanctum
est, quod estis vos. Qui fecis vestis pondus.] Per ventos ppter eorum velocitatem ac subtī-
litatem, intellectuales essentia, scilicet anima, angelisq[ue] signatur: quibus Deus fecit pondus, i.e.
amorem eis impressit & naturalem inclinationem ad felicitatem. Pondus quoq[ue] virtus & gra-
uitatis ac maturitatis. [& aqua] i.e. charismata graciarum, tappendit in mensura, hoc est,
creatis mentibus indidit secundum ordinem sapientia suæ, decet ac varia diversitate, sicut ait
Apostolus 1. Corinthi, 12. Quia alij p[ro] spiritum datur sermo sapientia, alij sermo scientia, alij gra-
tia sanitatis, alij opatio virtutum, alij genera linguarum, alij discretio spirituum. Salvator
quoq[ue] (vt p[ro] parabolice ait) vni seruorum dedit quinq[ue] talenta, alij duo, alij vnū. Hinc rursus
testatur Apostolus Ephes. 4. Vnicuiq[ue] nostrum data est g[ra]fia secundum mēritū donatiōis Christi.
Vnicuiq[ue] etiā electio: Deus gratia prestat iuxta mensurā p[ro]destinationis sua & capacitatibus
illius. Vnus verò solus est, scilicet Christus vt homo, de quo scriptum est Ioan. 3. Nō ad men-
surā dat Deus spiritū. [Quādo ponebat pluvijs] hoc est, doctrinis & sermonibus doctorum
ac p[ro]dicator[um]. Vnde Deuter. 32. Moses ait: Concrescat vt pluvia doctrina mea. Que madmo-
dum autem p[ro]dicatores dicunt nubes, sic doctrina eoz dicitur pluia. [Legem] i.e. p[re]ceptum,
qualiter & quibus debeat impatriari ac obseruari, primo a docentibus, deinde ab audiēntibus, [& viam p[ro]cellis sonatibus] i.e. p[re]cessum sive effectum terribilibus scripturarum communi-
cationibus de futuris suppliciis. Vel viam, i.e. aditum atq[ue] introitum ad mentes audiēntium.
[Tunc vidit illā.] Pater enim aeternaliter noscit, intuetur & comprehendit vniuersitatem suum, vi-
debet sapientiam hanc increatam genitā, sicut & ipse filius prestat: Nemo nouit patrem nisi
filius, nec filium quis nouit nisi pater. Vel tunc vidit, i.e. se videre monstrauit, aliosq[ue] videre se
cit hanc sapientiam, sicut in Gene. 22. ait ad Abrahā: Nunc cognoui q[uod] timeas Deum. [& enar-
ravit] hoc est, alij eam p[ro]lumen fidei declarauit, videlicet p[ro]dicatores, ceterisq[ue] diuinis illustratis. [& p[ro]parauit,] i.e. audiēntium cordibus per p[ro]dicatores sermones infundere seu reue-
lare dispositus, quod tempore Apostolicæ p[ro]dicationis p[er]fertim fiebat, quādo per Apostolos p[ro]p[ri]etatem Dei corda illustrauit gentilium. [& inuestigavit] i.e. ab alijs inuestigari fe-
cit, quorum intellectum excitauit ad considerandum & p[ro]scrutandum quæ de sapientia patria
Christo p[ro]dicabant, scriptaq[ue] erat, quæ admodum Acto 17. de Thessalonicensibus legitur: No-
biliores ex eis sive p[ro]perū verbū cum omni auiditate, quotidie scrutantes scripturas. Et Sa-
pientia 6. ait author libri huius: Quid sit sapientia referam, & non abscondam sacramenta
Dei, sed ab initio nativitatis inuestigabo. Lucta hūc modū loquēti ait Apostolus ad Rom. 8.
Ipse sp[iritus] postulat p[ro] nobis, i.e. postulare nos facit. Exodi quoq[ue] 33. populo Israel loq[ue] dñs: Iam
nunc depone ornatum tuum, vt scia quid faciat tibi, i.e. scire me mōstrem, & alios scire hoc faciat.
¶ Deniq[ue] iuxta Gregorium, notāda sunt hæc quatuor, quæ de sapientia dicta sunt, scilicet vi-
dit, enarravit, p[ro]parauit, inuestigavit. Vedit namq[ue] pater sapientiam hanc, quia species est in-
venit, quia verbum p[ro]parauit, quia re medium inuestigavit, quia occultum inquit quia cosa-
munitas non capit, fecit quod subditur. [Et dixit dominus] ipsa est sapientia & recedere à malo, intelligentia. i.e. quanuus sapientia ista tanquam incomprehensibilis & immensa sit omnium oculis viuentium, quo ad plenam eius comprehensionem, abscon-
ditas in hilominus per timorem Dei castum ac filiale, peccatorumq[ue] deuitationem, ad eam
pertingit & ipsa acquirit, ita vt nunc assit p[ro] gratia, & cognoscatur p[ro] fidem ac sapientia do-
num, postea vero assit p[ro] beatificā fruitionem. Huius nāq[ue] sapientia increatā gratiosam p[ro]fer-
tiam atq[ue] internā inhabitationē nō impedit nisi peccatum. Propter quod loquitur Esaias 59.
Peccata vestra diuiserūt inter Deū & vos. Itemq[ue] 27. Iste est omnis fructus, vt auferat peccatum.
Timor autem auferat, cauet & vitat peccata, quæ admodum scriptū est: Timor dñi expellit peccatum.
¶ Ecclesiasticus 1. Propter q[uod] timore declinat vnuſquisq[ue] à malo. Vnde hortat Psalmographus: Timere do-
minum omnes sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eum. Hinc (secundum Gregorium)
Gregorius. ille veraciter vim diuini timoris intelligit, qui se à cunctis operibus prauis custodit.

¶ Ex-

¶ Explanatio Cap. 29. Addidit quoq[ue] lob, assumens parabolam suam, & dixit:

Quis mihi tribuat &c.

Articulus 56.

ADdidit quoq[ue] lob, assumens parabolam suam Sicut p[ro]habitu[m] est, ideo dicitur assum-
psisse parabolam, quia per similitudines & metaphorice loquitur. Deniq[ue] iuxta Thom-
as) verbis eius iam supra descriptis finitis, p[ro]stolabatur ut aliquis amicorum suorum lo-
queretur: quibus tacētibus, ipse p[ro]inductis ista adiecit, in q[ui]bus p[ro]positum suum diffusus de-
clarauit, & dixit: Quis mihi tribuat ut sim iuxta menses p[ro]sternos? hoc est, in tali incolu-
mitate ac prosperitate honestatę fama. Vnde seipsus declarans, subiungit: Secundum
dies quibus Deus custodiebat me, I conservando in bonis, & p[ro]seruando ab aduersis. Et hoc
ait, non quasi Deus eum quando hæc dixit, non custodiret, immo virtute & gratia Dei scie-
bat se in tantis aduersitatibus ab impatiente, desperatione, & ceteris virtus p[ro]seruari. Sed
hoc ideo ait, quia nunc ab inuisibilibus ac visibilibus aduersarijs Deus eum grauissime af-
fligi permisit. Sicq[ue] quodammodo a Deo fuit relictus, sicut & Christus tempore passionis
clamauit: Deus meus, vr quid dereliquisti me?

Psalm. 27.

¶ Insuper, corporis hospitatem temporalemq[ue] prosperitatem optavit, non absolute secun-
dum se, sed vt sunt instrumenta virtutis, & quoniam naturaliter talia appertinent, presertim
ab agri & depauperatis. Quando splendebat lucerna eius super caput meum, id est, pro-
visua, protexiva, & directiva illustratione Dei menti meæ insulfit, seu lata prosperitas a
Deo concessa mihi arrisit. & ad lumen eius si, secundum instructionem directionemq[ue] gra-
tiosæ illustrationis Dei (ambulabam in tenebris), in incertis ac dubijs me habui ac processi,
non propria prudenter innitendo. Sic & Michæas propheta: Cum sedero (inquit) in tene-
bris, dominus lux mea est, Et Psalmista: Dominus illuminatio mea & salus mea, quem time-
bo: Dominus protector vita mea, à quo trepidabor. ¶ Sic ut in diebus adolescentiæ meæ, I
ita q[uod] gratia manu p[ro]uenient me. Vnde non ait, infantia aut pueritia quoniam illa ætas illu-
strationis diuinæ ad regimen vitæ humanae, communiter non est capax, sed adolescentia,
iuxta illud Proverbiorum 1. Detur adolescenti scientia & intellectus. & quādo secreto De-
us userat in tabernaculo meo, i.e. domi meæ in omnibus benedixit. Vel secreto erat in taber-
culo meo, i.e. intus in abdito mētis mihi astitit p[ro] multiplicem pietatis & gratiæ effectum,
dum in domo mea orationi & contemplationi instabam, quemadmodum Actorum 10.
Cornelius ait: Orans eram in domo mea, quando erat omnipotens mecum? I per varia be-
neficia corporalia ac spiritualia, sicut & satan loquitur Deo de Iobi Nonne tu vallasti eum,
& domum eius & vniuersam substantiam per circuitum? Operibus manuum eius benedi-
xisti. & in circuitu meo pueri mei, i.e. quos spiritaliter ac corporaliter educavi, & hoc delecta-
bile est, vide pueros ex te natos, q[ui] causa diligit propriū germē, & si cognitua sit, delecta-
tur in eo. Vnde timorato promittitur Filii tui sicut nouella olivarum in circuitu mensæ
tuæ. Quando laubam pedes meos butyro, id est, intantum abundabam butyro, ac cate-
ris animalium pinguedinibus, vt vsque ad pedum lotionem sufficeret posset. Et forte loqui-
tur iuxta confutendum patric. Antiquorum autem diuinitat[em] precipue pecora erant, secun-
dum Augustinum. Hinc à nomine isto pecus, pecunia nomen accepit, secundum eundem.
¶ Et petra fundebat mihi riuos olei, secundum Albertum, Oleum de amurca in concavis pe-
tra exprimit. Sicq[ue] depurati, à petra funditur, per quod omnia abundantia terrenascentium
designatur. Thomas per petram intelligit terram saxofam: quia (vt afferit) oliu[m] optimum
oleum producentes, in locis lapidosis ac arenosis solent consistere. Itaque sensus est, q[uod] ex ta-
libus locis, riuos, i.e. copiam olei sumptis. Quando procedebam ad portam ciuitatis, i.e. ad iu-
dicandum ibidem. Antiquitus enim iudicia proferebantur in urbium portis, vbi iudices ab
introcuntibus seu alijs promptius inuenientur, & ne ciuitas inquietaretur per tumultum
causarum. Vnde Deuteronomiū 16. scribitur: iudices constitues in omnibus portis tuis. & in
platea videlicet iuxta portam, sparabant cathedram mihi, i.e. soliū solenne, quo residem-
ad docendum ac iudicandum. Videbam me iuuenes, scilicet vanitatis dediti, &
abscondebantur i.e. coram me apparere, & vanum quid agere erubuerunt timore maturi-
tatis atq[ue] iustitiae meæ. & senes assurgentib[us] mihi accidenti, stabant, i.e. mihi in hoc reveren-
tiam impendentes. Principes cessabant loqui, cum ego loqui ordire, & digitum superpo-
nebant ori suo. I hoc est, diligentissime tacerunt, & mea eloqua attenderunt, & forte talis
exteriori silentiū iudicio se ad taciturnitatem cohortabantur. V[er]oc suam cohibebant du-
ces, & lingua eorum gutturi suo adhærebant. I ad loquendum non mouebatur, sed tam alto-
nante & atrente me auscultabant, quasi lingua eorum ad loquendum laxari non potuisse.
¶ Auris audiens verba mea vel famam meam, beatificabat me. I felicem me reputauit, &
oculus videns, testimoniū reddidit mihi, i.e. conspicio opera iusta & virtuosa, quæ fe-
ci, testabatur q[uod] vere iustus constiteret, quod de interioribus aure & oculo congenitus
verificatur. V[er]o si de exterioribus sensibus accipiatur, auris & oculus hæc egisse dicuntur, in-

Michæas 7.
Psal. 26.

Iob 1.

Augustin. Idem.

¶ Et petra fundebat mihi riuos olei, secundum Albertum, Oleum de amurca in concavis pe-
tra exprimit. Sicq[ue] depurati, à petra funditur, per quod omnia abundantia terrenascentium
designatur. Thomas per petram intelligit terram saxofam: quia (vt afferit) oliu[m] optimum
oleum producentes, in locis lapidosis ac arenosis solent consistere. Itaque sensus est, q[uod] ex ta-
libus locis, riuos, i.e. copiam olei sumptis. Quando procedebam ad portam ciuitatis, i.e. ad iu-
dicandum ibidem. Antiquitus enim iudicia proferebantur in urbium portis, vbi iudices ab
introcuntibus seu alijs promptius inuenientur, & ne ciuitas inquietaretur per tumultum
causarum. Vnde Deuteronomiū 16. scribitur: iudices constitues in omnibus portis tuis. & in
platea videlicet iuxta portam, sparabant cathedram mihi, i.e. soliū solenne, quo residem-
ad docendum ac iudicandum. Videbam me iuuenes, scilicet vanitatis dediti, &
abscondebantur i.e. coram me apparere, & vanum quid agere erubuerunt timore maturi-
tatis atq[ue] iustitiae meæ. & senes assurgentib[us] mihi accidenti, stabant, i.e. mihi in hoc reveren-
tiam impendentes. Principes cessabant loqui, cum ego loqui ordire, & digitum superpo-
nebant ori suo. I hoc est, diligentissime tacerunt, & mea eloqua attenderunt, & forte talis
exteriori silentiū iudicio se ad taciturnitatem cohortabantur. V[er]oc suam cohibebant du-
ces, & lingua eorum gutturi suo adhærebant. I ad loquendum non mouebatur, sed tam alto-
nante & atrente me auscultabant, quasi lingua eorum ad loquendum laxari non potuisse.
¶ Auris audiens verba mea vel famam meam, beatificabat me. I felicem me reputauit, &
oculus videns, testimoniū reddidit mihi, i.e. conspicio opera iusta & virtuosa, quæ fe-
ci, testabatur q[uod] vere iustus constiteret, quod de interioribus aure & oculo congenitus
verificatur. V[er]o si de exterioribus sensibus accipiatur, auris & oculus hæc egisse dicuntur, in-

¶ quanto

quantum homines per sensus hos sumpserunt occasionem seu materiam hæc agendi; geo quod liberasset pauperem de manu potentioris & oppressoris [vociferantem,] i.e. conquerentem vel ad me pro ope clamantem, [& pupillum] similiter liberasset, [cui non esset adiutor.] Quia nec patrem nec amicos habuit se inquietos. [Benedictio pertuli super me veniebat,] hoc est, qui periturus seu occidendum vel opprimendum fuerat, nisi ego ei subuenisset, benedixit mihi, optando imprecandoque mihi bona, & gratias referendo. Ad hoc Salomon Proverbiis 24. hortans: Etue, inquit, eos qui ducunt ad mortem, & eos qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses, [& cor vidua consolatus sum,] quæ eis viri carentia magis egrediatatio. His verbis confutat Job verba amicorum suorum, qui eum superius de crudelitate atque a vestitu tyrannide accusabat. [Iustitia induitus sum, & vestiui me] ea [sicut vestimento,] i.e. animam meam iustitia decorauit, & in omnibus iuste habens studiu, vt sicut corpus circundatur veste, sic ego vndique iustitia actibus ornarer, iuxta illud Esa. 61. Induit me dominus vestimento salutis, & indumento iustitiae circumdedit me, & diademate iudicio meo, iusto iudicio, quod in omnibus prouinciam & feci, ornatus sum in ratione, sicut caput diadema adornatur. Diademata non est signum recti iudicii rationis. [Oculus] i. director, illuminator, instructor [sui cœco] i. ignorant, vel etiâ corporaliter cœcum, opportunitate se offerente, ducentio. Ignorantem autem instruere, ad spiritalia misericordia paret opa, [& pes clando] i. adiutor infirmo, quod & corporaliter facere potuit, talem necessitate ingruente portando. Sic & Aposto Roma. 15. Ius Romanorum 12. ait: Sumus singuli alter alterius membra. Itemque. Debemus nos firmiores, Matt. 5. imbecillitatem infirmorum portare. Eccl. Christus Apostolis loquitur: Vos estis lux mundi. Quid enim est lux mundi, nisi oculus hominum mundanorum? Pater erâ pauper, Pater inquam per caritatem & charitatem, opem & consolationem, quas eis impendi, secundum illud Ecclesiastici 4. Congregationi pauperum te affabilem facito. Tobiae quoque 4. Noli auertere faciem tuam ab ullo pauperenti enim fiet, vt nec à te auertat facies domini. [& causam quæ neliebat] hoc est, negotium in iudicio, propositum, mihi ignotum. Diligentissime inuestigabam, inquiriendo veritatem facti, processum, originem & circumstantias eius, ne quid dolii lateret, aut aliiquid de ordine iuris omittenter. Bonum enim bene agendum est, iuxta illud Deuteronomij 16. iuste quod iustum est exequaris, istud picipue ad iudices spectat, put rex losaphat ait iudicibus suis: Sit timor domini vobis scum, & cum diligentia cuncta facite. [Conterebat molas iniqui] i. mandibulas eius destruxi, hoc est, eius crudelitatem violentiamque repressi, [& de dentibus illius auferbam prædam,] i.e. bona quæ alij in iuste abstulit, excusus ab eo, & quibus pertinebat, restituisti, in quo sequitur est Deum, de quibus in Psal. 57. caramus Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet dominus. [Dicebamque] i. propter hanc opa mea pia ac virtuosa fiducialiter cogitavi. In nidulo meo moriar, hoc est, in propria domo maneo quietus, & ibi in pace ac prosperitate stabili viuam, nec alibi velut exul & pauper decedam. Quia enim tam clementissimus fuit egenus, putatis se in prosperitate manfurum, sicut Berzellai dixit ad David: Obsecro ut reuertar in civitatem meam, & moriar ibi, sepeliarque iuxta sepulchrum patris mei & matris meæ. [& sicut palma multiplicabo dæs] i. diu viçtorius sum, sicut palma valde diu vegetabiliter viuir, quia & scriptum est Psal. 91. Iustus ut palma florebit. [Radix mea aperta est] iuxta aquas] i. ratio vita & prosperitas meæ plurima habet fomenta diu manendi in vita & prosperitate, quemadmodum arbor iuxta aquas plantata, diutius manet, floret, fructificat. Prædicta autem fomenta intelligit sua opera virtuosa, quæ vitam suam interiore & prosperitatem fouebant ac fulciebant, sicut aqua arbores iuxta se fitam. Vel radix ista fuit fundamentum vita spiritualis, plantatum iuxta charismata gratiarum, quæ per aquas signantur, sicut radix potest intelligi fides seu grā gaudium faciens, vel cordis intensio, quibus cetera virtutes ac dona iunguntur. Vnde Hieremias 17. dicit: Benedictus vir qui confidit in domino, & erit tanquam lignum quod transplantatum est super aquas, quod ad humorem mittit radices suas. Insuper dixit: & vos morabitur in missione mea,] hoc est, terra nascentia mea tēpore messis solis ardore non comburentur, sed rora erunt humecta. Ros etiam (secundum Albericus) auger, mollificat, & ad digestiōnem cooperatur, vt fructus fiat boni saporis. Hinc Genesis 27. dicitur: In pinguedine terræ & in rore cali desuper erit benedictio tua. [Dixi quoque: Gloria mea semper innuovabit] hoc est, gaudium conscientiæ meæ, vel claritas famæ seu delectatio in prosperitate quotidie crecerat, pseuerante me in bonis inceptis. Vnde Aplus 2. Corinth. 1. ait: Gloria nostra hæc est, testimonium cōscientiæ nostra. Et itege. Licit is qui foris est, noster homo corrumpat, tamē is qui intus est, renonatur de die in diem. [& arcus meus] i. virtus animi mei, qua hostibus meæ salutis resisto, & facula virtutum contra eos præcio, [in manu] hoc est, operatio, [cne] infaurabitur] ita quod de die in diem in virtute proficiam, atque in bonis actibus amplius abundabo. [Qui me audiebant, expectabant sententiam,] id est, solicite præstolabantur quid determinare dicarem, scientes quod verbis meis standum esset, & quod non nisi verba sensibus

bus, veritateque plena proferrem. [& intenti tacebant ad consilium meum,] parati acquiesce-re diffinitioni mea. Verbis meis nihil addere audebant,] quia tanta me prudentia reputabant, quod suis verbis verba mea perficere non valerent. [& super illos stillabat,] hoc est, ordinante & congruenter venit, eloquium meum, quemadmodum guttae cadunt in terram, iuxta illud Deuter. 32. Fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi nulla super gramina. [Expectabant me sicut pluviam] id est, cum grandi affectu sperantes consolatiōnem & fructum ex verbis meis pepercere. [& os suum aperiebat quasi ad imbre serotonum] qui ex fructibus debitam compleat digestionem, ne amari permaneat, in quo notatur quod audi-dissime cupiebant eum audire, nam per os, intellectus vel desiderium cordis exprimitur. [Si quandoridebam ad eos gratiosum & hilare me eis præbendo, quod aliquando agendum est, ne maturitas sit austera, & homo velut agrestis, si alij onerosus, vel etiam immoderato rigore lœdat seipsum. Vnde à philosopho atque moralibus ponitur virtus moralis, quæ extra-pellavocatur, per quam homo in iudicis & recreatiis solatis moderat se habet. Hinc Seneca docet: Ita te habeas, vt nemo te quasi leuem despiciat, aut quasi sylvestrem grauiter ferat. Porro rūsus non semper peccatum est quando autem sit, & quomodo, & quādo, & quomo do non, articulo *fuit offensum, non credebāt quod rideret ex animo & simplici causa, sed potius mystica ratione & ex virtute. Vnde & tunc me vere bantur, & lux vultus mei non cadebat in terram] Si de corporali vultu accipitur, lux vultus, est vultus vel faciei hilaritas. Per hoc ergo quod ait, Lux &c. insinuat, quod non fuit miserore depresso, vt hi qui tristitia vici, vultum in terram desigunt. Sic quod per lucem vultus intelligitur oculus, & ita exponit Thomas. Si autem per lucem hanc intelligatur interioris faciei hilaritas, sensus est, quod non fuit inani laetitia dissolutus, ita quod latititia sua non vultus in terram, id est, in vultu conculationem tanque consuſibilis & inhonesta. Sic exponit Albertus. Potest & ita exponit, quod lux vultus fui, id est, vultus exterior non cadebat in terram, i. ad terrenorum immoderatum aspectum nō ferebatur, vt vultus illorum qui terrena cœlestibus præferunt. Ideoque instar porcorum ad carnalia intuenda jugiter flectit vultum, vel vagi sunt oculis, sicut & Salomon loquitur: Oculi stultorum in finibus terræ. Porro, si de interiori spūalique vultu effatur, lux vultus huius est ratio vel sapientia eius, quæ in B. Job non cadebat in terram, quia ad divina quotidie erigebatur, nec impri-mebatur carnalibus, lugiter ergo interiori vultu & frequenter exteriori ad cœlestia se leuauit. [Si voluissent ire ad eos] quod sine idonea causa non fecit, sed propter instructionem, confi-lationem, iudicationem, aut simile aliquid aliqui p̄fatos accessit. [Sedebam primus] i. in loco supremo & tempore ante alios tanque om̄i principalis. [Cumque sedem quasi rex circumstare exercitu] quod ait, circumstante exercitu, referri potest vel ad ipsius lob sessionem, vt sit sensus, quod sedet circumstantibus multis vel ad regem, erit quod sensus, quod sedet sicut rex sedet circumstante regem exercitu, ex quo patet, quod maximam impendebant reverentiam S. lob. geram in mōmentum] i. afflictionem & desolatorem seu tristum consolator, in prosperis me humilians, non extollens, nec illos despiciens, sic quod B. Job implevit illud Eccl. 7. Non desis ploranti-bus in consolatione, & quod rursus eodem in lib. picipit, In dii honoris tui ne extollaris. Hac quoque p̄cipue ad reges, prælatos, ac principes spectant, iuxta illud Proverbi. 20. Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboretur clementia thronus eius.

*Petractatio moralis eiusdem cap. Art. 57.

Eccles. 2.

A ddidit quoque lob, assumens parabolam suam] iuxta Gregorium, quia parola similitudo dicitur, constat quod per exteriorum verborum formam mysteria loquitur, qui ad Joquidum, parabolam assumpisse memoratur. Denique secundū doctores, S. lob nunc Christi, nunc ecclesie, nunc cuiuscunque iusti seu penitentis speciem tenet, figuramque exprimit & personam praesentat. Vnde principium huius cap. exponit Gregorius de ecclesia, pro statu Gregorii ac tempore eius in persecutionibus Antichristi, quod secundum Gregorium tanta erit ecclesiæ perleuctio atque angustia, vt hæc tempora cum magno suspicio optet, quod nos cum magno toleramus dolore. Propter quod ait: Quis mihi tribuat, vt sim iuxta mentes pristinos, secundū dies quod Deus custodiebat me? Verum expositionem hanc, quod à B. Gregorio plenissime est digesta, pretereore, aliamque tropologiam inducam. Quemadmodum ergo lob à temporali prosperitate delectus, & corporaliter grauissime læsus, verba hæc protulit, sic quilibet vera-citer penitens, qui alij p̄claratæ exitit æquitas, qualia sunt David cum adulterium hec 2. Reg. 12. micidiumque inexcusabilitatem incurrit, verba hæc dicere potest, tanque ad pristinū gradū vir-tutum cupiens reformari. Quannus etiam de hoie iusti, corporaliter vulnerato aut tribulato & mente afflito, elucidati hæc possint, quod quō fieri possit, ex p̄ducta explanatione fa-cilime cōsiderat. Praefata ergo spūalique moralitas est tractâda. Penitentis igit ait: Quis mihi tri-buat vt sim iuxta mentes pristinos] i. in tali opulentia spūali, in tali deuotionis compunctione nisique gratia, in tali perfectione virtutum, quales aliqui habui. Quo erit spūali dona bonis terre-nis sunt digniora, & munera gratia bonis fortuna, eo de illis amissione ampli^o est colendū,

cordialiusq; optandum & efficacius satagendum, ut lapsus ad pristinā revertatur mensuram gratiae ac virtutum. Si ergo nos in charitate tepusse, in Dei obsequio pigros factos conspicimus, aut graue incidisse peccatum inuenimus, intime doleamus, fortiter emendemus, & verba hæc affectuissime proferamus, attendentes quod in Apoc. 2. Deus ait cuidam: habeo aduersus te, quia charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaq; vnde excideris, & penitentiam age. Alioquin venio tibi cito. Secundum dies quibus Deus custodiebat me Ii. in bonis gratia conseruabat. Sicut enim diei lux incessanter conseruat à sole, sine quo nec ad momentum valet durare, sic nec in istu oculi in donis gratia permanere valens, nisi indesinenter in eis diuinitus conseruemur. Non ergo stultissime gloriemur, neq; vanissime praesuma-
psal. 16. mus, sed cum Psal. quilibet nostrum humiliter deprecetur: Custodi me vt pupilla oculi, sub
psal. 126. umbra alarum tuarum protege me. Atq; ex animo fateari: Nisi dñs custodierit ciuitatem, fru-
stra vigilat q; custodit cā. [Qn] splendebat lucerna eius Ii. lumen gratie vel doctrina sacra scri-
pturar; super caput meum Ii. in mente mea, que est principium & principale in anima, sicut
caput in corpore, & ad lumen eius Ii. secundum directionem illustrationis diuinæ ambula-
bam in tenebris Ii. inter mundanos ac impiorum conuersabar virtuose ac sapienter, non illig-
sequendo peccata, quis dicat scriptura: Cum peruerso peruerteris, pro hac directione orat
psal. 14. Psal. Dirige me dñe in veritate tua, & doc me. Itēq; Psal. 85. Deduc me dñe in via tua, & in-
grediar in veritate tua. Porro q; peccatores tenebre nūcupent, cōstat ex eo quod cōuersis ait
Aplis Ephes. 5. Fuitis aliqui tenebræ loan, quoq; i. Tenebrae eam (videlicet lucem, que Christus est) non comprehendenderunt, sicut fui in diebus adolescentie mea. Spiritalis adolescen-
tia dici potest initium cōversionis, dum homo spiritaliter sapere inchoato, sicut in adolescen-
tia corporali, ratione incipit vt. Quidam aut in conuersione sua exordio sunt feruente, &
postea tenuere ac pigris sunt, carnalesq; sunt, quod q; detestandum sit, ex verbo clares Aplis
ad Gal. 3. Sic stulti eris, vt cum spū cōperitis, nunc carne consummemini. Talibus ergo in-
cumbit dolere, emendare, p̄reinducta q; verba proferre, vt s. cupiant & cōtentur esse in talib;
modi homini dicitur: In mente habe qualiter accepisti & audieris, & penitentiam age, &
eo vigilans, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo] i. in conscientia thalamo seu
cordis mei cubiculo, animam mean familiariter visitando, dulciter cōsolando, inflammante,
regendo, ita q; illud Esa. 24. Secretum meum mihi, dicere potui. Quando erat omnino pos-
tul. 4. tens mecum sita q; dicere potui. Omnia possum in eo qui me cōfortat. Et rursus Deus cor-
psal. 72. dis mei & pars mea Deus in æternis, & in circuitu meo pueri mei] i. spiritales filii sue disci-
puli, vel cogitatus, affectus, actusq; virtuosi, quibus vndiq; fecundabar & adornabar. Quan-
do lauabam pedes meos butyro. Pedes sunt mentis effectus operumq; processus, de quibus
Cant. 5. legituri. Lavi pedes meos, quomodo inquinabo eos? qui pedes butyro lauatur, dum
feruenda charitas exuberanter affectu vel internæ deuotioni pinguedine seu bona conuersa
pro. 10. tionis abundantia à præteritis malis ac quotidianis defectibus expurgantur. Charitas enim
Iac. 5. operit multitudinem peccatorum. Et Saluator ait: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes la-
uet. Hinc orat Psal. 62. Sicut adipe & pinguedine replicatur anima mea. Quando p̄c debam
Ioan. 13. ad portam ciuitatis Ciuitas est regnum caeleste, de quo Apocal. 21. habetur. Ciuitas non eget
sole neq; luna, nam claritas Dei illuminabit eam. Cui Esa. 60. dicit. Non erit tibi sol amplius
ad lucendum per diem, sed erit tibi dominus in lucem semiperennam. Huius ciuitatis porta
Mat. 7. est actio virtuosa, de qua in Evangelio loquitur Christus. Quām angusta porta que ducit
ad vitam! Ad hæc ergo portam procedere, est ad opera virtutum seipsum extendere, & in
platea] i. populi latitudine parabant cathedram] i. autoritatem & locum docendi mihi. Vnde
dehinc me iuuenes, & abscondebantur; & senes assurgentess, stabant. Potest hoc cum verbis
sequentibus clausulæ huius, de ipsis diversæ conditionis personis exponi: & de homine q; aliis
quando tantæ extitit autoritatis, perfectionis ac sapientie, vt talia sibi exhiberentur ab illis,
qualia S. Iob leguntur exhibita. Spiritaliter vero per iuuenes intelligi possunt affectus & mo-
tus indisciplinati ac pueriles, qui ab homine virtuoso ad bona agenda tendente pellunt. Se-
nes vero sunt, affectus & motus maturi ac sapientiales, qui in virtuoso oriuntur ac stant, ad ra-
tionis imperium preparati. Principes cœlabant loqui] i. principales conceptus ipsius intel-
lectus, ratione iubente, intus querentes, nec in verba exteriora pruperunt, exigebut id causa-
sa & loco & tempore quia aliqui vicissim etiam à bonis verbis cœlabant est, iuxta illud Psal. 38.
Obmutui & humiliatus sum, & filii à bonis. V oecum suam cohibebat dices] i. cōceptus inte-
riores, directiui opera externorum, q; interdū p̄sonabili causa non iubent exteriora opera fieri,
dum cōtemplationi vacandū est aut aliud qd occurrit. Auris audiens beatificabat me, & oculis
videns, testimonium reddebat mihi. Quicunq; irreprehensibiter cōversat, implēs illud Aplis
2. Cor. 6. Nemini demus villam offensionē, vt non vituperet ministeriu ne stru, p̄inducta hæc verba di-
Act. 2. cere potest, quædammodū in Actis de Christianis p̄mitiū ecclesiæ sub Aplis in Hierusalem

legitur, q; habent gratiam ad oēm plebem, & ceterorum nemo audebat se iungere eis, sed
beatificabat eos populus. Ad quod hortatur nos princeps Apli: Conuerlationem (inqui-
ens) vestram inter gentes haberes bonam, vt in eo qd detractant de vobis tanq; malefactori-
bus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificant Deum. [eo q; liberasset pauperem vo-
ciferantem] i. hojēm spiritaliter indigentem virtute & gratia, in uisibilium hostium impu-
gnationib; victum, & pro adiutorio proclamantē quem vir charitatius ac virtuosus oran-
do, instruendo, consulendo q; liberat, sicut mons ad Galat. 6. Aplis. Fratres, & si p̄occu-
patus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritalis estis, huiusmodi instruite in spū lenita-
tis. Vnde vt à Iaco. 5. scriptum est: Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viae suæ, salua-
bit animam eius à morte. [et pupillam] i. eum qui spiritali patre, pralato & instructore care-
bit, & cui non esset adiutor] i. contra hostes sue salutis, quemadmodū Eccl. 5. inducit V; & soli,
q; cum ceciderit, non habet sublevantem. & cor viduæ cōsolatus sum.] Vidua est anima, que
peccando calefēt sponsum amissit, que cōsolanda est, ne desperet. Nisi em̄ hac causa anima Hierem.
vidua diceretur, Hierem, non diceret, quia non fuit Israel viduatus à Deo suo. b̄ fidic̄tio pes-
rituri] i. peccatoris aternaliter condēnandi, nisi Deus ei per meam informationē & subueni-
onem auxiliarius fuisset, [sup me veniebat] i. Talis qpp; iam cōuersus & desop illustratus, intel-
ligens in quantis fuit pīculis, & quanta sibi Pm̄ p̄ me beneficia gratia p̄stisset, b̄ fidic̄t mi-
hi & maximas egit grates. Quo em̄ vita gratia vitaq; gloria, meliores sunt vita natura, quo
insug mors æternæ, damnationis fugibilius est morte corporali ac tēporali, immo breuissimæ
eo p̄ erectione à morte peccati, amplius gloriandū regatriciū est, q; pro erectione ab in-
teriori corporali. Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento.] V estis ad duo, p̄scit
corpori, s; ad ornati, atq; ad p̄tectionem contra nociva, vt sunt frigus & cauas, virtus ad
duo anima p̄defit. Nam eam coram Deo pulchre p̄ornat, & contra hostes sue salutis defendit,
cōfortat, seu armat. Deniq; vestis vestit ex omni parte circundatille ergo q̄si vestimento
induit seipsum iustitiam, q; in omni qd agit, justus est, nullumq; p̄ceptum transgrederit, sed regia
sem̄ gradis via, nec ad dexterā nec ad sinistrā declinās. Et (vt ait Gregorius) q; in alijs actio-
nibus iustus est, in alijs iniustus, q; si vnum latus operuit, aliudq; nudavit. Immo nec iam ho-
no sunt opa, q; subortis alijs prauis operib; inquinant. Verba q; inducta, accipi possunt tam
de iustitia q; est virtus cōmuni seu ois virtus. Ois siquidē virtus, est qdā iustitia, q; p̄ eam
fit qd decēs seu debitiū est, quēadmodū ea q; est virtus specialis, moralis & cardinalis, vnicuiq;
qd suū est reddēs. Et diademate iudicatio meo] i. Qui in oibus rationis iudiciū sequit, non passi-
onis impulsū, & recte iudicat, discutit, increpat & castigat seipsum, iudicio suo q̄si diade-
mate decorat; & tam sapienter regendo fe, rite rex appellat, impletq; qd ait Saluator: Iustū in
dicium iudicate, cuius iudicij fructū pandit Aplis dicit: Si nos ipsos dijudicaremus, non vtq; i. Cor. 11.
indicaremur. Oculus fui cæco & pes claudio. Hoc ad platos ac p̄fidēs potissime pīne, q;
rum est inferiore illuminare & sustinere, ne vel p̄ ignorantiā errerit, vel p̄ infirmitate vincant
& peccēt. Ideo aplis ceterisq; platos loquitur Chriſi: Vos estis lux mundi. Vos estis sal terra. Vn Mat. 5.
de 1. ad Timot. 4. scribit Aplis: Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Hoc em̄ faciēs, te-
 ipsum saluū facies & eos q; te audiūt. Per Ezech. q; reprobis pastorib; dñs impropperatore
loquitur: Quod in infirmitū fuit, non cōsolidasti. Præterea spiritaliter cœcūs est, ignorās, & ois in Ezecl. 34.
mortali facet, putet ac putrefit culpa: claudus vero, q; nutrit in actib; bonis, & faciliter ruit in
eis, aut oīno deficit ab eisdē. Vnde mons Aplis Hebr. 12. Rectos facite gressus pedibus vestris,
vt non claudicas q; erret, magis aut sane. Et Psal. 17. scribit: Claudi caverūt à semitis suis. Po-
strem, q; libes nostri, p̄ modulo suo, cæco atq; claudo, oculus & pes debet cōsistere, illos p̄
posse instruendo & roborando hoc est, sapiam & fortitudinē seu virtutē sibi collatas illis cō-
municando, prout Petrus inducit: Vnusq; sicut accepit grām, in alterutru illā administran-
t. Pet. 4.
tes, sicut boni dispeñatores multi formis grāe Dei. [Pater eram pauper] i. ita & nos oēm pau-
perem in charitatis vise crib; amplectamur, eisq; cordialiter cōpatiamur & efficaciter susfra-
gemur. & causam quam nesciebā, diligētissime investigabā. Hoc ad platos, principes ac iu-
dices potissime spectat, ne ex suspicione aut passione aut facili creditione ad iudicandū pa-
cedat, sed eum maturitate & vtriusq; partis auditione, ac ceteris obseruandis, oīa agat. Hinc
Deut. 1. Moses filijs Israel ait: Date ex vobis viros sapientes & gnaros, q̄rum conueratio p̄ba-
ta sit in tribubus vestrīs, & ponam illos vobis principes. Dicēbamq; p̄posito mentis, in nida
lo meo moriar] i. in loco māsonis meæ vsq; ad mortem stabilis p̄manebo: i. quia (vt ait S. An. S. Antoni)
tonius) qui corpus suum in loco vno figere nequit, animum suum in Deum non figer. Hinc
sancti patres loci facilem seu non necessariam mutationē vehementer vituperant, qm̄ Pro-
verb. 27. legituri. Sicut avis transmigrans de loco suo, sic vir qui relinquit locum suum. Hinc
ad Hebr. 10. hortatur Aplis: Consideremus in uicem in provocatiōe charitatis & honorum
operum, non deserentes collectionem nostram, sicut est constitutis quibusdam, sed com-
folates. Veruntū vicioſa ac periculosa societas est vitanda. Spiritalis vero nidulus, in quo ma-
ne-

nendum & moriendum est, ponitur ipsa tranquillitas interne pacis mentis humanae in Deo, seu quies charitatis fidei in eo, iuxta illud Psal. 4. In pace in idipsum dormiam & requiescam in quo nido etiam quotidianus mori debemus propriæ voluntati ac mundo, & se peliri in luce virtus divina per contemplationem illius. Vnde super illud Psal. 11. Preciosa in conspectu domini, mors sanctorum eius. Maximus autem preciosissimus transitus in lucem conspectus domini, quo ab oibus exterioribus absconduntur & moriuntur sibi & mundo, mors sanctorum est, digna beatitudinis precio. Talibus dicitur ad Colos. 3. Mortui enim es sis, & vita vestra absconsita est cum Christo in Deo. Qui autem propriam voluntatem, & sensualitatem in oibus frangit, & mundi vanitates contemnit, vivitque secundum legem Dei in cunctis, moritur sibi ipsi ac mundo, & vivit Deo, dignus dicere cum Apolo Galat. 2. Christo confixus sum cruci, viuo autem iam non ego. Et sicut palma multiplicabo dies, in vita gratia floribusque virtutum cuius diebus maneo. Dies quoque illuminationum, hoc est, gratias illustrationum in aliorum cordibus, pcreabo, ut illud Psal. 51. dicere queam: Ego autem quasi oliua fructifera in domo Dei. Cœnientiaque mihi illud Ofe. 14. Israël germinabit quasi lilium. Et quod Ecclesiastes. Quasi palma exaltata sum in Cades. Radix mea, intima cordis mei affectio, aperta est iuxta aquasque ad susceptionem charismatum spississimæ ardenter desiderando, patula & capax efficiëtæ esti quæ diuinorum charismatum tanto efficaciter capaciores, quanto feruentiores; quam charitatis affectio aperit cor amantis ad dilecti ingressum. [& ros] 1. gratia & consolatio spiritus 26. ritus sancti, de quo loquitur Esaias ad Deum: Ros tuus ero dulcis. [Morabitur in missione mea], stabiliter conquesceret in meis operibus bonis ac fructibus tempore suo merendus, atque in horreum domini colligendis, et meritorie ac delectabiliter quæ bona sunt agam, & intra eam, iste congregat regnum, iuxta illud quod dictum est de Christo: Congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igne inextinguibili. [Gloria mea semper innouabitur] Studemus & nos quotidie in Deo copiosius atque sincerus gloriar, interius renouari, mentaliter reformari, & arcus meus in manu mea instaurabitur. Hoc iuxta expositionem præhabita tam completur in eo, qui illud ad Ephes. 6. adimpleret: Confortamini in domino & in potentia virutis eius. Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo. Qui me audiebat, expelabant sententiam, & intenti ratabant ad consilium meum &c. Quilibet præparator, prælatus & doctor ac iudex, non ad propriam laudem, sed ad Dei gloriam, inferiorumque distinctionem, tam ordinate, virtuose ac sapienter habere se debet, seu habere se studiat in verbis & factis, ut hæc atque sequentia sibi conueniant, ut si à subditis reverentialiter ac avide audiantur, fructuose suscipiantur, scilicet in ipso rigore iustitiae & dulcor clementiae per discretionem debent contempnari, ut similitimeatur ac diligatur, neque ut levus & mobilis, ab aliquo, etiam dum pius se exhibet ac iucundum, spernatur, credatur vel inducitur, competatque ei quod subdatur. Si quis ridebam a eos, non credebam. Itaque hilares sumus absque dissoluto, tristes sine delectione, maturi sine austerritate, sociales absque levitate, custodiiti in visu & quicquid prosperitatis aut promotionis nobis acciderit, nullatenus extollamur; nec honores mutent mores in peius, sed pauperum memores sumus, verbis & ope eos pro viribus consolantes, quemadmodum scriptum est Ecclesiastes 11. In die honorum ne immemor sum malorum.

[Expositio cap. 30. Nunc autem derident me iuniores tempore, Art. 58.

Oproposita iuxta se posita clarius innotescunt. Ideo S. Iob præcedenti cap. sua præterita prosperitate descripta, nunc suam aduersitatem commemorat, ut eius magnitudo eius dentius innotescatque non pro suis peccatis haec passus sit, cum tantam fuisse suam perfectionem iam supra ostenderit, & infra ostendet. Nunc autem deridet me iuniores tempore, propter aduersitatem quibus affligor, reputantes quod ea meruerint, quem olim senioris honorabunt. Sic & pueri legitur derisus Eliseum prophetam, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei; id est, assumere ut simul cum canibus animalia mea custodirent. Pastores enim Iob haberunt canes gregum custodidores, & protectores a lupis aut similibus feris. Aliqua etiam viles personæ pastoribus illis subiectæ fuerunt, & simul cum canibus a feris animalia tuebantur. Quod autem Iob sic tales parvipendit, non sicut superbia, sed potius æquitatis: quoniam illi vitij suis se contemptibiles exhibebant. Quorum virtus magna est, ut vel potestas eorum erat mihi pro nihil; id est, nullius reputationis, & vita ipsa putabantur indigni propter eorum excessus. Egestate & fame sterilesque id est, præ inopia atque esfuria fructum non producentes, qui rodebant in solitudine; id est, grossa ibi alimenta in star brutorum carpebat, & qualiter calamitate interiori & miseria exteriori. Sic in Luca de filio prodigo legitur: Copiebat implere vêtem suum de siliquis, quas porci mandabant. Porro squalentes deturpati dicuntur. Proprie autem squalens vocatur, qui laxata cuncte consumptaque carne, pallore coloratur cinereo, iuxta illud Threnorum 1. Virgines eius squalidae. Et manducabant herbas sylvestres & crudas, quæ secundum Albertum, sunt Auicenna inconveniens hominis nutrimentum, allegatque Auicennam, dicentem quod natura nullum

lumen nutrimentum sufficienter parat homini, nisi lac; cetera oportet elixari siue assari. & arborum cortices] quia secundum Albertum, cortices sunt farinabiles, quod non est lignum. [Et radix iuniperorum] i. talium arborum. Vnde & legitur Elias se proiecisse subter unam iuniu[m] Re. 19. perum, erat cibus illorum. Qui de conuallibus ista rapientes] i. avide capientes, & sibi mutuo præripere cupientes, cum singulæ iam præfata reperissent, ad ea cum clamore currebant] se inuicem præuenire conantes, & de istorum inuentione gaudentes. In conuallibus quoque humidiiora ac esibilia, i. montibus vero duriora nascuntur. [In desertis habitabant torrentium] i. vbi torrentes fuerunt, vel in locis torrentium desiccatis, se a cauitate protegebant. & in cænuis terra] propter umbram. [vel super glaream] propter refrigerium aquæ vicine molitiemque arena. Glaream namque est terra mollis & arenosa. Gregorius tamen dicit Glaream dicit[us] minutissimos lapides, quos aqua fluialis trahit. Secundum Albertum vero glaream dicit[us] mibilis arena, significatque loca in paludibus solida, vbi latrones propter tutelam morantur, eo quod loca talia inaccessibilia sint. Dicuntur autem aliqui habitare supra aliquem locum, quia habita[re] iuxta eum, quemadmodum quidam dicuntur habitare super Rhenum, super quem & Colonia dicitur sita, quia iuxta eum constructa est. Qui inter huiuscmodi itabantur] i. q[ui] tanta fuerunt penuria, quod præfata vilissima erant eis preciosissima atque iucunda, iuxta illud Proverbiu[m] 27. Anima saturata, calcabit fauum: anima esuriens, etiam amarum pro dulci sumet. & esse sub sensibus delicias computabat. Sentes sunt spinæ, Itaque sensus est, quod sub locis spinosis, hoc est, sub umbra paruarum arborum spinofarum esse fuit eis amorem, quam commodius refrigerium non habebant. [Fili] i. carnis propagatione vitorumque imitatione, [sicut] vitorum] in anima, & ignobilium] corpore, & in terra penitus non parentes] i. in nullo speciabilis, seu nulla dignitate conspicui. Vel hoc ideo dicit, quia inter hoies communites non manebant, sicut iam dixit. Ex his oibus magnitudo aduersitatis. B. Iob declaratur quia quo vi[ce]liores sunt irritores, eo illorum deriso solet esset molestior, ignominiosiorque cœstetur. Nunc in eorum canticum versus sumus] i. de me aduersitate faciunt decantaciones vel catilinas. & factus sum eis prouerbium] i. materia prouerbii maledictiorumque prouerbium maledictionis de Iob composuerunt, dicendo: Accidat tibi & pereas sicut Iob. Hinc supra S. Iob 16. dixit: Posuit me quasi in prouerbium vulgi, & in exemplum sum coram eis, & ibi haec magis exposita sunt. Abominantur me] i. longe sunt a me] i. ab hoie penitus detestando. & faciem meam conspovere non verentur] i. reputantes me tam indignum, ut sine peccato quilibet posset me perficere, quod insigne diabolus fecisse creduntur. Pharetram enim suam aperuit] i. Deus ex sua præordinatione quasi ex arcu quadam sagittas aduersitatis mihi immisit, sicut ex pharetra mitcuntur sagittæ. & affixit me] i. quia licentiente vel permittente Deo, haec oia acciderunt. Hinc supra dixit Sagitta domini in me sunt, quarum indi Iob. 6. gnatio ebit spem meum. Et frenum posuit in os meum] i. tam dire me affligendo, abstulit mihi quodammodo apparetur me excusandi ac respondendi. Hinc superius dixit: Ruge me] i. testimonium dicunt contra me, & suscitatur falsiloquus contradicet mihi. Denique Deus interdum iusto iudicio prauox malignitatem per aduersa compescit, quod per freni impositionem aliqui designatur, quemadmodum in Elisa loquitur regi Assyriorum Ponam circulum Iob. 37. in naribus tuis, & frenum in maxillis tuis. Vel sic: Et frenum posuit in os meum, i. p. gratiam suam os mei verbis impatiens restenuit in oibus his aduersus, prout supra legit. In oibus his non peccauit Iob labijs suis. Ad dexteram orientis calamitates meæ ilice surrexerunt. Hoc dicit, quia à plaga meridiana, quæ est ad dexteram respectu orientis, in quod Iob habitauit, ut supra patuit. Nam si quis ad orientem se vertat, meridies appetet ad dexteram. Itaque à parte meridiana coepit contra Iob suæ aduersitatis & calamitatis insurgetur (ut dicitur) ex illa parte venerunt contra eum Sabæi, primo boues & asinos S. Iob rapuerunt, eiusque pueros, i. pastores interficerunt. Pedes meos subuerterunt] i. à solitis vijs impediuerunt, & oppresserunt quasi flibusque, gressus meos i. impetuose impediuerunt [semitis suis] i. violentis suis accessibus contra me, ita quod præ aduersitatibus non habeo quo me verta. Dissipauerunt itinera mea] i. operum meorum processus & commoda. Vele etiam ipsa corporalia terra itinera, p. quæ patientia ad me, duci seu ire solebant, insidiati sunt mihi dolose molieres qualiter mihi nocerent. & prævaluerunt] i. desideriorum suorum effectum sortiti sunt in me. & non fuit qui ferret auxilium] mihi aduersus eos. Quasi rupto muro] i. sine resistentia, & aperta ianua] i. prompte & absque obstaculo irruerunt super me] i. Chaldei, Sabæi & Satan. & ad meas miseras] i. id est, aduersitates p. ceiales, deuoluti sunt] i. est, conuenerunt, ut me per illas opprimarent. Redacti sunt in nihilum] id est, iam penè consumptus sum, mortuusque proximus, sic superius dixit: Omnes artus mei in nihilum redacti sunt. Vehementer autem afflitti, hyperbolicas loquutionibus, ut pote verbis per excessum prolati, ut confuerunt, ut affectionis suæ magnitudinem clarius promant. Abstulit quælibet ventus desiderium meum] id est, quemadmodum ventus repente cum impetu puluerem propellit & agitat, sic DEVS subito omne dqs

desiderabile in exterioribus bonis abstulit mihi, videlicet substantiam ac sobolem omnem atq; familiam, & velut nubes pertransiit, cito finita est & recessit à mea salus mea] i. corporis sanitatis & terrena prosperitas. [Nunc autem in memetipso marcescit anima mea] id est, varijs doloribus premitur, cum naturale sit, rebus liberis q; amissis, & corpore vulnerato, tristari, sed tristitia ista fuit moderata in lob, vt dictum est saepe. [& possident me dies afflictionis] id est, vniuersitate huius aduersitatis meæ pœnoſ. [Nocte os meum perforatur doloribus] id est, nocturnis temporibus, quibus languores atque dolores aggrauantur, puncturæ dolorum meorum usque ad ossa mea pertingunt. [& qui me comedunt] id est, vermes ex meis putredinis ulceribus nascentes, meamq; carnem mordentes & confluentes, non dormiunt] id est, die & nocte me rodunt saltem quidam ex eis. [In multitudine eorum,] id est, à vermis istis multis consumitur vestimentum meum] quia tam multi erant, q; & uestes lob corroserunt, [& quasi capitulo tunicae] sic cinxerunt me.] Capitulum est pars uestis circa collum, per quam caput ingreditur, itaque sensus est, q; verminum tanta exitit multitudo, q; vndiq; corpus suum occupauerunt, sicut capitulum ambit collum, nec continebant sub uestibus, sed eruperunt in publicum, & collum circundabant, quod miserabile ac pœnalisimum fuit. [Comparatus sum luto] id est, vilis reputatus sum, fragilis & putrefactus apparui, & assimilatus sum fauille & cineri] id est, impulsione tetanorum & impetu aduersitatum diuersimode agitatus, sicut fauilla & cinis ventis impelluntur. Item pro nihilo habitus, & tanquam leuisimus reputatus. Deinde dirigit verbum ad Deum: *Clamabo ad te sed eti; affectuoſe orabo. Apud Deum enim plus sonat intesa affectio, quam clamor vocalis. [& non exaudies] me ad votum, id est, tam cito ut cupio. [Sed] orationi intentus, & non respicis me] oculo pietatis, quantum ad corporalis mea afflictionis amorem. [Mutatus es mihi in crudelē] id est, tu qui invariabiliter bonus, pius ac dulcissimus in teipso, quantum ad tuum effectum, circa me habes te per modum crudelis, me tam dire ac diu affligendo, nec exaudiendo. Sic & Abacuk 1. ait: Vt quequo domine clamabo, & non exaudies; vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis. Denique, qd mirum si Deo ascribatur crudelitas, cui furor & severitas attribuuntur. Scriptum est enim Nahum 1. Vt ciscens dominum & habens furem. Domine, ne in furore tuo arguas me. Ad Romanos, quoque 11. Paulus: Vide honestatem & severitatem Dei. Nonne Deus mecum diffimus iudex velut crudelis videtur, qui de impiis loquitur per Ose. 15. Occurrat eis quasi virtus raptis catulis, dirumpit interiora eorum, & consumit eos ut leos? & in duritia manus tuae] id est, in penitentiæ effectu tuae potentie, vel in rigore tuo, secundum qd foris appetit. Aduersaris mihi] id est, affligis me contra naturalem meam inclinationem, & contra prosperitatem incolumentemq; pristinam. Hinc superius loquutus est Deo: Cur faciem tuam abcondis, & arbitraris me inimicum tuum? Et leuasti me temporali prosperitate, honore, fama & gloria, prout præcedentem cap. patuit. [& quasi super ventum ponens] alte me promouens, & in statu sublimi, instabili instar venti, me statuens, levissimi me valide] fortiter deieciisti atq; ieiunia, iuxta illud Psal. 101. Quia eleuans alisisti me. Vnde supra testitus est: Ego qndam ille opulentus, repente contritus sum. [Sic] qd morti trades me, non hac tñ tribulatione affliges me, sed tandem per mortem finem huius vite mihi impones. Vel dicit hoc, desperando de vita diuturniori in seculo isto, eo modo quo supra dixit: Desperavi, nequaq; ultra iam viuam, & hoc scire se perhibet secundum ordinem inferiorum naturaliumq; cauaram; quia (vt dictum est saepe) letaliter fuit percussus, supernaturaliter vero sanatus, vbi constituta est domus] quies à tumultu vite plenaria, finaliq; mansio à cursu & motu peregrinationis istius, vel monumentum, quod concomitanter se habet ad mortem. Comni viuentibus in carne mortali, iuxta illud Psal. 48. Sepulchra eorum domus illorum in æternum. Et rursus: Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? Verum non ad consumptionem eorum, emitis manum tuam] potestate tua eos oino consumis, nam anima pmanet immortalis, nec oës consumptioni, i.e. tñ damnationi immittis. Vel sensus est, qd licet eos in vita hac puniat aduerfa, hoc tñ frequenter facit ad emendationem, non ad destructionem eorum, sicut Apoc. 3. protestatur. Ego qd amo, arguo & castigo. Hinc subdit [& si corruerint] peccando, moriendo seu aduersa ferendo, tipe salvabis Janimas eorum per gratiam in presenti, vel p gloriâ in futuro, quæadmodum de iusto ait Psal. 6. Cum ceciderit, non collidet, quia dñs supponit manum suam. Et flebam qndam sup eo qd afflictus erat] id est, afflictus usq; ad lachrymas tēpore pperitatis meæ condoleba, iuxta illud Apłi Roman. 12. Flere cum flentibus. Et Eccl. 7. ait: Non de sis plorantibus in consolacione, & compatib; anima mea pauperi] i.e. genis, apprehendendo eorum inopiam qd, ppriam, ppter eionem naturæ, sic qd eis p posse subueni. Non em vere compa- titur alteri, qd eius miseria p posse non relevat. Hanc pietatē sectemur. Beatus enim qd intelligit sup egenū & pauperem, in die mala liberabit eum dñs. [Expectab; bona] p. prosperitate & consolationem a Deo propter merita mea, qd faceret mihi sicut ego feci proximis meis in opibus,

bus, Communiter enim in lege naturali & scripta virtuosi etiam in hac vita fortiebant prospera mundi à Deo, quis non semper sic accidit. Vnde nec lob latula expectavit, tanq; principale, sufficiens & finale psum suum operum meritorio, sed tanq; minus principale, prout de pdcatore Euagelice veritatis loquitur Christus: Dignus est operarius mercede sua, per mercedem intelligens ibi corporis refectionem. [& venerunt mihi mala] pçnæ, i.aduerfa, de quibus Amos 3. ait: Si erit malum in ciuitate quod dominus non fecit, [Præstolabar lucem] i. incunditatem, secundum illud Proverbiorum 10. Expectatio iusti p letitia. [& eruperunt tembrae] i. defolatio & amaritudo mihi iam euenerunt, quemadmodum Ieremias 14. fertur. Expectauimus pacem, & non venit: & tempus curationis, & ecce turbatio. [Interiora mea] puta viscera atq; vitalia, [cesseruerunt] i. extra serbuerunt ex calore febris & ulcerum. Vbi Albertus allegat Hippocratem, dicetem: Febris est in generatione sanici magis, qd generata iam sanie, [ab] qd villa requie] i. incessanter ad tempus. [Praetererunt me dies afflictionis,] i. tempore iuuentutis meæ afflictiones incidi, quæ tempore senectutis naturalius evenirent. Tunc enim homo naturaliter, ppter inualitudinem suæ affligit, iuxta illud Psal. 89. Si autem in potentibus, octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor. [Miserens incedebat] i. etiæ tempore pperitatis cum mediocri seu ordinato micerore, pcessi, ppter alioq; peccata seu aduersa dolédo, iuxta illud Psal. 118. Tabescere me fecit zelus meus, qd oblitus sunt verba tua inimiici tui, item qd Zelus domus tue comedit me. Vnde secundum Bedam, zelus est indignatio & tristitia de malo culpæ, qd mala que videt, corrigit, si potest, tolerat & gemit. [*ab] qd furore] hoc feci, quoniā miceror & zelus huiusmodi debet esse sine ira ferente. [Con surgens] i. vitis me opponens, qd turba clamabat] eius peccata redargendo, atq; ad bona manuete hortando. [Frater fui draconum] i. homines venenatos, qui alias verbis & exemplis vitiosis inficiunt, fraternaliter dixerunt, tamē mihi nunc quasi dracones fuerunt, me infestando. [& socius struthionis] i. crudelis. Struthio enim ppr; obliuiscit foetus. Vbi logitur Lere mias Threni. 4. Filia populi mei crudelis sicut struthio in deferto. Vel nomine struthiois, que pennas habet, nec volat, simulatores atq; hypocritæ designantur, inter quos lob sociali charitate se habuit. [Critis mea denigrata est sup me] i. ppter interior corruptionem humorum, quasi exusta est, iuxta illud Threni. 5. Pellis nostra quasi cibanus exusta est à facie tempestatis famis. Vñ supra lob 7. ait: Critis mea aruit & contraria est. [& ossa mea aruerunt] i. vribus & medullis destituta fuit atq; siccata. [ppter cauam] i. ex gradi incendio caloris febribus seu apostematis. [Verfa est in luctum cithara mea] i. loco iucunditatis, quæ habui ex cithara & vsu & melodia, successit mihi hic plæctus. Forte enim aliquod musicis instrumentis vñus est ordinatus, sicut & David luteus in cithara. [& organum meum] versum est qd in vocem flentum. Sive per organum intelligatur musicum instrumentum, quod fistulis sonati sive vox propria, vel membrum corporis ad canitatem sive loquendum, ita qd pro gaudio quod ex organo habui, vox lugubris mihi succedit. Per organum quoq; quod fistulis sonat, vera predicatione seu instructio designatur, ppter citharam quæ chordis sonat, recta operatio denotat, quæ in micerorem vertuntur, dum alij inde non emendantur, aut scandalizantur. Sic & Threni. 5. inducitur: Versus est in luctum chorus noster.

¶ Elucidatio Capituli 31. Pepigi foedus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.

Articulus 59.

Q uoniam tres amici lob concorditer nisi sunt demonstrare, ipsum propter sua peccata plagatum, & non nisi pro magnis excessibus tam dire pculsum, cuius oppositum ipse defendit: hinc virtutes suas & merita diligissime ac distincte prosequitur, ostendit se in virtutibus consummatum fuisse, & primo se ab inquinamento peccati carnis excusat, quod peccatum plures commaculat, inuoluit & damnat, atque vt Thomas discernit, peccatum hoc in lubrico positum est, vt nisi quis occasiones & preambulu seu principia eius deuteret, a posterioribus vix possit pedem extrahere. Denique primum in hoc peccato, est oculus ad spectus, quo mulier pulchra adspicit, & pràcipue virgo. Secundum, est cogitatio. Tertium, delectatio in cogitatione. Quartum, cōfensus. Quintū, opus. Voluit ergo lob originem huius peccati excludere, sicut fatetur, [Pepigi foedus cum oculis meis] i. firmiter decreti oculos meos ab incauto mulierum intuitu custodiare. Oculi qui pte annunciant seu ostendunt delectabile Venereum, & ex aspectu cogitatio manat, ex qua concupiscètia surgit, vt ne cogitarem quidem de virginie] i. ne ab incauto adspicere ad periculosa cogitatione deuolueret. Cogitare autem de virginine, secundum Albertum, est de corem & formam eius cum colore & compositione ac ceteris delectantibus intus tractare, quæ cogitatio frequenter polluit mente etiam eius qui importans est corpore. Nec solum beatus lob oculos custodiuit, ne sic cogitaret de virginine, sed etiæ ne de aliqua muliere non sua. Veruntam ideo ait de virginine, quoniam hæc amplius mouet ad concupiscētiam, & magis appetit, quia intacta est, adhuc quoq; maioris decoris est, idcirco facilius decipit. Itaq; quilibet nostrum hæc B. lob cautelam fecit.

Mat. 10.
Luc. 10.

Albertus.

Psal. 68.

Thomas.

Albertus.

Etat.

stari nō negligat, præsertim qui imperfectus & iuuenis atq; ad mala proclivis est. Quam enī
Match. 5. periculosa sit incustodia oculorū, constat ex eo qd ait Salvator: Qui viderit mulierē ad con-
cupiscendum eam, iam mēchatus est eam in corde suo. Hinc scriptū est Ecclesiastici 9. Vir-
gine ne conspicias, ne scādalizeris in decorē eius, noli circūspicere in vicis ciuitatis. Auerte
Ecc. 25. faciem tuam à muliere compta. Propter speciē mulieris multi perierunt, Itemq; in specie
Gregori. mulieris, ira & irreverētia & confusio magna. Quoniam ergo intutus oculorū, tot occasio est
malorum, itaq; Ecclesiast. 3. scriptum est: Oculo qd nequius creatū est? Porro secundū Grego-
riū, exteriōres sensus sunt velut foramina & fenestræ, p; quas anima exteriora precipit ten-
Jer. 9. reficit, & respicit cōcupiscit, quædamō loquit̄ Ieremias: Ascēdit mors p; fenestras no-
Gregori. stras, ingressa est domus nostras. Mors enī per fenestras ascēdit & domū ingreditur, dum
Psal. 118. per sensus corporis concupiscēti venies intrat mentē. Hinc (secundi Greg.) inueni nō de-
bet, q; cōcupisci nō licet. Itaq; cū Psal. 118, deuote oremus: Auerte oculos meos ne videāt vani-
tatem. Insup S. lob causam huius custodie & castitatis assignati: Quā enī partē haberet in me
Deus desuper? Et in virtute carnis deditus essem, nihil in me esset quod ad Deum prīmeret p; cha-
ritatē eius & gratiā. Vñ nō essem pars aut possesso Dei, immo totus essem diaboli. Illi vero
Gregori. sunt pars Dei, in quibus ipse per gratiā habitat, iuxta illud Deuter. 32. Pars autē dñi populus
Thomas. eius. Non autē habitat in inquinatis luxuria. Ideo ait Gregorius: Nulla sunt bona cetera, q; Dei
oculis testimonio castitatis nō approban. Thomas quoq; hic scribit: Homo p; peccati
luxuria videat à Deo recedere. Accedit enī ad Dei per actus p; pñales, q; maxime impeditius
per delectationē Venerea. [q; & hæreditatē] i. quā hæreditati possessionē haberet in me somnis
potēs de excelsis]. Deus akitissimus, habitās in supernis ac cælestib; ciuib; iuxta illud Deu-
tero. 33. Ascensor celi Deus rectissimus, habitaculū eius sursum, & subter brachia sempiter-
na. Præterea, iuxta Thomā, qnq; cōtingit, q; luxuriosi ad horā deo spiritualiter cogitant,
sed mox p; delectatione concupiscentia revocant ad imam. Ideo Deus in eis hæreditatē, i.
firmā & stabile possessionē nō habet. Vnde oportet vt hæreditas Dei sit in his, qui sublimia
& spiritualia appetūntō in his, qui ad carnalia corrūnt ac dēscēdunt. Itaq; elecī & virtuosi
Esaia 19. sunt pprie hæreditas Dei, q; p; Esaia testat: Hæreditas mea Israel. Deut. q; 32, afferit: Jacob fu-
niculus hæreditatis eius. Et Esther 13. Miserere dñe sorti tua & funiculo hæreditatis tuae. De-
nig non solum virtuosi sunt pars & hæreditas Dei, sed etiā ipse est pars hæreditatis illorum.
Illi nanq; dicunt pars & hæreditas eius, quia p; ceteris eos elegit, assumptis, ac possidet per
dona gratiā, q; cōtulit eis. Ipse vero est pars & hæreditas ipso, quia p; dona grā ab ipso
suscepta, p; cunctis querunt, amāt & possidēt eum. Vnde Threno. 5. dicit: Pars mea domi-
nus, dixit anima mea, propria expectabo eum. Et Psal. 15. Dominus pars hæreditatis mea.
Postremo, hęc est dignissima atq; purissima ratio caudē peccata, ex sincera charitate pro-
cedens, ne scilicet p; peccatum Deus amittat, & ab eo mens separat. Ideo lob tanq; vir p;fectus
i. Cor. 6. Apostoli, protestat: Qui fornicatur, in p;prium corpus peccat. Et rursus: Neq; fornicato-
res neq; adulteri regnum Dei possidebunt. Itemq; Tollens membrum Christi, faciā memo-
Ibidem. brum metriticis: Siquidē virtuosus & castus, membrum est Christi; virtuosus vero & luxuri-
Gregori. sus, membrum est metriticis, immo & dāmonis, qui caput est vniuerso, malorum, secundum
Gregorium. Vnde & consequēt̄ lob offēdit dama, quā homo per p;fatum incurrit pec-
catum. Nunquid non pditio est iniquo? quasi dicat, vt q; luxurioso debet & inest pditio.
Multiplicem enī per luxuriā incurrit perditionē: quia nunc perdit charis māta gratiā, de-
inde felicitatē æternā insup in presenti incurrit periculum p;sonæ & rerum, deinceps æter-
na m acquirit damnationem. Etenim impura huius peccati voluntas, quo maior ac turpior
est, eo plus mente excēdat, in consideratā p; efficit, ita vt p; actū delectationis, istius tot
se periculis ingerat. Propter quod Proverb. 7. Salomon de incontinenti iuene scribit: Se-
quitur eam (scilicet fornicariam) quasi bos duxit ad vñclimam, & nescit quia de periculo
animæ eius agitur. Hinc Ecclesiastici 19. habet̄ Vinum & mulieres apostatae faciunt etiam
sapiētes. Et ibidē: Qui se jungit fornicariis, erit nequam. Et Oseaz 4. ait: Fornicatio & vinum
& ebrietas auferunt cor. Talibus ait & Amos 6. Va qui lasciuissis in stratis vestris. [q; & aliena-
tiō operātibus* iniquitatem] i. iniustis & fornicatoribus inest auerſio mentis à Deo, &
cessus à bonis operibus: quoniam delectatio vitiosa incensa, animis forfiter trahit ad mala, re-
trahitq; à bonis. Inest etiam eis alienatio ab vñstrationis, quā in actu huius peccati totaliter
abforhet, immo & peccat hoc ad quandā insani amoreq; eros pertrahit cor stultorum,
ita vt instar phreneticorum alienationē quandā videantē incurrere, qbus cōpetit illud Oseaz 4.
Gregori. Spūs fornicationis decepit eos. Circa hunc locū multa vtilia scribit S. Gregorius, inter cōte-
ra dicens: Festina confolatio bonorum, est consideratus finis malorum. Dum enī boni ex interitu
prauorum mala conspiciunt quā evadunt, leue existimāt quicquid aduersi in vita hac patian-
tur. In suis voluptatibus relaxat iniustus, qm̄ tāto plus cōtempit bona suppetū, quātū am-
plius

plus ei denegant æterna. Insup causam, cur peccatum istud & alia vitauerit, aliam introdu-
cit, quia videlicet Deus iudex omnia intuetur & pensat. [Nonne ipse cōsiderat vias meas?] i.
opez meoz processus, [& omnes gressus meos dinumerat?] i. etiā minimas meas actiones
in cogitando, optando, loquendo distinguissime ppendit ad iudicandum ac remunerandum.
Hinc supra ait: Observasti oēs semitas meas, & vestigia pedum meoz cōsiderasti. Et rursus
superius dixit: Tu qd gressus meos dinumerasti. Vñ magna nobis indicata est ratio bene agē
di, quoniam ante oculos iudicis omnipotēs cuncta cernentia omnia operamur. Ideo fatetur
Psal. 113. Seruari mandata tua & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.
Divinæ igit maiestatis p̄ficiā, æterna sapientia intuitum iugiter consideremus & veneremus,
nec humanū intuitu amplius q; diuinū reueremur: alioqui Dei dignitatis immensa
parcipidimus nimis, & stulti atq; vilissimi cōprobamur. [Si ambulaui in vanitate] i. si leuitatibus,
falſitatibus, iocis, ludis seu risibus sui intētus. Hæc enī ad vanitatem pertinent, tanq;ā
soliditate virtutis ac veritatis carentia, [& festinavit in dolo p; meus] corporalis seu spiritalis,
puta affectus, si aliquid per fraudē executi, p;perauit. & mala hæc in luxuriose p;cipue vi-
gent, qui per p;fata vanitates querunt ad dehideratē pertingit voluptate, atq; ad hoc frau-
duleñis multis vtūni. [Appendat me in statera iusta] i. in æquitate sui iudicij, per quā omnia
recte mēsurat ac p;oderat, iusleq; iudicat. Vnde dixit lob 9, Vtinā appendereētur peccata mea
quibus iram merui, & calamitas quā patior, in statera. Vbi de significatione huius statera di-
ctum est plenius. Porro in his atq; sequētibus huius capituli verbis, vt̄ lob iuramēto ex-
cationis, quo iurā obligat se ad poenā, si quod dicit, verum nō est, quo & Apostolus vt̄ est
Ego, inquit, Dei testē inuoco in animā meā, [& scit Deus] i. se scire monstrabit, & alios sci-
re faciet, per approbationē scit. [Simplicitatem meam] que duplicitati calliditatis & si-
mulationis seu fraudia opponitur, & q; sibi soli intentus sum. De simplicitate autem lob, in
expositione primi capituli diffuse tractatum est. His verbis beati lob de vanitate & fraude
excusat se, p;fertim prout inter peccata mortaliū computant, cuius gravitatem, synceritatem &
simplicitē imitari debemus, illud Tobia 5. intuentes: Nunquā cum ludētibus miscevi me,
neq; cum his qui in vanitate ambulāt, participē me prabui. Et quod Esa. 32, afferit: Fraudu-
lenti vafa pessima sunt. Itemq; in Psal. 5. Virum sanguinū & dolosum abominabit̄ dñs. Et Sa-
pietia 1. Senite de dño in honestate, & in simplicitate cordis querite illum. Spiritus enī san-
ctus disciplinæ effugiet sicutum, & auferet se à cogitationibus que sunt sine intellectu. Si de-
clinavit gressus meus] i. operatio mea (de via) i. de iustione legis diuina, & de regia via quæ
ducit ad vitam, hoc est, opa mea direxi secundum legis diuina p;cepta, iuxta illud Ieremias 6.
Interrogat̄ quā sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus vestris.
[Et si secutus est oculus meus cor meū] i. si oculo exteriori incaute concupiscentiē, adspe-
xi, quod corde concepi sen cogitau. Interdum etiā oriuntur in mente cogitationes illicitæ
per subreptionē, quod etiā homo vitare non valēt sed tunc cohibēdus est oculus corporalis,
ne illud inordinate aut appetēter adspiciat, quod menti se ingerit. Hinc ait Gregorius: Que
admodum sape tentatio per oculos trahit, sic nonnunq; concepta interius, facit sibi ex-
trinsecus oculos deserire. Hoc ergo & nos cū sancto lob vitare curemus, nec exhibeamus
membra nostra arma iniquitatis peccato. [Et si in manibus meis adhafit macula] id est, ad
opus iniquum manū extendi, vel impudice aliquam tetigi, aut aliena diripui. [Seram, &
alius metat] i. fructus meos alij rapiant, vt sicut feci alij, fiat mihi. [& progenies mea eradi-
cerur] i. foiboles mea seu propinq;as destruunt. Solent enim aliqui aliorum bona auferre,
vt filios suos ditent, iuxta illud Nahum 2. Leo cepit fidam sufficiēter catulis suis. Si dece-
ptum est cor meum super muliere] i. ratio mea concupiscentia succubuit & consensit, sic q; p;
passione decepta, alterius conjugem concupivit cōtraria quod Proverbio 5. inducit viri. Quia
seduxeris fili mi ab aliena, & fouteris in sinu alterius] (& si ad ossium amici mei insidiatus
sum) frauduleret & callide emitēdo, quomodo vxorem eius cognoscere. [Scorūm sic al-
teri vxor mea] i. publice prostitutur, & super illam incurrit alij eam per adulterium
cognoscend, vt poena correspōdeat culpa, & illud compleatur in me. Per qua quis pec-
cat, per hæc & punitur. Vnde David regi, cum vxorem Vrā cognouisset, loquutus est De-
us: Ecce ego tollam vxores tuas, & dabo eas proximo tuo, & dormiet cum eis. Sed cum adul-
teriū & profitatio formidat maritata, sit tam grande peccatum, quomodo licuit sancto lob
id optare ab alij fieri, si ipse hoc faceret. Et respondēdum, q; desiderauit hoc in tali casu, nō
in quantum profitatio talis haber rationem culpa, sed poena. [Hoc enim] scilicet adulteriū
[nfas est,] impium & prorsus illūcū, quia contra diuinum p;ceptum. [& iniquitas
maxima] quia inter peccata quā sunt in proximū, est vnum de maximis, iāmo posse hos
mucidium ab aliquibus grauissimum dicitur. Vnde & Thomas ait: Quanto maius bonum
alicui per peccatum auferunt, seu maius no cum entum inferunt, tanto peccatum illud est gra-
uius: qui autem alkerius coniugem violat, maximū quid & charissimū bonum eius subtra-
hit. * sciat 2. Cor. 1.

huc ei, videlicet coniugem, quæ est vna caro cum viro auctor quoq; certitudinem prolis, & frequenter totam patrimonij viri successionem, quæ per adulterium ad extraeum venit. Deniq; cōiugati sibi nūc fidem seu perpetuam fidelitatem promittunt, q; scilicet altero viuente, non erit cum alia quadam persona commixtio. Idcirco in adulterio est fratio voti, quæ à multis doctoribus ponitur maius peccatum q; perjurium. In adulterio quoque est furtum, quia possessori res suaj; marito coniux sua occulte aufertur, quantum ad vium & tempus, iterum adulterium maxime est contra charitatem fraternalm seu proximi. Adulterio nancj inuitissime haberet, q; quis suam cōiugem violaret, quam vel haberet, vel si haberet. Tantum ergo scelus prorsus cauedum est, & ei grauissima debetur dānatio. Quidam quoq; prauissimi atq; fultissimi sunt, qui tam faciliter & frequenter viroq; coniuges appetunt, ita terdum etiā in loco sacro & in diuino officio, soloq; cogitat ac desiderio in tantâ se impietatem precipitant, in quibus nihil divini timoris est, niq; reverentia ad Deum in meū. Signis est adulterium, ppter etiū libidinis & per similitudinem operis, sicut subiungitur utiq; ad consumptionem deo rā. i. adulterat̄ spiritualiter destruens, ita q; omnem virtutem & gratiæ perdit, dānationem incurrit, sēpe etiā facultates suas consumit, & vt dictum est, per adulterium patrimonium alterius ad impertinentem hāredem devolutum, iuxta ille luc. Ecclesiastici 23. Omnis mulier relinques virum suum, peccat, statuens hāredem vel ha-
reditatem ex alieno matrimonio. De igna quoq; adulterij Oseas dicit: Omnes adulterantes

Ose. 6. quali clibanus succensus à coquente. & omnia eradicās genimina] i. germina auferens vniuersa, quia (vt dictum est) certitudinem prolis tollit, & successionem facit incertam, fructum quoq; virtutis & gratiæ prorsus extirpat, iuxta illud Proverbiog; 6. Nunquid potest homo abscondere ignem in finu suo, vt vestimenta illius non ardeant? Sic qui ingreditur ad vxorem proximi sui, non erit mundus cum terigerit eā. [Si] pro non [contempti] iudicium subire] i. turi & iudici me subdere [cum seruo meo & ancilla mea, cū disceptarē] i. in iudicio cōtentarent aduersum me, de subtrahendis mercedis vel oppressione laboris, quemadmodū Genes 32. Iacob ait ad Laban: Mutasti mercedem meam decem vicibus. Ex his patet magna humilitas sancti Iob, & q; nulli iniuriam fecit, nec avaritiam deditus fuit, & hoc fecit intuus diuini iudicij, propter quod subdit: [Quid enim facerē?] nisi prædicto modo me habuisse, tuum surrexerit ad iudicādū Deus] i. potestatem & æquitatem suā exhibuerit circa me, ad iudicādū me, & ad retribuendum mihi quod merui? quasi diceret, tunc effugere non valerem, nec ab eo salvarer, & cum quiesceret] i. rationem à me exegerit, & quid respondebo illic] id est, respondere non potero, si predicta bona omisero, sed dānabilis inuenier. Grauissimum etenim scelus est, mercenarios & famulos atq; ancillas opprimere, aut debita mercede priuare. Propter quod Deuteronomij 4. habetur: Non negabis mercedem pauperi, ne clauset contra te ad dominum, & reputetur tibi in peccatum. Et Ecclesiastici 34. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt, itaq; panis egentium, vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. Et Iaco. 5. Ecce merces operariorum vestrorum quæ fraudata est à vobis, clamati & clamor eorum in aures domini Sabaorth introiuit. Deniq; q; ita habere se debuit, ostendit ex parilitate conditionis: Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est? quasi dicat, Idem Deus meam & servi mei animam creavit, & corpori adhuc in vtero existenti infudit, atq; ibidem nostra corpora organizauit. [& formauit me in vlna vnu] i. per vulnus conceptum ab eodem Deo sumus formati, sicut superius ait ad Deum: Nonne scut lac multisti me? Ideo similes sumus & æquales in natura specifica. Vnde vnu super aliū extolli non debet, quemadmodū Malachij 2. inducit. Nunquid non pater vnu oīs nostrū? nunquid non Deus vnu creauit nos? quare ergo despicit vnu quicq; fratrem suum, violans pactum patrum nostrorum? Hinc scriptum est Sapientia 6. Pusillum & magnum Deus fecit, & æqualiter ei cura est de omnibus. Ad hanc coniunctionem humilitatis induciuum, hortatur Apostolus præsidentes, dicentes: Es vos domini eadem facite illis, videlicet seruis, remittentes minas, scientes quia & illorum & uester dominus est in celis. Cui igitur quidam propriæ conditionis & fragilitatis oblii, alios adsperrantur ita, vt eos alloqui aut adspicere vix dignerint, non attendentes q; sola propria sua superbia faciat eos cunctis bestijs coram Deo contemptibiles. Immo quanto maiora & plura à Deo bñficia sunt fortiori, tanto plus humiliari Deo q; regnari ac (subi)ei, atq; ipsius districturn iudicium formidare deberent. [Si] pro non negavi quod volbāt voluntate rationabili, paupibus, id est, quicq; rationabiliter à me petierunt, eis donavi.

Matth. 9. Ecc. 4. Tobi. 4. De qua voluntate rationabili, intelligendum est, quod in Euangeli loquitur Christus: Quacunq; vultis vt faciant vobis homines, facite eis. Hinc Ecclesiasticus docet: Fili, elemo synam pauperis ne defrades, & oculos tuos ne transfertas à paupere. Tobiasq; dicit: Noli auertere facie tuam ab ello paupere, quomodo potueris, ita esto misericors, & oculos viduus expectare feci, ita viduis à me consilium, auxilium, eleemosynam & petentibus, mox subues-

nire non distuli, ne tristaret, aut me differente verecundatæ abirent. Ideo Proverbiorum 3. habet: Non dicas amico tuo, vade & reuertere, cras dabo tibi, cum statim dare possis. Et Ecclasiastici 4. Cor inopis ne afflixeris, & ne p̄trahas donum angustianti. Vnde recte ait Apóstolus 2, ad Corinth. 9. Hilarem datorem diliget Deus, [si] comedи buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea] i. pupillos ac indigētes habui commensales, vel de p̄prijs meis cibarijs manducantes: quia quæ mihi paraui, eis communicaui. Porro buccella dicitur, quia intra cellam buccas continetur, q; quam hic omne alimentum exprimitur. Hinc Esaias mo-
net: Egredi, inquit, vagosq; induc in domum tuam, t̄ quia ab infantia mea crevit meū miserationis] i. quantum ætate & corporis quātitate, tātum in misericordia actibus interioribus exterioribusq; pfeci, me in illis quotidie exercitando. In bonis tempe vt ætas corporis, ita & ætas crescit virtutis. In malis crescit ætate, innocētia decessit, secundum Gregorium. Et de vtero matris meæ egressa est mecum.] p̄ aptitudinē quandam, ita q; ex speciali dono authoris naturæ naturali complexione & inclinatione, pronus fui ad opa pietatis, secundum quod aliqui sunt naturaliter bona indolis, & secundum diuersitatem complexionum dispositionisq; naturalis sive ingenitæ, quidam inclinantur ad hanc virtutē, alioq; ad aliam, aliqui quoq; ex naturali dispositione proni sunt ad aliqua vitia, ad quod illud in Psalmo po-
test apari. Alienati sunt peccatores à vilia, errauerunt ab vtero. His demum verbis Deo, non libip; lob misericordiam suam ascribit. Iuuenes itaq; naturali inclinationem sibi ad virtutes insitam, p̄ vicia non corrumpāt: sed ea bene vtatur, & laudabilibus studijs eā perficiant, accueint & portent. Immo quo aliquis melioris est indolis, eo ceteris paribus ad vitam virtuosam plus obligatur, graviusq; dānatur, nisi donis Dei bene vtatur. Etenim Christo testante: Cui plus datum est, plus requiretur ab eo. [Si] pro non [despxi] iudicium subire] i. quilibet viatorem seu peregrinantem aut mendicantem, leo q; non habuerit indumentum, & absq; operimento pauperem,] i. pauperem nudum non spreui, iuxta illud Esaiæ 58. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despixeris, [Si] non benedixerunt mihi latera eius] i. ipse mihi gratias egit & bona imprecatus est, eo q; latera eius vestiui. & de velleribus ouium mearum calefactus est, i. tunicas pelliceas talibus dedi, quibus calefacta est caro eorum. His verbis redarguntur qui pannosos despiciunt, cum tamen Deus sit hono-
randus in paupere, contra quos terribiliter loquitur Iacobus in sua Canonica: Si introierit, Iaco. 2. inquietus, vir in veste candida, & pauper in sordido habitu, & intendatis in eum qui indutus est veste præclarā, ita vt dicatis ei, tu sede hic bene pauperi autem dicatis, tu sia illuc, aut sede sub scabello pedum meorum, nonne facti estis iudicē cogitationum iniquarum? nonne Deus uel elegit pauperes in hoc mundo? vos autem in honoraisti pauperes. Hinc Proverbiog; 17. scriptum est: Qui despicit pauperem, exprobret factori eius, quo contra de compatiente Sa-
lomon ait: Feneratur domino qui miseretur pauperis, & viciſſitudinem reddet ei. Itaq; ve-
stiendi sint nudi. Nam & Christus dicturum se phibet in die iudicij: Nudus fui, & non co-
operatus es me. In Luca ait quoq; Iohannes Baptista: Qui habet duas tunicas, det non habeti. Lucæ 3.
[Si] leuani sup pupillum matum meā] i. pupillo seu aliis inferiores & impotentiore, quos impune lacerare potui, nequaquam p̄ potentiam oppressi, nec molestavi, etiam cum videbam me in porta] i. in loco iudicij, quod solebat dari in vrbium portis, vt dictum est, [superiore] id est, potentiorem. Vel sensus est, Cum in causa iustitiae prior essem, iustumq; habeberem contra inferiores querelam, non dare aut totaliter ab illis exegi, quod iuste exigere potui, sed cle-
menter pepercī. [Humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis osibus conseruatur] i. membra hæc mea quibus abusus sum, dissipetur. Siquidem iustum est vt ho-
mo membris privetur, quibus ad iniustitiam vitetur. [Semper enim quasi tumentes sup me flu-
ctus Deum timui] i. inde sinēter Deū vehementissime formidauit timore utiq; filiali, velut si vidissem vndas mariis in alcum crescentes, mihiq; imminentes super me cadere& vt metuam
navigantes, dum fluctus marini super nauem elevati, imminent eis. Tunc enim vehemen-
tissime timent, nil carnale eos defectar, nil de temporibus curant, sed vitam solam cupiunt
conseruare. Taliter sanctus Iob timuit Deum & eius in honorationem atq; iudicium, cuius
timorem saltem aliqualiter sequi nitamur, pensantes quantum in scripturis timor iste laude-
tur. Salomon itaq; Proverbiorum 28. ait: Beatus homo qui semper est pauidus. Et rursus 25.
In timore domini cito tota die, quia habebis spem in nouissimo. Itemq; Proverbiorum 15.
Per timorem domini de clinat vnuquisq; à malo. De hoc timore in Ecclesiastico multa scri-
buntur, videlicet: Timenti Deum bene erit in extremis, & in die defunctionis benediceatur. Ecc. 1. 23.
Et, Qui sine timore est, non potest iustificari. Nihil melius, quam timere Deum. Timor do-
mini sicut paradisus benedictionis. Et, Si non in timore domini tenueris te instanter, cito
subuerte f̄domus tua. Timor dñi, coronaq; iustitiae est. Sapiens in omnibus metuit. Porro qui
ita vt lob Deum formidat, sapit quod scriptum est Ecclesiastici 34. Qui timet Deum, nihil
exultationis tenebit. Ideo loquii Christus: Eum timete qui potestate habet corpus & animam per-
Mat. 10. dere

dere in gehennam, [& pondus eius] i. maiestatem Dei [ferre non potui.] nisi misericordia ter ageret mecum. Ideo alii sui misericors, & nisi Deo me per timorem humiliter inclinarem. Ideo quasi tumetes super me fluctus timui Deum. Pondus quoq[ue] Dei ferre non possumus, quoniam magnitudine sua & perfectione sua imminens infinitate excedit & superat nos, nec ad eius contemplationem sufficiamus. In eius etiam dilectione & gusto deficitus, iuxta illud Psal.72. Quia inflatum est cor meum & renes mei commutati sunt, & ego ad nihilum redactus sum. Defecit caro mea & cor meum, itemq[ue] Psal.118. Defecit in salutare tuum anima mea. Quoniam ergo timor Dei retrahit a peccato, Deum iugiter timeamus, q[ue] terribilia sunt eius iudicia, q[ue] intolerabilia qua infligunt inferni supplicia, perpendentesq[ue] item malum sit eum offendere, cum amittere, ab eo & eternaliter separari. Sicq[ue] illud Esaie octaua implore conetur: Dominū exercituum sanctificans. Ipse pauper vester, & ipse terror vester. Et quod ait Apostolus ad Philip.2. Cum metu & timore ac tremore vestram operamini salutem. Hinc monet Psalmista: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. [Si] pro non [putau] aug[usti] robur meū i. in auro fortitudine mea non posui, sed in Deo. A preciosiori autem metallo (secundum Albertum) omnes designat diuitias, quia secundum Philosopham s. Ethicorum, Omnia hoc menatur metallo, in quo multi robur suum constituit, in quantum est fidei suorū necessitatis futura, & premium redimens ab eadem. Iob autem in creatore robur suum constituit, iuxta illud Psal.72. Mihi autem adhætere Deo bonum est. Et iterum Psal.17. Diligam te domine fortitudo mea, itemq[ue] 58. Fortitudinem meam ad te custodiā. Hinc Ecclesiastici 31. Scriptū est: Qui diligit aurum, non iustificatur. Et rursus: Beatus diuīs qui post aurū non abat. & obrizo dixi, fiducia mea es i. in auro rudi, videlicet in sua puritate manenti, qd̄ preciosissimum est iuxta phabitam eo, inquit, spem meā nō collocaui, sed in Deo beatitudinis meā, quemadmodum ait Apostolus 1. Timoth.6. Diuitibus huius seculi præcipere, non altum sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo. [Si] igit̄ sum sup̄ diuitijs meis multisq[ue] i. inordinate de eis gloriatus non sum, quia nec eas immoderanter amavi, nec in eis confitus sum, sed ordinate v̄sus sum eis, tanq[ue] instrumētis & medijs ad beatitudinem veram. Scriptum est enim Ecclesiastici 10. Nihil iniquius q[ue] amare pecuniam, hac enim animā suā habet venalem. Et Psal.51. Sup̄ eum (s. impium & auarum) ridebās inīti, & dicēs: Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum. De huiusmodi diuite, terrena calestibus, creaturam creatori præse-Matt.19. rente, ait in Euangelio Christus: Possibilis est camelum per foramen acus trahere, q[ue] diuite intrare in regnum celorum. [& quia plurima reperit manus meā] i. de hoc quod multa posse, sed, inordinate igit̄ status nō sum, nec in illis sup̄flue occupor, implens illud Psalmographi: Diuitiae se afflant, nolite cor apponere. Itaq[ue] in affectu & v̄su diuitiarum inordinatus nō fuit. Cum enim corporalia bona ad spiritualia finaliter ordinetur, intantū possunt ordinare quicq[ue] ac diligi, in quantum necessaria vel utilia sunt ad spiritualia bona acquirēda, atq[ue] ad sustentaculum vita, quatenus Deus ultimata possideatur. Hinc fertur: Qui confidit in diuitiis suis, corruet. [Si] pro non [vidi] solem cum fulgeret] hominibus non interpositis nubibus [& lumen incidentem clare, & latitum est in abscondito cor meum] id est, intus latitatus sum in his creaturis latitia fruitionis, quasi in dñs & cultu latitia dignis. [& osculatus sum manum meā ore meo] in honorem Solis & Lunæ, quasi eorum cultui devote intentus, que res, scilicet de osculatio manus huiusmodi, & abscondita perfructiōis creatura latitia, seu lumenarium celi cultura, est iniq[ue]itas maxima,] cum sit idolatria & supersticio vitiosa, qua creaturæ impenditur quod soli creator debetur, [& negatio contra Deum altissimum.] Adoratio namque & fruitiā latitia ac latitia cultus, soli altissimo Deo debentur; quia cum creaturis exhibentur, ipso facto Deus altissimus denegatur. His verbis defatur se luminaria celi non adorasse, nec idololatram extitisse. Suis enim temporibus gentiles communiter luminaria celi & stellas tanquam deos colebant, quorum insaniam frequenter imitabātur ludāei, vt patet in libris Regum. Porro quidam idololatraz solem colebant, vt ducem fortunam in potentiam, famam & gloriam: lunā vero, vt ducem in sanitatem & prosperitatem terrae, sicut in Ieremias habetur, q[ue] mulieres Iudaæoz placentas fecerunt reginæ celi, videlicet lunæ, contra quod scriptum est in Deuteronomio: Ne oculis elevatis ad cælum vides solem & lunam & omnia astra celi, & errore deceptus adores ea, & colas que creavit dñs Deus in ministeriis cunctis gentibus que sub cælo sunt. Vnde Ieremias loquitur: A signis celi, inquietis, nolite metuere, quæ timet ḡtes, q[ue] leges populoz vana sunt. [Si] gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat] id est, de aduersitate seu morte hostium meorum nō exultavi, quia eos non odi. Immo personas dilexi, peccata odiui, ideo naturæ cōdolui, & exultavi, q[ue] inueniens et cum ma-lum, id est, de hoc gloriatus non sum, q[ue] malum culpa seu p̄cœnæ incurrit. Immo putius do-lui inde, quemadmodum David Saulē deplanxit. In hoc ostenditur Iob fuisse vir Euangelicus con-

conuersationis, implens quod precipit Christus: Diligite inimicos vestros, benefacite his q[ue] oderant vos. Hinc Prover.17. dicit: Qui in ruina latet alterius, non erit impunitus. Rursumq[ue] Prover.24. Salomon docet: Ne dicas, quomodo fecit mihi, sic faciam ei. cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina illius ne exultet cor tuum. Hoc est quod ait Ap̄lus Rom. 12. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Vnde fatetur Psal.7. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidā merito ab inimicis meis inanis. Eccl. quoq[ue] 28. optime dicit: Menemto nouissimorum tuorum, & define inimicari, & ne iras caris proximo tuo, & abstine te à li-te. Sed & Leuit.19. Moes ait: Non queras v̄tionem, nec memor eris iniurie ciuium tuorum. Porro quod ait lex, odio habebis inimicum tuum, intelligendum est quantum ad culpam, non quo ad naturam illius. [Non enim dedi ad peccatum guttur meum.] per guttur impia verba non protuli, optādo infortunia inimici, ideo subditur: vt expeterem] i. malum exigere seu rogarem, maledicens animam eius] i. mala imprecans animaz aduersarij mei, immo & correctionem & salutem eius veraciter concupiui. [Si non dixerunt] i. immo loqui sunt vi-ri tabernaculi mei] i. domestici mei, [Quis det, de carnisbus eius vt saturerunt?] Hoc Gregorius & Albertus exponunt, q[ue] viri illi inimici oderant ipsum lob propter suam iustitiam, & q[ue] redarguit culpas eorum, q[ue] de carnisbus eius seu mollioribus quæ habuit, saturari optabant, i. de eius aduersariis refici, vel de eius morte lētari, & tñ hos patienter sustinuit. Thomas vero exponit opposito sensu, q[ue] conuersatio & præsentia S. Iob fuit suis domesticis tam grata & placita, q[ue] dixerunt, quis det de carnisbus eius] i. quis det vt carne prædens sit nobis dñs no-ster Iob, vt saturerunt] i. ad libitū cum intueamur, & expositio ista rationabilior mihi videatur. Non enim appetit q[ue] viri mansuetudinis, simplicitatis ac innocentie domesticis fu-erit oner osus, præsentem quia superioris dixit, quantum eius præsentia ab extraneis appetebatur, & q[ue] audiisse me verba eius audierant. Verunt̄i v̄teriq[ue] expositioni satisfaciendo, dici forsitan posset, q[ue] inter domesticos eius & familiares fuerint quidam peruerbi, quibus propter sua iustitias fuerat odiosus: q[ue] aut plures eoz boni fuerint, certum reor, q[ue] foris non manit peregrinus] i. quemcunq[ue] peregrinum mihi occurrentem, vel ad me venientem, charitatue suscep-i, & in domum meam deduxi, ac bene tractavi. Costum meum viatori patuit, ita q[ue] q[ue] libet viator facilem & securum ad me introitum habuit. sicq[ue] B. Iob, sicut & Abraham, hospitiali-tati liberalissime deditus fuit, sicut & ceteris misericordia actib[us]. Vnde ad Hebr.13. ait Ap̄lus Hospitalitatem nolite obliuisci. Et 1. Pet.4. Hospitalites inicuē sine murmurazione. [Si] abscon-di quasi homo peccatum meum] i. false me excusavi, & culpam meam per hypocritism palli-ai, vel alio modo celavi, q[ue] nō fuit pandenda & confitenda, sicut hoies facere solent ex inordi-nato & stolto timore, in quibus timor Dei non est. [& celavi in sinu] i. in corde] meo iniqui-tatem meas] i. nec peccatum in commissum in proximum, nec iniquitatem in Deum inordi-nate abscondi, sed humiliter fassus sum. Vnde de hoie vitiōso nō cōfitemi, dictū est: Cū dulce fu-lob.10. erit in eis malum, ab[us] condet illud sub lingua sua; parcer illi, & non derelinquet illud, & pro.18. celabit in gutture suo. Hāc virtutem B. Iob imitemur, quia (vt Salomon ait) lustus in principiō accusator est sui. Et Esa.45. hortatur: Dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris, q[ue] expauit ad multitudinem nimirū] i. nullam hoīm turbam quantumliber magnam, inordinato timore sic timui, vt propter eam timore corporalis periculi ab aquitate recederem, aut peccata in-curserem, vt propter malens mori q[ue] Deum offendere. Peccatum enim est fugibilitatis immēta, eo q[ue] Deus sit honorabilitatis amabilitatisq[ue] infinite. Ideo nullo modo debet q[ue] ad p[ro]ficiā induci. Sic & Psal.3. testatur: Non timebo millia populi circumdantis me. Itemq[ue] 26. Dñs illu-minatio mea & salus mea, quem timebo? Si consistant aduersum me casta, non timebit cor meum. Esa. quoq[ue] 5. dicit: Quis tu vt timeas ab homine mortali, & a filio hoīi q[ue] quasi scenum arescit? Propter nullius ergo timorem est Dei timore est recedendum, quemadmodum scri-putum est: Time Deum, præter eum vero ne timueris alienum, & despectio propinquorum terruit me] i. à propinquis & proximis nō ita timui spērni, vt ex hoc viam veritatis & aqui-tatis relinquem. Beati em̄ qui perlectionem patifit propiter iustitiam. Hoc sancti martyres maxime impleuerunt, quibus & Christus ait: Trademini autem à parentibus & fratribus & cognitis & amicis. Sed iam multi sunt qui potius volūt multa illicita operari, q[ue] ab homi-nibus despici, & præsertim q[ue] velint consanguineos suos offendere, aut despici ab eisdem in quibus timor carnalis & secularis præponderat diuino timori. [& non magis tacui,] id est, contumeliosa illorum verba patienter silenterq[ue] passus sum, iuxta illud Psalm.38. Posui ori-meo custodiam, dum consistenter peccator aduersum me. Hinc Prover.19. habetur: Gloria vi-ri, iniqua pratergredi. Et sequenti ibi capitulo: Honor est homini qui separat se à contentio-nibus. Et Ecclesiastic.7. Non hiūges cum homine potente & cum homine lingnaro, q[ue] ege-sius sum ostium] i. ad inuidendum iniuriantes mihi, sicut impetuosi & presumptuose au-daces facere solent, periculis incaute se exponentes. Consequenter Iob videns sibi à mul-tis non credi, sicut contempti, ad diuinum se referit iudicium, sicut & supra aliquoties iam

fecit. [Quis mihi tribuat adiutorem, i. cupio me iuuari, vt veritas pateat, vel auditorem, vt aliqui textus habent, i. qui rationes, quibus veritatem defendeo, aduertat, & vt desiderium meum omnipotens audiat, i. ad effectum perducat declarando per suam sententiam quis verum dicat, ego vel contradictores mei, & librum scribat ipse qui iudicat] i. Deus iustus & infallibilis iudex in scriptis redigi faciat, quicquid boni & mali comisi, ne veritati amplius derogetur, vt in humero portem illum, & circundem illum quasi coronam mihi] i. vbiq; eum circumferam, omnibusq; presentem, quicquid in eo conscriptum extiterit, quatenus oes qualis sim, noscant. Hoc totum ait B. Iob, ad ostendendum securitatem & innocentiam conscientie sua, q;g nil cupiat, nisi vt veritas causa ipsum concermentis, vniuersis pandatur. Vnde Io. an. 3, legitur: Qui facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestetur opera eius, q;a in Deo sunt facta. [Per singulos gradus meos] corporales & spirituales, videlicet pedum ac virtutum membrorum processus & actus, [pronunciabo illum] loquendo & vera esse testando, quae Deus in libro illo cōscripterit, cuius sententia contradicere nolo. [& quasi principi offeram eum] i. huc offeram Deo principi summo, contentus gratumq; habens vt mecum pcedat iuxta ea qua ipse de me in lib. afferuit. Hæc aut̄ literaliter de libro conscientie proprii sumi non valent, q;a ex illo alteri in hac vita veritas non monstratur. **Quis enim scit quid agatur in homine, nisi sp̄s hoīs, iuxta Ap̄lm? [Si aduersum me terra mea clamant, & cum ipsa sulci eius deflet, Terra & sulci eius, materialiter contra possessorem suum clamant & plorant, q;f possessor vitiose se habet circa terram culturam, operarios terræ nimis grauando, aut non debite premiando, ita q; iustum habent rationem clamandi cum fletu aduersus dñm terræ, q; mercede dignam eis non tribuit, quod vitium in B. Iob locum non habuit. Iuxtam istam metaphoram ait Psal. 64. Valles abundabunt frumento, clamabunt, etenim hymnum dicēt. Vnde exppositio subdit: si fructus eius comedì absq; pecunia] i. laboratoribus, qui terræ nascentia aptauerunt ad usum meum atq; meo, metendo, molendo, pñfendo, seu aliter cooperando, debitam pro labore pecuniam solui. [& animâ agricultorum eius affixi] i. iniuriam aliqua irrogando, aut solutionem diu differendo. [pro frumento,] quod seminatum præstolos multiplicatum mihi na sci, oriatur mihi tribulus] i. herba inutilis ac spinosa, [& p hordeo spina.] Iustum est emi vt qui aliena retinet, propria perdat. Et verbum istud alludit ei, quod in Genesi dictum est homini: Cum operatus fueris terram, non dabit tibi fructus suos, sed spinas & tribulos germinabit tibi. Præterea spiritualiter terra contra dñm suum clamat, dum subdit contra platum aut principem suum iuste conquerunt, quia debitum platura & sacerdotiae eis non exhibet. Sulci vero terra, sunt hoīes virtuosi virtutibus culti, q; iuxta Iohelem corda sciderunt pœnitentia vomere, q; superiori negligentiâ iniustitiamq; deplorant, immo & boni communis atq; animaq; deflent pericula & iacturam. Talis aut̄ lob non fuit. Porro fructus terra absq; pecunia edere, est de bonis ecclesiæ sustentari: nec tñ pñdicationis talenti subditis imparit, sed debitum offici nō implore, q; dñ impiū sit, quis non aduertat. Animâ demum agricultor, terra affligere, est vicarios substitutosq; principes seu platos iniuste vexare. Postremo, q;d ait, pro frumento oriatur mihi tribulus, ita spñalizatur si præfacta mala commisi, pro bonis gloria que iustis donantur, mala mihi damnationis pro mercede prætentur.**

Elucidatio cap. 32. Omiserunt autem viri isti respondere Iob.

Articulus 60.

Tribus amicis beati Iob à sua disputatione & replicatione cessantibus, & assertionibus Thomas Albertus interpres, quartus disputator insurgit, videlicet Elihu, qui (secundum Thomam) acutioribus rationibus vtitur contra lob, quam priores, magisq; ad veritatem accedit. Vnde nec lob ei responderet, quanuis in aliquo à veritate declinet, & verba lob sinistre interpretetur. Quomodo autem intelligendum sit dictum hoc Thomas, ex dictis Alberti patet, dicentes: Sententia tres præmissæ, antiquiores dicuntur quia ex communibus sunt & generalibus, quæ in inuentione scientiarum & artium prima fuerunt, secundum philosophum in fine Elenchorum, quæ communia posteriores coarctauerunt atq; auxerunt, & ad propositum determinauerunt. Talia autem communia fuerunt, quæ dixerunt tres viri & quoniam Elihu iste determinat & coaptat talia communia principia ad propositum, magisq; arguit ex particularibus, quod fuit secundum philosophum studium posteriorum, idcirco sententia ista dicitur iunior atq; posterior. Non emi alia dicit q; primi tres sed quia priorum studia coarctauit, & per adiuncta multiplicauit, & ex his probabilius arguit, hinc sententia eius iunior perhibetur, quam diuinitus accepisse se afferit. In rhetorica q; ppe disputationibus, quæ (secundum Boethiū) sunt inuoluta adjunctis, prima & ghaliora principia frequenter sunt falsa particularia aut & coarctata, efficaciora sunt ad plaudendum, quæ tamen Gregori posteriora sunt secundum artis inuentionem. Præterea secundum Gregorium, verba Elihu tanto grauiori circumspectione pensanda sunt, quanto per inuentus audaciam seruentio-spiritu proferuntur. Postremo, quam sublimia sunt quæ dicit, constat ex eo quod domi-

batur sibi sequi ex verbis Job. Consequens quippe in antecedente quodammodo dicitur, sci licet virtualiter atq̄ implicite. & violenta sagitta mea] i. pœna mihi à Deo inflicta, non per iustitiam, sed per violentiam seu tyranidem Dei mihi inflicta est. Hoc rursus Job non dixit directe, immo nec æquivalenter. Elihu tñ hoc sibi imponit, quia supra Job locutus est Deo; Job. 30. Sto, & non respici me; mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tua aduersaris mihi, quod quomodo intelligendum sit, in superiorib; iam patuit. Iterum ait Job 19. Irratus est cōtra me furor dñi, & sic me habuit quasi hostem suum. Abeḡ villo peccato, i. nullam habui culpam, ut pateretur ista. Verum est qđ lob testat] est se abscq̄ peccato suo esse percussum. Nam dixit Job 17. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. tñ non dixit se absoluere esse abscq̄ omni peccato, imo oppositū fassus est, deprecans Deū. Parce peccatis meis. Vn. 1ob. 14. de dicere voluit, qđ licet aliquoties venialiter peccauit, non tñ tam graviter, vt tanta aduersa meruerit, p̄fertur quia & p̄ venialib; cōtidie satisfecit. Elihu aut̄ sequit eos, qđ alio repetunt sermone, & qđam adiiciunt, qđ impiū est & plurimo origo malorum. Proprius qđ Proverb. 17. scribit: Qui alio sermone repetit, separat fœderatos. Ex p̄inductis præmissis Elihu inferit, loquens ad assistentes: Quis est vir vt est Job, i. nullus inuenit ei similis in malitia, ga sacrificus est & blasphemus, iuxta quem modum 5. Reg. de Achab rege Israel scribit: Igis non fuit 3. Reg. 16. alter talis vt Achab, qđ venundatus est vt faceret malum in conspectu dñi. Qui bibit i. qđ si posculum intra se sumit, [substantiationem] i. peccata subsannatione seu diuini derisionem iudicij, quasi aquam i. abundantia & absq̄ mensura ac freno, tq̄ gradit i. cōuerando cōmunicat, scum operatib; iniquitatem, & ambulat ad infernum] cum viris impijs, ita qđ affectu, verbo & opere eis conformis est. Dicit em̄. Non placebit vir Deo, etiam si cūcurrit cum eo] i. quis feruerit atq̄ alacriter fuerit voluntate Dei sequutus, & obedierit ei. Ire aut̄ cum Deo, est bene agendo et in oibus cōsentire, seu eius voluntati se cōformatre, quemadmodum in Gene. Gen. 5. si legit Enoch ambulasse cum Deo. Qui aut̄ hoc ipsum feruēter peregerit, non solum vadit, sed insup currit cū Deo. Porro h̄ec verba B. Job non dixit, sed Elihu ea illi imponit qđ hinc inde qđam afferuit, ex qbus h̄ec sequi ip̄i Elihu videbant. Sigdem supra ait Job 9. Innocentem & impium ipse (videlicet Deus) consumit. Et iterum Job 9. Si flagellat, occidat semel, & nō de poenit innocentū rideat. Rurisq̄ Job 9. Si lotus fuero qđ aquis niuis, & sulserint velut mundissimæ manus meq; tñ sordib; intinges me. Deniq̄ Job multipliciter pbavit se iustum, sicq̄ cucurritis cum Deo, & tñ dixit ad eum: Arbitraris me inimicū tuū, ex qbus Elihu intu. 1ob. 13. lit, qđ lob dixerit se innocentē, & Deo nihilomin⁹ displicentē. Verum (vt patuit) inducta h̄ec verba lob, non ita fuit intelligenda, vt Elihu interpretat. Ideo viri cordati i. magnanimes, fortes & intelligentes, audite me, ita tales verbos meos capaces sunt, nec alii digni sunt me audire, vt lob vitiis passiōib; busq̄ replet⁹, & ideo incorrigibilis manē. Sic Elihu sensit. Insipientes aut̄ & vitiosi dicunt non habere cor, iuxta illud Hieros. 5. Audi popule multe qđ ha bes cor. Ose, qđ 7. ait Ephraim qđ columba seducta, non habēs cor. Proverb, qđ 11. legitur: Qui despiciat amicum suum, indigēs corde est. In gbus verbis cor, p̄ intellectu seu ratione accipitur. Similiter formidolos dicunt non habere cor, qđ in eis ratio passionis statim succumbit. Absit à Deo impietas inmentis, & ab opotente iniquitas operis, hoc est quod ait Psal. 91. Quid rectus dñs Deus noster, & non est iniquitas in eo. Eterni Deus sublimis & benedictus, naturaliter bonus est, essentialiter sanctus, pure & infinite, substantialiterq̄ pfectus, vniuersa bonitatis atq̄ iustitia mensura, causa & ratio. Opus em̄ hoīs reddet ei] i. se cundum exigentia & meritum actionis seu vita hoīs reddet ei, infligendo aduersa, tribuendo prospera, & iuxta vias singulorum restituit eis] i. secundum affectiones & studia, quis būs bene vel male egerunt. Sed quoniam virtus & vitium, meritum & demeritum, magis in interioribus qđ exterioribus actibus constituantur, ipsumq̄ p̄sumum esse in patria interiori atq̄ elicito actui charitatis correspondet, certum est qđ in verbis Elihu atq̄ similibus scripturæ locis, per opus nō solum exterior operatio designetur, sed quilibet actio hominis, iuxta quem modum Christus loquitur Iudei: Hoc est opus Dei, vt creditis in eum quem mi. Ioan. 6. sit ille. Deniq̄ quis verba h̄ec Elihu vera sint, & multis locis scriptura conformia, tñ secundum sensum quem Elihu hic intendit, non semper veritatem sortiuntur. Ideo nanq̄ h̄ec verba inducit, vt probet qđ Deus non puniat quenquam in vita hac, nisi pro suis peccatis, quod iam supra frequenter patuit fallum. Vere em̄ Deus non condemnabit frustaj, sine ratione idonea, puta peccato, vt Elihu sensit, quod verum est, si ad finalem atq̄ aeternam condemnationem referatur: si vero intelligatur vt Elihu intendebat, qđ Deus neminem in hac vita objicit seu expenit aduersis & plagiis, nisi p̄ suis peccatis, stare non valet. Nec huic verbo secundum quod verum est, obuiat quod supra dñs ait ad Satan: Tu cōmonisti me aduersus eum, vt affligere em̄ cum frusta. Absolute enim loquēdo, Deus nullum frustra affligit. Quomodo tamen Ibid. dicit se frustra S. Job afflixisse, in expositione 2. cap. requiratur, tñc omnipotens subuerit psal. 10. iudicium. Iustus enim dñs & iusticias dilexit, Hinc Baldath differuit: Nungq̄ Deus suppli- Job. 8.

tatiudicium, & omnipotens subuertit quod iustum est? Quem constituit alium super terram? Iudicet est, nullum alium praefecit terra in principem, sed ipse omnium terrenorum prouisor, iudex & dominus est: aut quem posuit super orbem quem fabricatus est? Iudicet est, alium non ordinavit mundi rectorem, sed ipse qui condidit omnia, regit. Sed his obuiare videtur, quod ipsem Christus ex parte naturae assumptæ protestatur: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Hinc secundi doctores, anima Christi prælata & dominans facta est omni creature, humanitatib[us] Christi subiecta sunt omnia. Denique inferiora reguntur per superiora, sicut corpora cœlestia suis motoribus, & terrena seu mixta & elementa ab orbitis, planetis, & stellis. Vnde secundum Philosophum, oportet hunc mundum contiguum esse latiōnē Mat. 28. bus superiorum, vt tota eius virtus inde gubernetur. Immo superiorius dictum est, Terra data est in manus impiorum. Sed omnium horum atq[ue] similiū vna solutio est, q[uod] Deus nullum constituit regem & principem, prouisorem ac iudicem terræ aut orbis alium, q[uod] se tanq[ue] principalem & propria authoritate, voluntate & lege agentem. Sed hoc modo solus Deus p[ro]videt universis. Alij vero quos sibi in quibusdam agendis substituit, sunt ministri ipsius, & velut instrumentales ac secundarii præsidentes, quibus desuper lex certa prefigitur, quam nisi sequantur, Gregorius à summo principe puniuntur. Sic q[uod] intelligenda sunt, quæ hic scribit Gregorius: Per se mundus regit, qui per se hunc condidit. Vnde Elihu verba ista induxit, ad demonstrandum q[uod] mundus bene regatur, nec actus homini iniuste desuper iudi centuriqua oipotens Deus si g[ener]at ipsum regere non neglit, quod creauit, quod bene creauit, vt q[uod] bene regit: & qui neccum facta creauit vt esset, qua iam fecit, non deserit. Hinc non licet ad alium appellare, vt cum Deus sit mensura & regula vniuersæ equitatis ac veritatis, eo ipso quo ipse aliquid agit, seq[ue]rtur q[uod] sit rectum & bonum, iustum & verum. Vnde iudicia Dei aliquā occulta sunt, nūc iniusta. Si direxerit ad eum cor suum, i.e. si homo mentem suam ad Deum conuerterit, seu ad suscep[ti]onem gratiæ eius aptauerit, faciendo quod in se est, iuxta illud Thre. 3. Scrutemur vias nostras & queramus, & reuertamur ad dñm. Item q[uod] Ole. 14. Conuertere ad dñm Deum tuum, q[uod] corruisti in iniuite tua. Prouer. q[uod] 16, scriptum est: Hominis est animum preparare. Et denuo ibi dem[onstratio] Cor hois disponit viam suam, sed Dei est dirigere gressus eius. Sp[iritu] illiusj. mentem seu animam, & flatum j. desiderium, quod statui comparatur, cum sit quædam aspiratio ad desideratum. Vel per flatum designatur anima, quantum ad vires suas inferiores, ad se traheret. Deus gratiæ sibi coniungeret, & per charitatem in se transformabit ac vertet, & quod homo per seipsum non valet, Deus efficiet & cōp[er]ebit. Ideo monet Aplus Hebr. 4. Accedamus cum fiducia ad throni gratia eius. Et Psal. 32. Accedite, inquit, ad eum, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur. Ecce quoq[ue] 2. inducituri: Quis inuocauit illum, & despexit eum? Hinc per Hier. 30. dñs loquitor: Quis est iste qui applicet cor suū, ut appropinqueret mihi? Praeterea curuatus cor, cum appetit imarrectificatur vero, cū ad Deum dirigitur: & quo homo se ad diuinam illuminationem ac inflammationem magis disponit, penitendo, orando, adspirando, seu alijs virtuosis exercitijs se parando, eo Deus eum gratiosus abundatiusq[ue] implebit, illustrabit, accenderet. [Deficit ois caro simu]l i. Deo sp[iritu] hois ad se trahente, caro deficit, & ois carnalis affectio extinguetur, corporaleq[ue] robur debilitatib[us], iuxta illud Psal. 72. Defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei. Quo em anima in diuina plus transformatur ac rapitur, eo parsensiu[m] & corpus in suis actibus amplius remittuntur ac debilitantur. [& homo in cinetem reuertetur] i. cinerem & pulu[m] se esse humiliiter recognoscens, quia quo altius contemplando erigitur, eo propriam infirmacie[bus] clarius intuetur. Denique comparatione diuina potestatis, sp[iritu] hois ad se trahentis, ois virtus humana occumbit & debilitas, ipseq[ue] homo per mortem in cinerem redit. Quemadmodum etiam Eliphaz dixit: Qui habitant domus luteas, consumuntur velut à tinea. Praeterea, quidam exponunt h[ab]ent h[ab]ent aliter: Si direxerit ad eum cor suum, i.e. si Deus ad aliquem voluntatem suam direxerit ad eum destruendum, sp[iritu] illius & flatum ad se trahet, i. ab esse in corpore tollerat, atque deficeret faciet, ita q[uod] caro prorsus corrumptetur, homoq[ue] morietur. Expositio ista videatur incepta, idcirco pertransita. [Si ergo habes intellectum] i. intellectualem capacitatem ad ea quæ dico o lob, audi quod dicitur, & ausculta vocem eloquij mei ja me. In q[uod] verbis clarefecit, q[uod] Elihu rursus à sua superbia tactus sit, & de altitudine eloquentia atq[ue] scientia sua inaniter eleverat. Hinc ait Gregorius: Habent hoc proprium arrogantes, vt cum acutum q[uod] sentiunt, inde mox ad vitium elationis erumpant, sensusq[ue] oim in lui comparatione despiciant, & se in suo iudicio aliorum meritis anteponant, quia dum minora incaute negligunt, ad maiora perniciose prouumpunt. [Nunquid qui non amat iudicium, sanari potest?] Hoc dupliciter potest exponi: Primo, q[uod] qui iudicium discretionis, quo inter bonum & malum, inter verum & falsum discernitur, non diligit, à viuis nō curat. Ialis enim est indiscretus, rōnis iudicio non argescens. Secundo, q[uod] iudicium Dei nō amat, sed reprobatur, in anima nō sanat. Per q[uod] Elihu notat Job, q[uod] nec aia nec corpore possit sanari, q[uod] diuino iudicio se opponat, & informa

mationi humanae acquiescere spernat. Itaq[ue] debet homo recte rationis amare iudicium, examinare & increpare seipsum, alioq[ue] recto iudicio stare, in proprio sensu p[ro]tinax non manere. Et quomodo tu cum qui iustus est scilicet Deus, sicut tantum condemnas, vt dicas eum subuertisse iudicium tuum, teq[ue] mendaciter iudicasse? Quod rursus Elihu erronee imponit beato Job. [Qui dicit regi, apostata] i. impiorum reges Deus vocat apostatas, i. à Deo atq[ue] iustitia apostantes, ita q[uod] Deus potestati aut p[ro]fana non desert contra iustitiam, sed reges desponit, occidit, condemnat, iuxta illud Ecclesiastici 10. Sedes ducum superborum destruxit Deus, [qui vocat duces impiorum] dum impiorum sunt, ita q[uod] Deus neminem timet, nulliq[ue] cedit in derogationem veritatis. Dicit autem Gregorius: Vnuquisq[ue] rex superbus, toties ad cuius p[ro]pam apostasias labitur, quoties p[re]esse hominibus delectatur. Sub quo enim sit, non considerat. Vnde necesse est vt qui alijs p[re]fet, quæ exempla subditis p[re]beat, feliciter attendat, & tantis se sciatis vivere, quantis p[re]fessis. [Qui non accipit personas principum] id est, contra iustitiam eis non desert propter dignitatem principatus eorum. Vnde Numerorum 25. iussit omnes principes Israël suspensi in patibulis. Et Sapietiae 6. habetur: Potentes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior in statu cruciatus. [nec cognovit tyrannum] i. cum non approbavit, nec causam eius iustificavit, [dum disceptaret contra pauperem] id est, iudicio contra eum iuste contendet. Immo Iacob. 3. Iudicium sine misericordia facit his, qui nō faciunt misericordiam, p[re]ferrunt pauperibus. His autem similia & maiora loquutus est Job, dicens: Balteum regum Deus dissoluit, & precingit fune renes eorum: dicit sacerdotes Job 12. inglorios & optimates supplantat. Multaq[ue] alia loquuntur ibi, ex quorum prolixa elucidatio[n]e illuc inducta, ista clarissima patent. [Opus em manu cuius sunt vniuersi] i. creaturae Dei sunt parui & magni, iuxta illud Sapientiae 6. Pusillum & magnum fecit dominus, & æqualiter ei cura est de omnibus. [Subito morietur] i. iusto Dei iudicio repete & improvisus de vita tolletur p[ro]vidēt inq[ue] secundum illud Psal. 72. Quomodo facti sunt in desolatione? Subito defecunt, perierunt propter iniuitatem suam, [Et in media nocte curuabuntur populi] i. diuina virtute humiliabuntur & dehinc eunt, & per transibunt i. de vita ista ad aliam atque ignorantiam regionem transibunt. Poteq[ue] per medium noctem, tempus illud nocturnum intelligi, vel quæcumq[ue] gradiis aduersitas & tempestas, vel ignorancia, ac vitiositas mētis. Hinc Esa. 1. assertit: Incarubitis sublimitas hominū, & humiliabit altitudo virorum. Est autem & curuatio seu curuitas bona, qua quis p[ro]paritate pendens, deprimit semetipsum, humiliat de se sensiti, seq[ue]runt in cunctis sp[iritu]is & vilipectibus. Vnde Baruch 2. inducit: Anima quæ tristis est super magnitudinem mali, & incedit curua, dat gloriā tibi domino. Per Esaia quicq[ue] 60. Deus promittit ecclesiam: Veniet ad te curui filii eorum, qui detrahebāt tibi. [& auferet violentum absq[ue] manu] id est, tyranni & violenti ab aduersariis suis tollerat ac perimetur, quoniam contra tales frequenter excitatur seditio subditorum, vel occulit interficiunt. Ideo subditur: Absq[ue] manu, insidiōse, nō potestat. Grego, vero exponit, q[uod] diuina iudicia auferunt violentū, absq[ue] manu, i. invisiabilitatem, sicut Danielis 8. de Antichristo seu Antiocho scribitur, q[uod] sine manu contere. [Oculi enim eius] scilicet Dei, sunt super vias hominorum i. actus hominum intuentur. [Et omnes gressus eorum considerat. Non sunt tenebrae, & non est umbra mortis] id est, in Deo non sunt tenebrae ignorantiæ aut obliuio, quæ est velut umbra mortis. Similiter nec extra Deum sunt huiusmodi tenebrae, talisve umbra mortis, vt abscondatur ibi i. in eis se per eas, [qui operantur iniuitatem] i. peccatores lateant Deum. Nil enim occultare potest creaturam à creatore. Iste, quia sapientissime dicta sunt, immorādum non reor, Deum omnia intueri, p[ro]fessare & iudicare. Ideo tam frequenter profert scriptura, vt hominibus timore Dei, custodiā cordis, emendationē vitæ inuitiat. Vnde Ecclesiastici 23. legitur: Oculi domini multo lucidiores sole, in omni loco contéplantur bonus & malos. Hieremias quoq[ue] 16. dñs protestatur: Oculi mei sup oīs vias eorum, non sunt absconditæ ab oculis meis. [Neq[ue] enim ultra in hominis potestate est, vt veniat ad eū in iudicium] i. Iam de violento afferuit quod auferetur absq[ue] manu, & causam adiecit, q[uod] oculi Dei sunt sup oīs vias hominū. Ideo pro peccatis debitas penas infligit, quibus verbum iustus subiungit: Neq[ue] enim &c. Vnde ad literam de violento loqui videatur, vel de iniuitate ac reprobo, vt sit sensus: Quod ultra, scilicet postq[ue] de vita sublatus est, & à Deo in suis iniuitatibus deph[er]itus, seu dissipitua sententia condenatus, nō est in eius potestate, vt veniat rursus ad Deum in iudicium disceptationis seu examinationis, q[uod] non amplius ad iudicium istud habet reduci, p[ro]serrit loquendo de particulari iudicio. Gregorius Gregorius, vero exponit de iudicio discretiōis seu p[ro]priæ discussionis, quo homo in vita hac examinatur, iudicatur, seipsum salubriter, atq[ue] p[ro] hoc venit ad Deum, eiusq[ue] gratiā, reprobādo & castigādo seipsum. Post mortē autem nō est in hoīs potestate venire ad Deum in seu p[ro] tale iudicium, q[uod] post mortē non est status merendi. Potest etiā ita exponi, q[uod] ex quo Deus oīm haberet notitiam, hinc post mortē est in hoīs alicuius potestate venire ad Deum in iudicium, q[uod] velit nō sit ad diuinū iudicium trahi, dicente Aplo: Oīs mos manifestari oportet ante tribunal Chri. [Cōteret multos 2. Cor. 5. & ina]

& innumerabiles, & stare faciet alios pro eis*i.e.* i. Deus innumerabiles homines in seculo isto sape occidet ppter eorum peccata, quibus alios succedere faciet; quod etiam spiritualiter saepe occidet iustus iudicio gratia priuat & perire pmittit. Alijs vero in illorū succeden tibus locū vitam naturae & gratiae confert. Hoc est quod supra dixit Job: Qui multiplicat gētes, & pdit eas, & subuersas in integrum restituit. [Non ita enim opa eorum] iuitiosa, notitia simplicis cognitionis, non approbationis, quēadmodum Amos 5, fatetur: Cognoui multa scelerata vestra. & idcirco inducit noctē*i.e.* i. aeternā lucis priuationē, iuxta illud Esa. 26. Tollas impius ne videat gloriā Dei. In p̄senti quoq; nox, hoc est, caligo peccati & ignorantiæ seu priuatione gratiae eis inducit. Vnde ait Apostolus 2. Thessalo. 5. Nō simus noctis neq; tenebrarum, [& conterētur] i. corporaliter morietur, spiritualiterq; peribunt. Hoc loco scribit sanctus Gregorius: Omne peccatum, quod tamē citius penitēdo non tergitur, aut peccatum est & causa peccati, aut peccatum & pena peccati. Peccatum nanq; quod penitēta non diluit, ipso suo pondere mox ad aliud trahit. Vnde fit, vt non solum peccatum sit, sed peccatum & causa peccati. Sed peccatum qd ex peccato oritur, non iā peccatum tñmodo, sed peccatum & pena est peccatum, quia iusto iudicio Deus omnipotens cor peccantis obnubilat, vt pcedentes peccati merito, etiam in alia cadat. Hinc de quibusdam scribit ad Romanos primo Apostolus: Cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Propterea quod tradidit illos Deus in reprobū sensum, ut cōtumelij afficiant corporalia in seipsis. In Psalmo quoq; 68. dicitur Deo: Appone iniquitatē sup iniquitatem eorū. [Quasi] impios percussit eos in loco vidētiū. *i.e.* i. p̄fatos innumerabiles homines malos Deus contriuit atq; plagauit in seculo isto, quod est viuētiū atq; videntium mansio, ita q; coram alijs eos percussit, sicut decuit peccati impios, vel sicut alios infideles sacrilegosq; percussit. Sicq; quasi, notare potest tam similitudinem, q; veritatem. Ideo dēmum p̄cūt Deus iniquos in loco vidētiū seu in cōspectibus alijs, ut illos exemplo alij terreat & emendent. Hinc Albertus als legat Ptolemaium in Almagest. dicentē: Qui ad alios non corrigit, alij corrigen ad ipsum. *i.e.* Qui quasi de industria reseverunt ab eo. *i.e.* à Deo, & à luce iustitiae auerbi sunt mente ex studio atq; p̄posito vitiōso, & peccauerunt non ex infirmitate, vel ignoratiā pura, sed ex habitu prauo, ex certa malitia, ex deliberatiōe iniqua, ex cogitatione quasi industrie vias & media p̄etrādi iniqua quales sunt, q; cōcupiscentias suas cōceptasq; malitias studiose ad effectū p̄ducere molunt, & p̄cepta creatoris sui sc̄iēter transgredunt, atq; in rebus creatis, caducis & vanis, carnalibus seu terrenis finē sibi constituant, amōrē defigunt, delectationē exquirunt, talia summo, immeō, ac incomutabilis bono im p̄sistēme & insipitissime p̄ferentes. De quibus loquitur Hieremias: Sapientes sunt et faciat mala, bene autē facere nesciunt, isti sunt quā latitātū cum male fecerint, quibus competit illud Psalm. 35. Dicit iniustus vt delinqutat in se-mipso, non est timor ante oculos eius, & omnes vias eius intelligere noluerunt, *i.e.* i. diuina p̄cepta, consilia, testimonia, documenta cognoscere contēperunt. Vel si eas nude atq; informitez scierunt, aut scire optarunt ex vanitate ad cōmodū sui, non tñ eas scire voluerunt notitia formata & efficacē, de qua in prima sua epistola ait Ioannes: Qui dicit se nosse Deū, & mādat eius non custodit, mēdax est. Hocq; ignoratiā inexcusabilis est, grauās & affectata, quēadmodū ludaoī, de quibus ait Salvator: Si non venissem & locutus eis fuisset, peccatum non haberēt inūcū aut excusatōne non habet, eius causam subiungens. Viderunt, ingē, & oderunt me & patrē meū gratis. Illorū ergo sequuntur malitia, qui veritatis odiant instruēt. *i.e.* De hac materia dicta sunt plura in superioribus. Vbi etiā verbū iſud ſenitialeiter continet, cum dicit: Qui dixerunt Deo: Recede à nobis, scientiā vias tuaq; nolumus. Sed ocurrat hic dubitatio vna, quā solet quodā mouere, quomodo scilicet aliquis peccet ex certa scientiā arcī malitia, seu ex deliberatiōe, & velut industria, cum tamē ſecundū beatiſimū primcipē theologog diuinum Dionysium, Nullus respicīt ad malum, operetur & iuxta Philosophum, Omnis malus fit ignorans. Secundum quem, etiā obiectum appetitus, est bonum, ita vt malum (secundum quod tale) appeti nequeat. Et respondentum, qd nullus appetit aut efficit malum culpa, inquantum est malum, sed inquantum est apparet bonum, n̄i enim videretur aliquo modo bonum, videlicet ad aliquid vtile & delectabile, nullatenus appetetur, nec fieret. Propterea quod Salomon loquitur: Omnis viri via, recta sibi videtur. Inquantum ergo peccator iudicat aliquo modo bonū, quod vere est malum, errat atq; ignorās vocatur. Hinc ſecundū Philosophum, notitia veri quam homo in generali ſynceriter habet, paſſio seu malitia in particuliari obtenebrat, ita qd caret scientiā actuali formata, qua dicit p̄cepta & boni efficaciter approbatua. Itaq; peccat qd ex deliberatiōe & certa scientiā, qd quod agit, nouit esse illicitum, & tamen id facere decreuit, loquendo de informi & nuda notitia minimominus carer formata & actuali notitia ſue scientiā. Illa quoq; informis notitia in particuliari factō, ignoratiā & errori alicui pmisceat, vt dictū est. Sic ergo pueri quasi de industria recesserunt à Deo, eiusq; vias intelligere noluerunt, vt p̄uenire facerent ad eum clamorē*i.e.* querē

querelam, fletum, orationem, legem*i.e.* quem impiie oppreserunt, & audiret Deus, i. per effēctū & exauditionē cognoscere se moſtraret [vocem paupe], ab impiis afflitor. Itaq; vt, concomitanter, non causaliter, hic tenet. Ex hoc enim qd pueri se tamē impiie habuerūt, confequit qd Deus magis atcedit seu audit vel vindicat eos qd opprimunt ab illis. Vñ Gñ. 4. ait ad Cain: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Et Exod. 3. Clamor filiorū Israel venit ad me, quia videlicet ab Aegyptis opprimebatur crudeliter. Ipsi enim cōcedēte pacē, quis est qui condemnet? *i.e.* si Deus dederit alicui pacem pectoris in p̄ſenti, vel pacem aeternitatis in futuro, quā potissime dat paupibus & oppressis, nullus poterit electū hñc Dei dñare, qd si Deus coceſſerit pacē temporaliter, nullus poterit temporaliter perturbare, Deo resistere, eius ppoſitum opusq; impedit. Sic & Apostolus ad Roma, 3. ait: Si Deus p nobis, quis contra nos? [Ex quo abſcederit] vultū ſuū, i. gratiā contemplationis atq; p̄ſentia ſue gratiōfam serenitatem abſtraxerit, quod etiā bonis aliqui disp̄ſatiue quodāmodo facit. [Quis est q; contēplet eum?] nullus plane, qd ad contemplationē ſumma & incōprahibilis veritatis, ad intuendā pulchritudinē Dei, ad deleſandū in eo ſynceriter, requiriunt gratia ſaciens, charitas, donumq; ſapietiae. [Et ſup gentē & ſug oēs homines] i. tam in qualibet genē, qd in tota hominiſ ſuū maliſtude ſeu in hominibus ſingulis, illud dictū locum & veritatem ſortif, qd ſc̄ilicet Deo pacē doante, non est qui dānet, & ſi vultū ſuū abſcondit, non est qui hominē conſoleſ. Hoc patet (ſecundū Gregorium) in gentilitate couerſa, & in synagoga relictā. Nullus ergo ſuis virtibus gratiā contemplationis aſcribat. [Qui regnare fecit hominem hypocritā ppter peccata populi.] Deus indignos, inſufficiētes, inidoneosq; ſtatoſ ſeu principes alij p̄ſicerē dicitur permissiue magis qd efficiē, niſi forte in quaūtum per impios p̄ſidentes corrigit & emēdat vitia ſubditoy, electos purgans ſubiectos per rectores iniquos. Hinc per Eſaiam ait: Dabo pueros *i.e.* principes eorū, & efficiemati dominabunſ eis, Atq; Oſea 13. Dabo tibi regē in furore meo, & principes in indignatione mea. Hoc ergo, ppter populi ſit peccata. Deniq; quod interim particulariter agitur in fine ſeculi, generaliſime durifissimē complebitur, quādo ppter luxorū rotiusq; mundi excessus, homo peccati, filius perditionis Antichristus, mundi monachus ſuſcipiet, de quo iudicis loquutus est Christus: Egō veni in nomine patris mei, & non accepitſ me. Si alijs venerit in nomine ſuo, illum accipietis, de quo z. ad Theſſaloniceū. 2. ſcribit Apoſtolus: Mitteret illis Deus operationē erroris, vt credant mendacio, eo qd charitatem veritatis non receperunt. Hinc ait Gregorius: Nullus qd iniustū rectore p̄ciſ, illā immode ranter accusatiouini ſuī ſuit meriti, pueri rectori ſubiacti ditionis culpi ergo ppter magis accuſet operis, qd iniustiā gubernant. Sic quoq; ſecundū meritā ſubditorum, tribuuntur pſonā regentium, vt ſepe qui vidētur boni, accepto mox regimine pmutentur, ſicut de Saule 1. Reg. 13. 14. 15. habetur, Itaq; ſic pro qualitatibus ſubditoy aliquādo diſponunt acta regētiū, vt ſepe p malo gregis, delinqutat etiam vita boni paſtoris, vt patet de David in numeratiōe populi, cuius culpa ideo populus luit. Sed quia ipſe David culpa in hoc ipſo nō cauit, nam voluntarie ſupbiens fuit, hinc & ipſe punitus eſt quia intimo dolore atq; ingenti timore angelum intuēdo, & populi ſuī ſlagram cernendo, fuit pſtratus. Sed quia rectores habent iudicem ſuum, magna cautela est ſubditoy, non temere iudicare vitā regētiū, ſed ppter infirmitatem incessanter pñſpare. ſepe etenim quia de nobis ipſis fortia credimus, platos nostros diſtriictē iudicamus. Qo enim nosipſos minus cognoscim⁹ ſi, eo illos quae rep̄hendere nitim⁹, plus videm⁹. Hac atq; ſimiila multa, pulchra ac valde vtilia circa hunc locum ſcribit Gregorius de his, qua p̄ſidentes ſubditosq; concernunt, & quomodo qui libet eoz de ſeipſo humiliter estimare & ad aliū habere ſe debeat, qua in Gregorio requiratur. Poftrēmo Elihu ideo verbum iſud induxit, vt inſinuaret ipſum Job ſuīſ hypocritā, & ppter populi ſuī ſi peccata, diuina pmissione regnasse. Consequenter alloquuntur ſanctū Job, *i.e.* Quia ergo loquutus ſum, pbando intentum, ſad Deum, *i.e.* ad ipſius honorē, atq; finaliter ppter eum, ad quem etiam aliquādo direxi ſermonem, ſte quoq; non phibeo] loqui. Disputantium enim est, ſe inuicem audiſ. [Si errau, tu doce me.] conditupates etenim dociles eſſe debent, non pertinaces. Ideo ſi vnuſ alio quid nouit, alter acquiefcere debet. Nec ppter victoriam aut laudem inanem, ſed ppter veritatem notitiā & virtutis profectum diſputatio fieri debet ex charitate. [Si iniūtitatem locutus ſum, *i.e.* iſt, verba iniūquia, *i.e.* ultra non addam] quia peccatis p̄terit ſunt noua addenda, ſed de illis dolendum, & de futuri cauendum, ſecundū Ecclesiastici viceſimoprimo: Fili, peccasti; ne adiicias iterum, ſed & de p̄teritis deprecare, vt tibi dimittantur, & quia à facie colubri fuge peccata. Praeterea (iuxta Gregorium) conſuetudo arrogantiam eſt, tunc auditores de verbū rū ſucrum erore inquirere, cum ſe nouerint non errasse, ſed fortia quādām dixisse, vt de ipſa inquisitio ne laudentur, *i.e.* qui tamē de errore argui adſpernantur, dum errasse noscuntur. [Nunquid à te Deus expedit eam, *i.e.* si loquendo iniūtitatem incurri, hanc Deus exquireret à me, non à te; quoniā ego p ea rationem dare & penam ppeti exigat, non tu, *i.e.* qd diſplicuit tibi iniūtitas

mea vel sermo meus; Ideo pro meo peccato non punieris, sicut frequenter unus fit particeps culpe alterius per consernum ad illam, quasi dicat, Non debes de verborum meorum pro-
secutione turbari, quia si in eis excedo, egomet puniar. Vnusquisque enim, teste Apostolo,
pro seipso rationem reddet. Ad quod insup alia ratione adducit: Tu enim ceperisti loquij, i.
Rom. 14. Job 3. occasionem huic disputationi dedit, dicendo, Pereat dies in qua natus sum &c. & non ego? Hoc etiā Elihu ait, quoniam culpabiliores esse solent qui in contentionibus inchoant, q̄ qui re-
spondent. [Quod siquid melius nosti, loquere.] quod dicit, non putando q̄ lob aliquid me-
lius ipso scire, sed vi eum magis confundet, immo ad ostendendum insipientia S. lob super-
be mox subdit: [Vix intelligentes loquaruntur mihi:] quia tales duntaxat digni & apud sunt me-
cum conferre & disputare. [Et vir sapiens audiat me:] quia talis solū capax est sententia verbo-
rum meorum, quasi dicat: Iste lob, ppter passiones & virtutis sua indignus est, me alloqui & audire.
Job 2. Hinc subdit: lob aut stulte locutus est. Cum tamen iam dictum sit, In omnibus his non peccauit
lob labijs suis, nec stultum quid contra Deum locutus est. [& verba illius non sonant discri-
phynam] i., non indicant eum moralem, reformatum & disciplinatum, nec continent veram do-
ctrinam, immo ostendit, q̄ sit penitus vitiosus. Siquidē minus dicit, & magis significat, In qui-
bus verbis rursus Elihu p̄sumptionē suā arrogatiā q̄ demonstrat, Verumā consequēter ze-
lum Dei habere se simulat. [Pater mihi] i., O Deus creator, ratione conditionis & gubernatio-
nis pater, [probet lob vsq; in finem], i. vsq; ad mortē aduersitatibus exerceat, quousq; ab er-
ore cessauerit, & veritas tua ei p flagella illa probet, quia p rationē instrui degignat. [Nō de-
finas ab homine iniquitatis] hoc est, nō censes impūi istum peccare, quia nō emendat verbes-
tribus, qui tanta est impieatis, quasi homagium fecerit ipso peccato. Vnde Antichristum
Apostolus hominem peccati appellat, [qui addidit super peccata sua] alia multa & magna,
[blasphemia], q̄que est impositio falsi criminis in Deum, à quo se p̄hibet iniuste iudicatum
& castum, [inter nos interim constitutus] i., p̄cenis coercet, & flagellis cingatur, vt se libere
movere nō queat, & tunc i., ita cōstrictrus ad iudicium iulitionis, videlicet p̄cenas cōdebitas
diuino iudicio infligēdas, i. p̄coet sermonibus suis blasphematoris [Deum] i., causam p̄c-
narum hanc Deo ministret, non q̄ quietissimus & invariabilis Deus nostris virtutis aut modo
aliquo puocetur, sed q̄m ob nostra peccata tales nobis p̄cenas infligit, quasi p̄ hac, puocatus
existeret. Intātum enim hoc est, vt etiā ira & furore ei ob similitudinem operis asseriant. Por-
ro quod ait, p̄voceit sermonibus suis Deum, non imprecative seu optatiue, sed ironice di-
xit, quasi dicat, obstinatus & incorrigibilis est video peccet & agat quod vult, quēadmodum
Apocalyp. 22. dicitur: Qui in forribus est, fordescat adhuc.
¶ Elucidatio literalis Capituli 35. lgitur Elihu hæc &c.
Artevolus sexagesimus tertius.

Igitur Elihu hæc rursus locutus est. [Elihu multis argumentatiōibus vñus est, & vicissim
intento concluso, paulisper cōticuit, dans locum respondēdi beato lob, quo silentio, Elihu
arbitraria eum, vel ex ignorantia, vel ex indignatione tacere, disputationem suam resum-
psit, ipsum q̄ lob acriter impugnauit quia se victimum non fatebatur, nec culpabilem affirma-
bat. [Nunquid aqua tibi videtur tua cogitatio, vt dices?] illa verbis p̄dendo, [cū]lterior Deo
sum. Dixisti enim Non tibi o Deus placet quod bonum est?] i., vita seu actio virtuosa. Verba
ista beatus lob non deprompsit formaliter, immo nec virtualiter, sed Elihu afferit eum ista
dixisse, quia sequabantur ex præhabitis verbis lob, secundum quod ea Elihu intellexit. Si-
quidem superius ait lob: Quis mihi tribuat, vt veniam vsque ad solium eius, scilicet Dei,
Job 23. proponam coram eo iudicium? Nō o multa fortitudine contendat mecum, nec magnitu-
dinus sue mole me premet. Proponat equitatem contra me, & perueniat ad victoriā iu-
diciū meū. Ex quo sequi videat, q̄ secundum syncerum processum iustitia, lob in cau-
sa judiciali contra Deum prævaluat, sicq; tenet Deo cīse ut iustior. Sed ad quem sensu
verba illa protulerit, ibidem expositionem est. Qod autem lob dixerit Deo, Non tibi pla-
cat quod iustum est. Elihu sumpsit ex eo, quod lob superius dixit: Si fuero iustus, non leuabo
caput, videlicet quasi non habeam spem placendi Deo per hoc. [Vel] dixisti Deo: [quid] i.,
aliquid tibi o Deus p̄roderit, nō ego peccauerō. Vel legendū est hoc interrogatiue, erit q̄
fieri: O Deus, quid proderit tibi, si ego peccauerō? tanquam dicas. Placeat tibi vt peccem,
quasi hoc tibi proficit, & tamea quid tibi hoc potest proderesse? Sic itaq; Elihu imponit beato
lob iustorem illorum, qui dixerunt Deo nostram iniquitatem placere, quasi sibi ad aliqua vti-
litas, vt scilicet ipse ex ea iustior appareret, eamq; viciſcendo, sua declararet iustitiam, ad quod
aliqui allegaverunt illud Psalmista: Tibi soli peccavi, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vni-
cas etiā indicaris. Contra quos errorē Aprosolutus ad Romān. 3. disputat, inter reliqua dicens
Si Dei veritas in meo mendacio abundabit in gloriam ipsius, quid adhuc ego tanquam pec-
lob 10. catore in licore? Præterea, verbū istud Elihu imponit beato lob, q̄a superius dixit Deo: Qua-
re me inauditi esse nō pateris? Itaq; ego respōdebo sermōnibus tuis, quibus te iustum pro-
bafit,

basti, ostendendo q̄ falsi sint, [& amicis tuis tecum] i. tribus virtutis istis, qui à te coniuncti &
tibi nunc consentientes, pariter tecum sunt reprobandi. [Suspice cælum] i., orbes cælestes &
stellas seu ciues supernos, [& intuere] naturam, cursum, dignitatem, actionem & perfectio-
nem omnium horum, [& contemplare æthera q̄ aliorū te sit] i., ex consideratione creatura-
rum istarū. Dei altissimi, perpendere potes q̄ Deus sit iustior, aliorū, perfectior, sanctior, fa-
plientior q̄ tuistiq; extra sphæram & ordinem actiōnū & passiōnū, ita q̄ malum in eum ca-
dere nullatenus possit. Inuisibilia etenim Dei (secundū Aprosolutus) ex creatura mundi co-
gnoscunt. Et sapientia 13. scriptum est: A magnitudine speciei creature, poterit creator ho-
rum cognoscibiliter videri. Vnde & ab Esaiā admonemur: Leuate in excelsum oculos ve-
Esaiā 40.
stros, & videte quis creavit hæc. Omnia equidem condidit Deus omnipotens perfectiona-
liter infinitus, vt sua in eis reluceret perfectio, atq; ex creaturā ordinisq; eam consideratio-
ne, ipse à rationali creatura honorare. Propter quod Prouerbi. 16. dicitur: Vniuersa ppter
scipit operatus est dñs. Ecclesiastes quoq; 3. ait: Fecit Deus opa sua vt timeat. Deniq; quā-
uis omne creatū finitū sit, Omnia etenim in numero, mensura, & pōdere Deus creavit, nihil o-
minus ex creaturā speculatione cognoscit creator esse immensus, hoc est, infinitus pfectio-
nis in potestate, bonitate & sapientia. Ideo Elihu admonet ipsum lob ad cæli & ætheris seu
aeris intuitionē, quasi dicant illa o lob rite cōsideras, cognoscis q̄ Deus sit te iustior & ab-
solute pfectio infinite. Ideo ei nec obesse vales, neq; prodest. Hinc subditur: Si peccaveris,
quid ei nocebis, i. qui invariabilis impossibilitate conflitit. Et si multiplicata fuerint iniqui-
tates tuz, qd facies cōtra eum. i., in nocumētu ipsius seu minorationē perfectiois & beatitudo-
tudinis eius. Quanq; cīm Deus in scripturis frequenter p̄hibeat se ex hominū peccatis ad ira-
cundiā provocari, immo in Esaiā testat: Laborauit sustinet. Et rursus Praebuisti mihi labore
Esaiā 7.
in iniurias tuas. Itemq; Genes. 6. de Deo afferit, q̄ videns iniquitatem hominū, tactus do-
lore cordis intrinsecus, dixit: Peccaret me fecisse hominē. Et per Malachiā loquitur: Si cōfiget
Malach. 3.
homo Dñs, quia vos configitis me, quādo (inquit) illa atq; similia in scriptura veritatis con-
tentia sint, non r̄ in ita dicuntur, quasi diuina mens infinita tranquillitas & gloria sue interna
vsq;cum sustinet detrimētū, sed ppter similitudinem operis eius ad extra, talia afferunt. Ideo
Hieremias 7. legitur: Nunq; me ad iracundiā provocat, dicit dñs. Nonne semetipos in con-
fusionē vultus tuus? Porro si ininde egeris, qd donabis ei, aut qd de manu tua accipiet? i., per-
fectioni eius nihil adiicies, nec aliquid quo p̄ficiatur, à te sumet. De quo ait Psalmographus Psal. 15.
Dixi dñs, Deus meus es tu, qm bonos, meos, non egis. Nec obstat quod Hieremias 13. scri-
ptum est: Date gloriā dñi Deo vestro, anteq; contenebret. Et Apoca. 19. Regnauit dñs De
us noster oportes, gaudeamus & exultemus, & emus gloriā ei. Talia quippe dicunt, non q̄
demus Deo quod ipse non habet, aut quo caret vel indiget, sed q̄a quod tememur, vel ab ipso
aceperimus, ei exoluimus, q̄eadmodū 1. Paralipo. 19. David loquitur Deo: Quis ego & quis po-
pulus tuus, vt possimus tibi ista p̄mittere? Tua em̄ sunt omnia, & que de manu tua acepi-
mus, deditum tibi. homini qui similius tui est, nocebit impietas tua? Culpā vnius, alteri nō
nocebit nocumēto culpa, ita q̄ propter peccatum vnius, alter redat culpabilis culpa personali
& ppria, cui p̄cena sensus debet, nisi alter ex peccato alterius inducat ad culpam psonaliter
peccans p̄ impatientiā, iram, cōfusum, aut simili modo. Sed peccatum vnius cuiusq; in p̄pri-
um redundat auctorē. Propter quod Ecclesiasticus 27. ait: Qui fudit fouē, incidit in eam,
& facienti nequissimum cōsilium sup ipsum deuoluet. Ecclesiastes quoq; 10. Qui dissipat sepē,
mordebit eum coluber. Quō ergo impietas vnius nocia est alteri? Et respondēdum, q̄ im-
pietas, i. impia & crudelis seu vitiola actio vnius, nocia est alteri direcēe nocumēto p̄cē-
sū, aut damno pœnali, inferēdo damnū in psona, substātia, fama, aut sobole, vt pater de homici-
dio, oblocutio & furto. Interdu etiā & q̄si indirecēe culpa vnius nocet alteri nocumēto cul-
pabilis, inquitū est sibi occasio delinqüēdi. Immediate tñ alter nō incident culpam psonalē,
nisi per ppriā voluntatē, secundū Augustinū, dicente q̄ peccatum adeo est volitariū, q̄ si nō Augusti.
esset volitariū, nō esset peccatum. [Et filii hois adiuabit iustitia tua.] Virtus em̄ & pfectio vni-
us, alteri, immo & multis p̄dest, bonū exemplū p̄stādo, veniā & gratiā impetrādo, ad cau-
telam puidam inducedo, ab erroribus corrigēdo, ad veritatis notitiam pducēdo. Ideo Iaco.
bus monet: Orate pro inuicē, vt salutemini. Multū em̄ valet deprecatio iusti assidua. Et Eccl. Iaco. 5.
eleasticī 33. scriptū est: Vide te q̄a non solū mihi laborauit, sed omnibus exquirētibus sp̄cietā.
Deniq; quō impietas vnius noceat alteri, atq; iustitia vnius alii iuvet, sc̄pue cōstat ex eo, qd
ad Romān. 5. ait Aprosolutus de Adam & Chro: Sicut per vnius inobedientiam peccatores con-
stituti sunt multi, ita per vnius hominis obediētiam iusti constituentur multi. Postremo, hoc
loco inter hominē & filii hois, nō oportet differētiam realē inducere. Siquidē in toto hoc libro
rhetorice scripto, eadē res atq; sententia sub alijs verbis frequenter exprimitur. Insup q̄ induxit,
cōsequēter & explanat. [Propter multitudinem calumniatorum clamabūt] i., calumna patientes
dolorosē vociferabunt, & à Deo vel ab hoīe auxiliū postulabūt, ppter iniuriam & violētiam
eis

^{Exo. 1.2.3.} eis à calumniatoribus factam, sicut filii Israel clamauerunt ad dominum in Aegypto, ppter multitudinem Aegyptiorum & calumniantium eos. Talis autem clamor venit interdum ex zelo iustitiae, prout in Euangelio ait Salvator: Deus non faciet vindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, tanq; dicat, immo utriusque faciet. Nā subiecit, dico vobis q; cito facies vindictam illorum, luxta hanc expositionem quod dicit, calumniantorum, passiu accipit. Potest quoq; sumi actue, erit q; sensu, ppter multitudinem calumniantorum, iniuriam violētiām q; passore, clamabunt calumniantores, quādo pro suis peccatis debita sustinebant tormenta. Prima tamen exposicio sequentibus amplius consonat, Nam sequitur: & eiulabunt ppter vim brachij tyrannorum, i. impotentes & inopes flebunt, ppter oppressionem & contumeliam eis à tyrannis & duris illatam, quod spiritualiter sumi potest. Quernadmodū enim quidam corporalia dama inferunt, pguadendo aut opprimendo, sic quidam spiritualiter nocent ad vitia inducendo, blandiendo aut pterrendo. Vnde secundum Augustinum, duplēc aciem mundus pducit aduersus Dei electos seu martyres. Nam blanditur vt fallat, terret vt vincat, q; Et non dixit: Vbi est Deus qui fecit me? Id est, Hoc quidā singulariter trahunt ad Iob, ita q; Elihu dicere voluit, q; Iob contradicendo diuinā iustitiae, & in aduersis cedendo impatientiae, non attendit diuinā maiestatis p̄sentia, nec pensavit Deum esse suum factorē & oīm iustissimū conditorē. In sup indeterminate accipi potest, q; q̄cūq; in aduersis deficiens, nō dicit verbo seu facto, Vbi est Deus qui fecit me? id est, in ipso non sperat, & eius assistentiā non ppen-
^{Gregori.} dit, neq; presentia intuet. Hinc dicit Gregorius: Quisquis aduersitatum tribulatione frangitur, à quo factus sit, minime contemplatur. Nam Deus, qui quod non erat, fecit, factum sine gubernatione non deserit, & qui benigne heminem condidit, neq; cruciari iniuste eum permittit. Nunquā ergo iniuste nos tribulari putemus. Qui dedit carmina in nocte i. cantica iucunda seu consolationem in aduersitate, quia per gratiam suam dat Deus electis aduersa cum gaudio ferre, prout Iacob monebat: Omne gaudiū existimare fratres, cū in diuersis as-
^{Iaco. 1. Mat. 5.} tentationes incideritis. Et Paulus Romā 12. ait: Spes gaudentes, in tribulatione patientes.
^{Lucas 6. Gregorii.} Christus quoq; hortat: Gaudete in illa hora & exultate. Hinc dicit Gregorius: Carmē in no-
cte, est latititia in tribulatione, quia etiā pressuris temporalitatis affligimur, spe aeternorū gaudemus. In quibus verbis Elihu notat Iob, q; in tribulationibus suis non debuit sic tristari. Vel sicut Qui dedit carmina, i. psalmos & spiritualia cantica ac reuelationes per modū car-
minum scriptas, in nocte, i. in seculo & caligine ignoratię vita huius. Vel ad litera, in nocte, quando reuelationes diuinā communis sunt, exterioribus (vt dictum est) sensibus quietā-
tis. Talia carmina in libro iustorum poterāt contineri, de quo scriptura canonica facit aliquā-
do mentionem. Vnde Albertus: In nocte, inquit, ignorantię huius prima carmina de Deo fuerunt illud Catonis allegans: Si Deus est animus, nobis vt carmina dicunt. [Qui docet nos sup iumenta terrae, & sup volucres celi erudit nos.] Illa enim sunt irrationalis natura, in quibus nec intellectus, nec ratio est, sed sola sensitiva cognitio. Hominibus autem contulit intellegū, quo inter verū & falso, bonū & malū discernunt, à particularibus abstrahūt immaterialia, insensibilia & diuina cognoscunt, studendo proficiūt, ynum ex alio con-
siderāt & concludunt. In sup Deus homines erudiuit per legem scriptā & Euangelicā, per illuminationem angelicā, per instructionem diuinā, ynum quoq; hominē per aliū mul-
^{Coloffi.} tipliciter erudit, quod per Apostolos p̄cipue fecit, quemadmodū Paulus testatur: Corripien-
tes, in quiens, omnē hominem & docentes omnē hominē in omni sapientia. Spiritualiter per iumenta terrae, designant homines carnalibus vitiis de dedit, per volucres celi, notant superbi & curiosi, q; diuinaz illustrationū capaces nō sunt. Vnde sup illos seu plus q; illos Deus instruit virtuosos ac spirituales, q; vnu, Elihu esse se sensit. Postremo, disputationi aīz rōnalis, qua inerioribus formis per rationē pr̄fulget, etiam corporis dispositio correspōndet, non em̄ vt cetera animalia, habet homo corpus & vultū prona in terrā, sed elevata ad cælū, vt ex hoc ppndat se ppter celestium ac diuinorum contemplationē plasmātū, sicq; tertenis & carna-
libus sp̄tis, ad superna ferat. Hinc Ouidius ait: Os homini sublime dedit, cælumq; videre suffit, & erectos ad sidera tollere vultus. [Ibi] videlicet in tribulatione, secundū Gregorium. Vel ibi, i. quia eruditio nra quia Deus homines erudiuit, non acqueruerit, [clamabunt] vitiis atq; ferociis dignis plagiis p̄cussi, q; non exaudiēt] eos Deus, ppter superbiā malorum i. propter eosq; arrogantiā in q; manerūt, ac diuinis pceptis fuerūt rebellēs, ita q; non p̄ceperūt ut veraciter, nec ex amore Dei, sed ex priuato amore ac seruili timore, pcedit clamor oratioq; ipsorum. Vnde Proverb. 1. dñs de talibus p̄testat: Tunc (i. in aduersitate, necessitatē, q; tēpore) clamabunt, & non exaudiā: mane colurgent, & nō inuenient me, eo q; exosam habuerint dia-
^{Psalm 17.} sciplinā, & timorē domini nō suscepunt. Et Psalmista fatetur: Clamauerit, nō erat qui saluos facret, ad dominū, nec exaudiēt eos. Itaq; qui desuper cupit audiri, neq; q; remaneat in affectu peccati, nec in voluntate peccādi, sed ex corde p̄cōnit, atq; ad Deter-
minentia amorose cōversus, ac iustitiam zelans, preces fiducialiter fundat indeſinens.

Hinc

Hinc in Esa. 21. dñs loquitur: Si queritis, querite; conuertimini & venite, hoc est. Si me queritis, vere & ex corde me querite. Non enim frustra audierit Deus. Isuperius dixit, q; calumni am patientes seu iniuriati, clamabunt & ciulabunt, quorum Deus audit clamorem. Deinde subiecit, q; Deus vitiosos & oppressores aliorum non audiet, cuius rationem assignans, nūc ait: Non enim frustra audierit Deus, Itaq; sensus est, q; Deus non frustra audierit clamorem, p̄cēm & gemitum afflictorum: sed pie atq; salubriter eos exaudiēt, quorum clamorē frustra audiret, si & oppressores eorum in suis precibus exaudiēt, p̄fertim quia (vt dictum est) op̄ pressi, ex zelo iustitiae orant Deum, vt aduersariorum suorum impietatem ac ferociam debi te vīscerat, & omnipotens causas singulorum intuebitur, i. actus, ne-gocia, necessitates, vota, p̄ces & studia oīm considerabit, simo indeſinenter considerat, vt oīa iuste iudicet & dispo nat. Circa qd scribit Gregorius: Nemo qui tardius exaudiēt, credat q; a superna cura negligi Gregorii tur. Sēpe em̄ quod impleri velociter petimus, ex ipsa tarditate melius prosperatur. Etiam cum Jo. lob dixeris, non considerat, i. Deus hoīm acta non pensat, nec iudicat, iudicare corā illo i. coram Deo iudica per rectam rationem rectiū, omnia tua discutiendo, & inuenies q; Deus prouidētiam actuū habeat humanorum, & q; per tuos excessus iusto eius iudicio p̄cessus. Vel iudicare coram illo, i. ab eo vtrig iudicaberis, & per damnationis tuę expe-
rientiam scies q; Deus cuncta considereret. Ideo subditur, & expecta eum. I quasi dicat, tem-
pore suo videbis quātūm erraueris, iusta illud 2. Mach. 7. Suffice, & videbis qualiter te De-
us torquet. Nunc enim non infert furorem suum j. in hac vita Deus peccatores longani-
miter tolerat, & penitentiam eorum patienter expectat. Flagella quoq; que hic infert, ex mi-
sericordia prodēt, & ad correctionem hoīm communiter ordinantur qm̄ pc̄na vita p̄f
sentis medicinales dicuntur, tanq; ad correctionem patientium ordinata, quis interdū con-
tingat oppositum in quibusdam, quos Deus in vita hac horribiliter plagat, & aeternaliter
infūper damnat, vt in Pharaone & suis, in Dathan & Abiron innotescit. Nec vlcificti scelus Exo. 14:
Num. 16. valde j. peccata hoīm in seculo isto non vindicat secūdūm rigorem suā iustitiae, nec multū distictē, sed citra condignū & pie nunc punit & admonet per aduersa, iuxta illud Sap. 11. Misereris oīm dñe, qm̄ oīa potes, & dissimulas peccata hoīm propter penitentiam. Hęc aut̄ Elihu intrredit contra ea quā superius lob induxit, in quibus afferuit se vltra q; meruit fla-
gellatum, & q; contra eum furor Dei eset iratus. Pr̄terea iuxta Gregorium, Deus diu nūc impios tolerat, qm̄ aeternaliter damnat & suorum suum nūc inferre dissimulat, quia effun-
dendū sine fine in posterū seruat. Eant ergo nunc reprobi, & voluntatum suarum deside-
ria multa iniquitate consummentia, atq; eo temporalia flagella non sentiant, quo supplicia
eos aeterna expectant. Ex p̄eindūtis concludit Ergo lob frusta aperit os suum, i. quia qd loquendo intendit ostendere, non potest firmis rationib⁹ comprobare, sed oppositum iam probauit, & absq; scientia verba multiplicat, i. indiscretē & insipiente est garrulus, quemad-
modum Eccl̄s 7. legitur Stultus verba multiplicat. Porro secūdūm Gregorium, propriū arrogantium esse solet, vt pauca credant quā ipsi multa dixerint, & multa credant, quā ipsi
pauca dicuntur, quia enim sua semper dicere volunt, aliena audire non possunt. Vim se pati
existimant, si ea quā immoderate sentiunt, immoderatus non effundant.

Elucidatio cap. 56. Addens quoq; Elihu. Art. 64.

^A Ddēns quoq; Elihu, hæc etiam loquitur eft. Tacete B. Job, Elihu positionem suam multiplicitate confirmare curauit, & nūc in isto cap. alijs rationib⁹ probat id, id superius iam probauit. Sustine me paululum j. patienter me audi paulisper, quia succincte loquar, & indicabo tibi quod verum est, & quod scire te conuenit. Adhuc enim habeo qd pro Deo loquar, alias inutile orationes ad defendēdū iustitiam Dei, cui tu deregas, dum teipsum p̄fumptuose iustificas. Repetam scientiam meā a principio j. ea quā ab exor-
dio huius disputationis meq; loquutus sum de ista materia, nūc de novo plenius profequar, eadem sp̄cum clariori probatōe resumam, & operatorem j. Deum creatorem sp̄cum pro-
babō iustum. Vere enim abiq; mendacio sermones mei. Verunt̄ Elihu iste nonnūq; false
conclūs, & ex veris p̄missis cōtra Job inaniam intulit. & perfecta scientia probabitur tibi j. i. probabo tibi q; scientia mea quam de Deo & eius prouidentia, aequitate, iudicio habeo &
propono, si integraliter vera, & in genere suo perfecta, videlicet quātūm spectat ad viato-
rem meum q; statum. Perfectum quippe pluribus dicitur modis. Consequenter probat re-
stitudinem diuini iudicij, q; Deus potentes non abicit j. ea ratione qua potētes sunt, eos non
decestat, nec odit, repellit aut damnat, i. cum & ipse sit potens, immo oīpotens. Non em̄
ocit aut abiicit eos ob id vel per id, in quo ei assimilantur qm̄ similitudo per se est causa dile-
ctionis, secundum illud Ecc. 15. Omne animal diligit simile sibi. Cum ergo potentes per po-
tentiam Deo assimilentur, à quo illam etiam fortūtūt, prove ad Rom. 15. legitur. Non est po-
gloriemur in dñō hoc est, de liberatiōe nostra humiliter postulata à Deo, s̄q̄m non sumus sequuti peccata patrum nostros, qui dereliquerūt Deum suum] idola adorādo, sanguinem innocētē fundendo, aut occidendo p̄phetas, aut cōsimilia p̄petrando facinora, ideo merito in Deo nostro confidimus, q̄ ab hostiis istis nos eruer, sicq̄ verba hæc ptulit iudith, non populū suū laudādo simpliciter, sed ad augendū sibi ac populo spem in Deo, sicut & Ezechias angustiatus à rege Assyriorū, inuocās dñm: Obsecro, ait, memento quō corā te ambus lauerim in veritate & corde pfecto. [¶] quo scelere dati sunt in gladiis, & in rapinā inimicis suis. Nos autem alere Deum nescimus] per fidem & cultum, p̄rater ipsum:] quia nec alias Deus est, [expectemus humiles consolationem eius.] Non em̄ repellet in sempiternum dominus, quia & abiecit, & miserebitur secundum multitudinem misericordiarū suarum, vt Threnos 4. loquitur Hieremias: Et exquirē sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum, hoc est, tribulationes nobis illatas ab hostiis, vindicabit in ipsis eos affligendo, vt iustum est, & humiliabit] i. dñeū, & omnes gentes que insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore dñs Deus noster, Hæc fuerunt verba bona fidutia, non prophetia, vt affimatur, quis paulopost euenerint. [Et nunc fratres, q̄m vos qui estis presbyteri in populo Dei, hoc est, sacerdotes & seniores, & ex vobis pendet anima illoꝝ] i. salus & prospexitas animarū ipsorū ex vestra salubri eruditio, virtuosaq̄ conuersatione, pro magna parte dependet, iuxta illud Ecclesiastici 10. Qualis est rex civitatis, tales & inhabitantes in ea.

Hiere. 10. Hinc per Hieremiam dñs asserit: Quia rulte egerunt pastores, & dñm non exquisierunt, propterea omnis grex eoz dissipatus est, gad eloquium vestrum corda illoꝝ erigite, hoc est, veſtra salubri exhortatione corda ipſorū ad Deum reducite, vt confidat in ipſo, vt memores sint, quia tentati sunt patres nostri i. multipliciter impugnati ab inuilibus ac visibilibus inimicis, vt p̄barentur, si vere coleret Deum suum] i. quatenus per aduersa pataret, an Deo confitāt̄ atq̄ fideliter adhærerent. Vnde & ludic. 3. legitur: Dimisit dñs Chananæos, vt in eis experiretur Israelem, vt rūm audiret mādata dñi, an non. [Memores esse debent, q̄m pater noster Abraham tentatus est] iuxta illud Geth. 12. Tentauit Deus Abrahā, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est, Nam ex caristia prexit ex terra Chanaan in Aegyptum, & ibi ablata est ei propria vxor, & puto eius abſtulerunt ait repleuerunt Patri, laſtinī, que omnia legunt in Genesi. [Sic Isaac] qui exhibuit se paratum, vt offeret Deo in holocaustum, [Sic Jacob, & Moses, & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles,] sic ait Paulus, quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum, Illi autem qui tentationes non fuſcepert cum timore dñi i. qui aduersitatis & impugnationes non tolerauerunt patiente, ac timorate, aut præcis suggestionibus non reſtiterunt idonee, & impatientiam suam & improprium murmurationis suæ cōtra Deum protulerūt, aduersus ipsum murmurādo, seu ipsum tentādo, aut culpā retorquēdo in ipsum, [exterminati sunt ab exterminatore] i. interfici Deo præcipiēte, & eius sententiā angelo homo aut malo exequēte, Etem̄ in Numeris pueri filii Israei legunt dixisse: Vt in mortui essent in Aegypto, vtrinā pereamus, & nō inducat nos dñs in terrā istiā, ne cadamus gladio. Propter quod Deut. 1. Moses loquitur eis: Nolivitis ascendere, sed increduli ad sermonem dñi murmurati estis atq̄ dixistis: Odit nos dñs, Hinc dñs dixit ad Mosen: Vt quecum multitudo hæc pessima murmurat contra me? In solitudine hac iacebunt cadavera vestra, [¶] & à serpentibus perierūt, secundum illud Num. 21. Immisit dñs in populū ignitos serpētes, Ab infernalibus quoq̄ serpētibus tales peccado pītaliter fneabant, Et nos ergo non vlciscamur nos pro his quæ patimur] ex impatientia aut diffidentia, nec peccemus in Deum contra ipsum murmurādo, seu quasi volēdo vindicare iniurias nostras, per offensam & inhonorationem ipsius Dei, derogādo iustitiae eius, aut ascribēdo ei impatiēre nostras miseras, p̄ed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minorā esse,] ita vt fateamur ex corde, q̄ peccando meruimus pari aduersa his grauiora, flagella dñi, quasi serui qui corripimur à domino i. castigationes istas Deo permittēte aut ordināte atq̄ volēte nobis infictas, gad emēdationē, & non ad perditionē nostram eu nisse credamus,] vi scilicet per temporalē penas purgati, tormenta euadamus aternas vel etiam à pienti pīcutione eripiamur, dñm inuocādo, & quæ illata sunt, æquanimiter sustinēdo, [¶] dixit illi Ozias & presbyteri,] qui exhortationē & incitationē feminæ patiēte & humiliſter suscepert propter virtuositatem ipsius, quia & ipsa ex zelo iustitiae, charitatis feruore, & ex inspiratione diuina humiliter, non iactanter, fuit locuta, Omnia quæ locuta es, vera sunt, & nō est in sermonibus tuis illa refūnsio, Nunc ora pro nobis dñm, q̄m mulier sancta es & timēs Deum, Et dixit illis Iudith: Sicut quod loqui potui, Dei esse cognoscitis] i. vero atq̄ salubre, sita quod facere disposui, probate] i. suo tempore cōſiderate, & nūc interim expeclate, donec p̄ efficiā propositi mei penitus, [Si ex Deo est, & orate vt firmū faciat Deus cōſiliū meū] i. illud p̄ficiat, & ad salutareducat efficiū, Stabitis vos ad portam nocte ista, & ego exeam cum Abra mea] id est, cum ancilla mea, & orate

IN TOBIAM ENARRAT. ART. IX.

355

orare, vt sicut dixistis, diebus q̄nq̄ respiciat dñs populu suū, Vos aut̄ nolo vt scrutemini actū meū] i. non interrogetis à me quid agere velim, [& vsc̄ dū renunciem vobis] qd egerim vel per meipsum, sive per aliū, [Nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad dñm Deū nostrū, Et dixit ad eam Ozias princeps Iudei] i. i. vnu de principalibus & rectoribus tribus seu populi Iudei, scdm qd Nicodemus vocat princeps Iudeorū, [Vade in pace, & dñs sit tecū in ultionem] Ioan. 3. inimicorū nostrorū] i. infligēdo per te hostibus nostris iustā punitionē in vindictā iniquitatū eoꝝ aduersum nos, Ex isto caplo accipere possumus multa moralia & optima documenta, Neceps in primis ex isto informant caplo vidua vniuersa, vt quia formosa, iuuenes, nobiles, diuitesq̄ cōſistant, attī in viduali castimonia perseuerēt, & quo appetibiles fuerint, eo plus vitent occasiones lasciuia ac scādala a liorū, & corp̄su in spū redigāt seruitus aspero (aut etiā cilicino) vestitu, ieunij, oronibus, disciplinis, vigilj, Insup hic doce- 1. Cor. 9. mur, ne Deū aliquo modo tentemus, sed in ipso vsc̄ in finē, etiā si nos occiderit, cōſdamus, Job. 13. & dum Dei misericordiā imploramus, ipsum nequaquam verbis aut actibus seu negligētia offendamus, In omni quoq̄ necessitate, tribulatione, angustia in spiritu cōtrito & humiliato dñm inuocemus, Cuncta demū aduersa cum invicta patientia amplectamur humiliter, Dani. 3. confitētes q̄ peccata nostra multo maiora mereantur supplicia neq; nos vlciscamur, nec contra dñm vllatenus murmurēmus, sicq̄ sanctoꝝ patrum exempla considerantes, eadem totis 1. Cor. 10. viribus imitemur, & proximos, vt pro nobis assidue orient, pulsemus,

¶ Expositio Cap. 9. Quibus abſcedentibus &c. Art. 9.

O Ratio iudith hic introducit, Quibus abſcedentibus, iudith ingressa est oratoriū suū] Indich 8. qd erat in superioribus, vt patuit p̄cedenti caplo, & induens se cilicio, posuit cinerē suū per caput suū, Dicunt aliqui, q̄ p̄ter cilicium quo fuit supra nudum corpus vestita, etiam tam vestiū se cilicina ueste exterius, [& prosterrens se dño,] i. cui se humiliavit vestiū & cinere, corde & corpore, clamauit ad dñm] ex vehementi affectionis suæ ardore, [dicēs Dñe Deus patris mei Simeon,] ex quibus verbis apparet, q̄ fuit de tribu Simeonis, cum p̄cedentis dictum caplo, q̄ fuit de tribu Ruben, Ad quod nōnulli respōdēt, q̄ fuit de tribu Ruben, ex parte patris, atq̄ ex tribu Simeonis ex parte matris, quod & in Scholastica affirmat histria, contra quod arguit quidam satris prolixo, Primo, q̄m mulieres non debebant coniungi viris alterius tribus, Secundo, quia Ruben ad quem reducitur generatio iudith, non videtur fuisse Ruben patriarcha filius Iacob, sed alius, quoniā inter patriarchā & iudith multo plus res fuerunt generationes q̄ p̄cedenti capitulo inducuntur, Tertio, quia nec in Genesi, nec in iudith 8. 1. Paralip. 1. scribitur aliquis filioꝝ ipsius Ruben vocatus fuisse Simeon, sicut in p̄cedenti capitulo, Ad quæomnia faciliter posset respondere, qui p̄fata response nō velle tenere, Ibid. Respondendo ad prīmū, q̄ mulieres que non successerunt in hereditate paterna, poterant contrahere cum viris tribuum aliarum, sicut David de tribu Iuda sumpsit Michol de Beniamin tribu, Ad secundū, q̄ non omnes, sed quādā p̄cipue generationes ipsius iudith, in ascenden- 1. Reg. 18. do ponuntur Cap. p̄cedēti, Ad tertiu, q̄ Simeon ille filius Ruben mediatus aut intermediatus binomius fuit, Deniq̄ p̄tacitū, dicens ipsam iudith fuisse de tribu Simeonia ex parte patris & matris, in argumentationis sua processu affirmat, q̄ Iacob cito potiū Efa quadragenarius duxit vxores, petrexit ad Mesopotamiam, & quadragesimo anno rūm fuisse vide; rūm genuit Ruben, Circa quod dico, q̄ Iacob erat octoginta annos aut circa, quādā ad Mesopotamiam est profectus, siquidem Gene. 37. legitur ipse Iacob filium suum Ioseph p̄z cōteris dilexisse, quia in senectute sua genuit eum, Rursum q̄ Gene. 47. fertur, q̄litter Iacob ingressus Aegyptū, locutus ist Pharaonis: Dies peregrinationis vita mēs sup terrā, centū triginta anni sunt parui & mali, & tunc Ioseph nondū erat quadragenarius, trigesima namq̄ fuit annos, quando à Pharaone cōstitutus est princeps Aegypti, vt habetur Gene. 41. Deinde fluxerunt septem anni fertilitatis, quibus evolutis primo anno caristia venierunt fratres eius ad eum, quibus secunda vice ad se reveris locutus est: Biennū est q̄ cēpit esse famēs, adhuc quinq̄ ari, nō restat, quibus nec arari potest nec meti, & tunc erat trigin tanouem annos, Moxq̄ misit p̄o patre suo, qui tunc fuit centū trigesima annos, sicq̄ in natiuitate Ioseph fuit nonagenarius, Porro in Mesopotamia habitauit annis viginti, que oī patent in Genesi, & dato q̄ Ioseph fuisse natus in ultimo illoꝝ viginti annos, tñ pater eius fuisse septuagenerius, quādā Mesopotamia est ingressus, Ioseph aut̄ natus fuit quartodeci mo circiter anno habitacionis Iacob in Mesopotamia, vt in Genesi pater, Vnde cōcluditur, Gene. 30. q̄ Iacob fuerit circiter septuaginta sex annos, quādā venit ad Mesopotamiam, qui dedidit Gene. 23. illi gladii in defensione alienigenarū, i. ad vīcīcēdū stuprū quod alienigena seu infideles Chananai cōmiserunt in filia Iacob, qui violatores extiterūt in coquinuatione suā, sua pollutioē corruerūt Dinam filiam Iacob, Vñ subiungit, & denudauerunt fēmī virgīnīs in cōfusionem, & sumitur hic plurale pro singulari, quoniā solus Sichem filius Emor illam Gene. 34. corruptit, Vel ideo ait pluraliter, violatores, quoniā aliqui adiuvērūt eū ad perpetrandū hoc,

hoc scelus, & dedisti mulieres eorum in prædam, & filios eorum in captivitatem, & oem prædam in divisionem seruus tuos videlicet filii Iacob, [qui zelauerunt] i. per amorem sequuntur sunt [zelum tuum] i. feruorem tibi placentem contra iniustitiam. Videf quasi totū istud repugnare scriptura canonica, qm̄ Iacob redarguit vltionem prefatā, dicens Simeoni & Levi: Turbae me, & odiosum fecisti habitatoribus terra huius. In extremis quoq; agens, valde abhorrit illam vindictā, dicens Simeon & Levi vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea, & in cetero eorum non sit gloria mea quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murū. Vñ elicit, q; non zelo Deo placete seu zelo Dei, sed ex furore & indignatione illud fecerunt. Ad istud magister in historiis breviter dicit Iudith non cōmendauit factū Simeonis, quod detestatus est Iacob, sed vltionē factā à dño per manus ipsius. Alius quidam prolixius respōdens: In illo [inquit] facto duo fuerunt, videlicet zelus vlciscēdi stuprū, & illud sicut iustum & licitū, quia non habebat iudicē qui vellet factū punire, cuius auctor erat princeps ciuitatis & populus eius auctor, & sic loquī hic Iudith. Alius est modus vlciscēdi, qui fuit malus & proditorius, inquitū filii Iacob trāgressi sunt paciū habitū cum Sichemitis, & sic reprehendit illud Iacob. Vñ ista responsio nō videt idones. Primo, qm̄ iuxta factū illud non processit ex zelo Dei, sed ex indignatione atq; rācore. Secundo, quia tā opus illud, q; modus operis, viros fierunt. Opus naq; ex prava, pessime radice, non ex iusto zelo, vt patuit, & modus fuit fraudulētū. Tertio, q; post initū fœdus nequaq; licuit filii Iacob illā facere vltionem, nec potuerūt ad hoc habere zelum Dei secūdum scientiā post initū pacis pactū quod totum patet ex verbis Hieronymi, affirmat̄: Significavit Iacob non sui fuisse consiliū, q; Simeon & Levi ipsum Emor & Sichem filii eius viros sibi federatos interfecerūt, & contra ius pacis & amicitiāq; sanguinē effuderunt innoxītem, & crudelitate quasi furore rapti, muros hospitāe verbis cuerterūt. Insuper q; dicit filios Iacob non habuisse iudicem, qui factū vellet punire, nō appetit. Quis enim Emor erat rex Sichimog, non tñ totius terrae illius, & sic habuit superiorē, ad quem potuerūt referri. Vnde Iosue 11, scriptum est: Aser inter omnia regna antiquitus primatū tenebat. Præterea, quis iudicem tam non habuissent, tñ postq; Emor & Sichem tam magnā præbuerūt emenda & satisfactiō nem, & pacis cōditionem intererūt cū Iacob & filiis eius, ac circūciderunt se, non licuit filii Iacob illā exercere vindictā. Propter q; ipse Iacob afferre, furorē eorum & indignationē esse malefactionis, q; tā pertinax fuit furor eorum, atq; tā dura ipso furore indignatio, q; post tātā benevolentiae signa, satiſfactiōis q; dona oblata, & inita pacis pacta, nō fuerāt emoliti. Amplius, respōsio ex Scholastica historia introducta, vide obscura: qm̄ vltio eius non videt cōmendāda fuisse sedm̄ prædictā, nisi forsitan quod ad diuinū iudicū, qm̄ Emor & Sichem nō vident vere pccnitūs de scelere illo: sicut qm̄ quātum ad hoc, iusta fuit illa vindictā, quis Simeon & Levi non recte ex zelo laudabili, sed ex furore & indignatione executi sint etiā. Luxuria quē modū iusta fuit Iudeorū exterminatio, punitio, captiuatio facta per Assyrios & Chaldeorū, quis Assyrii & Chaldei ei vltiosa radice in fluxerint talia filii Israel, sic q; aliquo modo vident verba Psal. 9. Iudith posse saluari. [Subueni, quāto te dñe Deus meus, mihi viduæ,] qui (testē Psalmista) pater es orphanog, iudeo q; viduas, de quo stet, df Psal. 145. Pupillam & viduā suscipiet. Tu em̄ fecisti priorā i. pristinas decidiūt victorias filii Israel descriptas in libris Mosis, Iosue 10. Iudic. 7.8.11. 4. Reg. 19. 2. Para. 2.0. [E]lla post illa cogitatiū i. vñ post aliud facere decreui. Omnia tñ simūl in ipso aternitatis in statu plenissime cognoscis, ecce gitas, intueris, nō successest vñ post aliud, & hoc factū est qd ipse voluisti, q; omnipotens es. Ideo ait Propheta Psal. 134. Omnia quācūq; voluit dñs, fecit in celo & in terra. Oēs em̄ via tuę parata sunt. Id est, à te prædispositae sunt tuae actiones, atq; in promptu habes agere omnibus modis tibi placentibus, & exhibere actus quo oſcūq; volueris, & tua iudicia] i. iusta & iudicialia opa tua, in tua prouidentia posuisti] i. in præordinatione & libertate sapientiae atq; potentiae tuae, ita q; quicquid foris eis agis & iudicas, ex certa & eterna prouidentia procedit. Vnde & Paulus ad Ephesi. 1. Omnia (ingr.) operas sedm̄ consilium voluntatis sua. [Refice castra Assyriorū nunc] i. exercitus istos Assyrios oculo tue iustitia per iustā eorum punitionē intuere, inquantū sunt hostes boni cōmunis ac cultus divini. [Sicut tunc castra videre Aegyptiō, dignatus es, qm̄ post seruos tuos armati currebāt dum s. filii Israel, Mose duce, exierunt Aegyptum. Sed apergitū sup castra eorum] i. per districlā vindictā ostendisti tē impios illos apicere, scdm̄ illud Exo. 12. Et ecce respiciēs dñs supra castra Aegyptiō, p; colūnā ignis & rubis, interfecit exercitū eorum, & tenebris fatigaverūt eos] i. affligebat Aegyptiō ex hoc, q; nubes tenebroſa stetit inter eos & filios Israel, ita q; tota nocte Israelitas accedere nō valebat, iuxta qd in Exodo ferte: Tollēs se angelus dñi, q; filios Israel pcedebat, abiit post eos, & cū eo pariter colūna nubis inter castra Aegyptiō, & castra Israel, & erat nubes tenebroſa, ita vt ad se inuicto nō ēa tempore accedere nō valerēt. Tenuit pedes eorum abyssus, & aqua operuerunt eos] i. aqua maris rubri diuisi ad priorem refluenta locum, impediuit pedes Aegyptiō, & processu. *fīc*

[sic fiant isti, iputa Assyrii, dñe qui confidunt in multitudine sua, & in currib; suis, & in contis] i. perticis præacutis ferro seu cuspide, quas loco hastarum rustici portant, & in sagittis suis, & in lanceis suis gloriantur, & nesciunt quia] i. q; tuipse verus, oportens & oīa intueses dñs Deus noster, qui conteris bella ab initio] i. ab antiquis temporibus contriuiti bellatores iniquos, & bella eorum cassati, sicut in Iosue & Iudicum libro narratur, & dñs nōmē est Ios. 1. Iudic. 8. tibi, iquia tu propria potestate & autoritate vniuersis & singulis dñaris, cuius respectu oīs creatura dñans, est instrumētū & serua, imbecillis, dependens, exigua, ideo ait Psal. 65. Qui dñatur in virtute sua in eternum. Vnde per Esa. 42, testatur: Ego dñs, hoc est nomen meum. [Erigi brachium tuum] i. oīpotentiam tuam sublimiter per effectus tuos ostende, [sic ab initio, & allide virtutem eorum in virtute tua] i. propria potestate cōstringe potestatem atq; exercitum Assyriorum. [cadat virtus eorum in iracudia tua] i. in rigore iustitiae tuae, [q; promittunt se violare sancta tua] i. iactant præsumunt q; sacra templi contaminabunt ac defruent, & polluere tabernaculum nominis tui] i. templū tuae maiestati deputatū seu inchoatum, & deīcere gladio suo cornu altaris tui.. Fac vt gladio proprio eius superbia amputetur] i. superbum caput Holofernis amputetur manus mea ipso mucrone, [Capiatur laqueo oculorum suorum in me] i. incauto suo intuitu sic afficiatur ad me, vt id fiat occasio sua interfectionis, & percuties eum ex labijs charitatis meā] i. per verba labiorum meorum, quæ ex charitate filiorum Israel pronunciabo, facies eum seu permittes decipi, atq; corrue re seu occidi, vt spero. Hæc enim dixit ex bona fidutia, non ex certitudine absoluta. Veruntū circa hæc est præcipua difficultas, quæ & in sequentiis quoq; occurrit. Videf eternū Iudith optasse ac postulasse, q; Holofernes eam intuento, accenderet libidinoso eius amore & carnali affectu, quatenus sic deceptus, perimeret ab ea in lecto aut camera. Alium aut ad mortale p̄clm̄, & charitati Dei ac pximi directe contrariū, q; tumcūq; hoc vlt̄ ordinet ad cōmendabile finē immo bonus finis, est appetitus & exquirendus seu obtinendus p; p̄portionata & līcta media. Ad istud dicendū videt, q; Iudith, quis erat virtuosa & prudē matrona, non intendebat Holoferne inducere ad libidinōsum amorem aut cōcupiscentiā vitiōfam, sed ad concupiscentiā talē ac tantā, q; acciperet eam ad suam familiaritatē, vel optaret habere eam & accipere conjugē, non q; ipsa intendēret cum ipso contrahere, quod nec voluit nec licuit ei, videlicet Holoferni. Circa hoc refert Lyra positionem q̄undam, dicentū q; Iudith non peccauit in p̄dicta oratione & sua compositione, qm̄ aliud intendebat, & aliud p̄suidebat. Intendebat quippe sic grata fieri Holoferni, q; posset familiariter esse cum ipso ad eius interiter ppetrandū, quod ei licitum erat, qm̄ fuit aduersarius Dei & boni cōmuni ac cultus diuini. P̄suidebat aut amorem Holofernis illicitum circa se. Non tñ propter hoc debuit dimittere bonum p̄dicū, sicut nec Deus dimitit peccatorē punire, quis videat eum ex hoc deteriorari, vt patuit in Pharaone, sed cō 7.8.9. tra positionem hanc obiectū p̄tractus expōtor, qm̄ eadem est intentio finis, & eorum quæ sunt ad finem, qm̄ appræhendunt ut ordinata ad finem, sicut mobile eodem motu mouetur in medium & terminum. Iudith aut intendebat mortem Holofernis, tanq; finem intenti, ad quem intendebat pertingere per priuatam familiaritatē, & hanc familiaritatē intendebat per ardorē concupiscentiā Holofernis in ipsam, & sic intendebat eum inducere ad p̄clm̄ mortale, sed qui vult positionem istam, que satis probabilis reputatur, defendere, dicere habet, q; Iudith non intendebat familiaritatē illam Holofernis acquirere per vitiosum ardorem concupiscentiā sensualis in ipsam, sed per concupiscentiā talē ac tantā, qua cuperet eam ducere in vxorem, & quis ipsa facilime poterat coniūcere, q; Holofernes eam vitiōse appeteret, non tñ ob hoc debuit p̄curationem familiaritatē illius vitare, sicut qui ab vſurā ſuſtūt accommodat ad vſuram, non peccat, quis sciat q; illi non mutuabit ſibi ſine vſura, qm̄ ipse non intendit eos ad vſuram inducere, sed propria necessitatē consulere, & ſic malo illogi vituit ad bonum ſuum, ſicut & Deus ex malis aliorum elicet multa bona. Hinc in ſecunda ſecunda, quāt. 7.8. loquitur Thomas: Nullatenus licitum est alium ad peccandū inducere, ſed malo ac peccato alterius vti in bonum, est licitum. Nam & Deus vtitur peccatoribus in bonum, dum ex eorum malis elicet bona. Hinc Augustinus Publicolæ ſcītant, an licet vti Augustin. iuramentū iuratis per fallos deos, r̄dit, q; v̄tens iuramento ita iurantis, non ſe ſociat peccato illius, ſed bono eius p̄acto, quo fidem ſeruit, peccaret ſit, ſi illum induceret ad iurādūm per fallos deos, [Da mihi in animo constantiā] i. ne foeminae instabilitate aut mollitie ſeu formidine vincar aut flechar, vt cōtemnā illum] non in q; ūtūm homo est & in officio cōstitutus, ſed in q; ūtūm iniquus est ac tyrannus, hostis diuini cultus, fideliſq; populi, & virtutem] i. abūſum p̄petrat[us] eiūs, vt euertam illum. Sic em̄ de iusto cātatur: Ad nihil deductus est in psal. 14. cōspectu eius malignus. Et iustus fateatur: Despexit oculus meus inimicos meos. [Erit enim psal. 19. hoc memoriale nominis tui] i. opus cōmemoratione dignissimum, in quo oīpotentia ac ſapientia atq; iustitia tuae, excellentia relucebit ac recoletur, immo laudabitur, ſcum manus ff fce

sciminae deiecerit eum; tam superbum, crudelem ac superbissimum hominem, cui nullus virorū seu principum potest aut audet resistere, vnde a pertinacitate innescetur, hoc esse opus pudentiae tua iustissime, quae superbos humiliat, & tam arrogantisimum, tam cōfusibiliter (ut confido) calcabit. Vnde Abimelech videns se per mulierem letaliter vulneratum, dixit armigeros suos: Euagina gladium tuum, & p̄cute me, ne forte dicatur quod à scimina interfactus sum, t[em]p[or]e Non enim in multitudine est virtus tua diei, potestas tua non consistit in copioso exercitu, sicut potestas regis terreni sita est in multitudine adiuuantium eum, sed tu ex te & per te oportens es, & tua potestas potes dare triumphum tam bene per unum, sicut per multis, quemadmodum. Reg. 14. Ionathas ait: Non est d[omi]n[u]s difficile saluare in multis vel in paucis. Secundi quoque Paral. 14. Asa rex: D[omi]n[u]s, inquit, non est apud te v[er]lla distatia, v[er]rum in paucis auxiliis, an in pluribus, neque in equo viribus voluntas tua est; b[ea]n placitum tibi non est in fortitudine equorum, sed in sp[iritu] & deuotio tuorum fidelium, iuxta illud Psal. 146. Non in fortitudine equi voluntatis habebit, nec in tibiis viri b[ea]n placitum erit ei, ideo Prover. 21. asserti: Equus paratus ad diem bellum, d[omi]n[u]s ait: salutem tribuet. Neque superbi ab initio placuerunt tibi immo Esa. 14. in prima aetate mundi superbos gigantes, & in principio creationis supbientes angelos dei cisti, sed humilium & mansuetorum tibi semper placuit deprecationem cum Ecclesiast. 35. scriptum sit: Oratio humilantis se nubes penetrabit, atque Psalm. 149. Exaltabit mansuetos in salutem. H[ab]enamque duas virtutes Deo praepucie placent, & in uicem sunt germanæ, ac tanta excellentia, ut eas Christus potissimum commendauerit à se esse discendas. Discite, ingens, à me, quia misericordia & humilis corde. Vnde & diuinus Dionysius in epistola ad Demophilum scribit, Moses, David & Ioseph maximam apud dominum gratiam inuenient, quoniam mansueti fuerunt. Deus celorum, creator aquarum & Deus totius creaturae, Icūs potestati nullus potest resistere, & exaudi me miseram deprecante; i, afflictam & populo meo intime condolente, ac periculo magno expoſitam, nisi succurras; quia cum pulchra sim, me imp̄i illi in primis feedarent, & de tua misericordia plumentem. Quia per te facere spero, quod meis viribus me posse implere diffido. Memento dñe testamenti tui; i, paci quod cum patribus nostris inisti, quibus & promisisti, quod posteritati eorum ad te cōfugienti succurres, & memor sis obseruantia ac religionis testamenti, quod per Mosen nobis mandasti, vt cas consurges, [& de verbum] efficax, sapientiale et. 19. 20. & bene sonans, in ore meo j[ur]ando mihi gratias loquendi, quod p[ro]positum meum sortiat esse Deu. 47. et in corde meo consilii corroborabit bene iudicem de agendis, vt domua tua] v[er]e templi, in tua sanctificatione; i, in sancto cultu tuo & in consecratione, permaneat] nec v[er]o letur per impios, Et o[ste]ns gentes agnoscat per victoriam nobis tua virtute sustandam. Quid tu es Deus, & alius non est præter te; quod tu solus sis verus Deus, immo quod nullus habeat esse plus Esa. 43. num atque perfectum, nisi tu, cuius comparatione omne creatum esse, est velut non esse.

¶ Expositio cap.10. Factum est autem cum cessasset clamare ad dominum.

Articulus 10.

Q Valiter Iudith se ornauit, & Holoferni occurrit, hic recitat. Factum est autem cum cessasset clamare ad dominum; oratione suam complebat, in qua clamauit potius feruore deuotionis, quam altitudine vocis, surrexit de loco, in qua facuerat p[re]strata ad dominum, vocauitque Abram suam; ancillam non dilecione, sed valde electam, quam nouerat alijs ancillis prudentiore & constanterem ac multum fideli. Vel dicit Abra, quod paulo post, eam libertati donauit. Et descendens in domum suam, absulit a se cilicium, & exiit se vestimentis viduatis suis. Viduas enim decet humiliis, simplex, non curiosus vestitus. Vnde in Genesi legit, Thamar depositisse vestimenta viduatis, ubi lauit corpus suum; forsitan in balneo, ut capacius fieret v[er]tationis. Et vnxit se myrrho optimo; i, vnguento odorifero facto de myrra. Et discriminauit; i, diuinitas & ornare distinxit, crines capitis sui; p[re]discriminalia seu pectines, de quibus Elsa, 3. legit. Et impo[ne]uit mitram super caput suum; i, lertum q[ua]ddam caput decoras. Et induit se vestimentis iuvenis, & vestibus quibus in magnis solenitatis vtebat, vel viro suo viuete solebat aliquip[er] vitæ, siue in nuptiis, & cōsimilibus iuicundis negotijs. Induitque sandalia pedibus suis; i, calceamenta pulchra, in quibus solent celebrare papas & p[ri]stules, assumptaque de tritoliolaj, dextra ornamenta, & lilia; i, ornameta ad caput pendetia, instar lilio; i, formata, & inaures; i, aurium ornementa, & annulos, que ponunt in digitis, & oibus ornamentis suis ornauit se. Cui etiam dominus coruscat splendor, augendo gratiose eius decorum. Quoniam ois ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat; i, ex magnitudine charitatis populi sui, quem cupiuit à piculo liberare, & ex plenitudine devotionis qua affectauit cultu Dei in suo conseruare vigore. Et ideo dominus in illa hanc pulchritudinem ampliavit, ut incomparabilis decole oim oculis appareret. Imposuit itaque Abr[aham] sua a copia; i, mensuram seu v[er]tem vini, & vas olei; i, vasculum cum oleo, & polenam; i, subtilem farinam aut cibum inde confectum. Vel est genus leguminis, & lapates; i, cibos de oleribus, vel secundum q[ua]dam de fructibus factos, & panem & caseum, i, ut his interim vescent, non gentiliis escis. & profecta est. Cumque venissent ad portam ciuitatis;

Bethulie, qui inuenierunt expectantem Oziam & presbyteros ciuitatis. Qui cum vidissent eam, stupentes, mirati sunt nimis pulchritudinem eius; Ozias & sacerdotes, i, Nihil tamen interrogates, eam dimiserunt, dicentes: Deus patrum nostros der tibi gratia; i, prosperus successum in exercitione tui propositi, & omne consilium tui cordis sua virtute corroboraret, & glorietur super te Hierusalem, & sit nomen tuum in numero sanctorum. Et dixerunt hi qui illic erant, omnes una voce, fiat fiat, Iudith vero orans dominum, transiit per portas. Factum est autem cum descendenter monte, qui erat extra & prope Bethuliam, i, circa ortum diei occurserunt ei exploratores Assyriorum, obseruatorum qui per gyrum viris obserabant, ne quis de virbe effugeret, & tenuerunt eam, dicentes: Vnde venis, aut quo vadis? Quoz r[es]pondit: Filia sum Hebreorum. Ideo ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnoui, quod dent vobis in depravationem; i, vestra voluntati exporant ad depravandum, pro eo quod contemnetes vos, noluerunt v[er]tro; i, sponte tradere scipios; i, manus vestras, ut inuenirent misericordiam in conspectu vestro. Hac de causa cogitauit mecum, dicens: Adam ad faciem principis Holofernis, ut indicem illi secreta illorum, & ostendam illi, quod adiutum, accessum possit obtinere eos, ita ut non cadat unus de exercitu eius. Et cum audissent viri illi verba eius, considerabat faciem eius, & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis. Et dixerunt ad eam: Conseruasti animam tuam, eo quod tale reperiisti consilium, ut descenderes ad dominum nostrum. Hoc autem scias, quoniam cum steteris in conspectu eius, bene tibi faciet, & eris gratiosa in corde ipsius. ¶ Circa haec, dubia duo occurserunt. Primum, an licite ita ornauit se. Et videtur quod non, cum sancti patres testentur, quod vir aut mulier ornata se vestiens seu adorans, & suo ornato oculos hoem in se puocans, erat si nullum damnum inde sequatur, th[er]aeternum supplicium patiatur, quia venenum p[ro]buit, si fuisset quod biberet, quod enim sic agit, alios, quoniam in se est, scandalizat. Et vnde homini per quem scandalum venit. Aliud est, Matt. 18. an mentira sit, & mentienda peccauerit, p[ro]ferendo verba iam tacta. Et videtur evidenter esse mentita & peccasse, falsum scienter & ex proposito p[ro]ferendo. Ad primum horum videatur dicendum, secundum praedicta in precedentibus articulo, quod ornatus ille excusat in culpa, quia sic decorauit se, ut posset congrueret appeti ab Holoferne in coniuge, & hoc ultra retulit ad populi sui liberationem. Quanvis talis non sit passim ad imitationem trahenda, sicut nec alia multa quae in scripturis leguntur, & ex inspiratione divina, p[ro]cessisse creduntur, nec aliter excusarentur. Ad aliud quidam respondunt, quod Judith mystice sit loqua. Alii dicunt, secundum quod litera sonat, quod mentita sit mendacio officioso, venialiter quod peccauit. Quibus obiecti possit, quod mendaciū officiolum est, quod est alij viile & nulli nocuum. Hac autem viruta Judith refrebant ab ea ad Holofernes deceptionem, immo & intersectionem. Verum ad hoc posset responderi, quod Holofernes permeruit sic decipi & occidi, atque viuis ei fuit tolli de medio, quod viuendo diutius tota crimina petrare. Videlicet quod dicit posse, quod ironice sit loquuta, secundum quod est Reg. 22. Reg. 22. Michæas ait ad Achab: Ascende & vade prospere, & tradet dominus in manu regis, & tales loquitiones sunt etiam in scripturis frequentes, vt ut phabiliter dicitur, non oportet ipsum Judith à veniali mendacio excusari. Duxeruntque illam ad tabernaculum Holofernis. Cumque intrasset ante faciem eius, statim captus est in oculis suis; i, mox ut eam videt, vulnerata est cōcupiscentia, quod fuit ei deceptio & mortis occasio. Duxeruntque ad eum satellites eius: Quis cōtempnat populi Hebreorum, quod tam decoras habet mulieres, ut non per his merito pugnare debeamus cōtra eos? Ipsi dicunt, non sunt Hebrei isti tam aspernandi, quoniam digni sunt nos cōtra eos pugnare, eo quod vxores eos, ac filia sine tam pulchrae. Itud fuit & vnum malum, p[ro]pter intentionem venerabilis Judith, ex eius ornato secutum, quod assyrii ex ea sic decorata, amplius accendebarunt ad inaudendum Ludæos, & ad violandum eos, filias & vxores. Videamus itaque Judith Holoferne sedentem in conopeo; i, in throno seu solio suo, ad cuius sedis magnificenciam & ornatū fuit appensum subtilissimum rete, sericum ve testiculæ, defendens aduersus muscas & culicū mortuum. Quod erat ex auro & bysso, & purpura, & smaragdo, & lapidibus preciosis intextum, i, insertum. Et cum in faciem eius intedisset, adorauit eum & adoratione dulice. Vel ex similitudine, vel ex potestatis ipsius cōsideratione, quia non est potestas nisi à Deo immo ad procurandum sibi benevolentiam eius in interitu ipso, Rom. 13. prosterneat se super terram. Et eleuauerunt eam servi Holofernis, iubente domino suo.

¶ Explanatio cap.11. Tunc Holofernes dixit ei: Aequo animo esto.

Articulus 11.

R espōsio Judith ad Holofernem, hic scribitur. Tunc Holofernes dixit ei: Aequo animo esto, & noli paucere in corde tuo: illam per concupiscentiam vicit, ceperit mollescit loqui cupientem scimina complacere. Quoniam ego nunquam nocui; i, nisi ex viro qui voluit; i, absq[ue] omni reni susseruire Nabuchodonosor regi. Populus autem tuus, si non cōtempnisset me, non allevassermi lanceam meam super eum. Nunc autem dicit mihi, quia ex causa recessisti ab illis, & placuit tibi ut venires ad nos. Et dixit Judith: Sume ancillas tuae verba, quoniam si sequutus fueris verba ancillæ tuae, faciet rem perfectam dominus tecum. i, perfectum opus iustitiae faciet in te, interficiendo te per me. Haec fuit intentio Judith. Quia tamen per verba haec dedit Holoferni intelligere, quod ff 2. D[omi]n[u]s

Deus daret ei pfectam victoriam de Hebrais. Intendebat namque eum decipere, secundū quod in bello iusto licet ut insidijs, vt Iosue ostendit, ac in Iudicū libro patet simile. Nam & verbis obscuris licitū est veritatem celare, non autē mentiri. [V]iuit enim Nabuchodonosor rex terra, non totius terræ, sed magnæ partis ipsius, intelligēdo per terram, habitatores eius. [& viuit virtus eius quæ est in te] i. porestas eius tibi commissa viget, [& opera]t per te ad correctionem oīm aiarum errantium, ad castigandū & emendandū cōdām de omni gne peccantium, circa quos Holofernes & rex eius erant Hagelā diuinæ iustitia. Dicuntq[ue] aliq[ue] ipsam Judith dixisse hæc verba iurando, sicut cōsuetudinis est scriptura, p[er] hæc formā verborum. Viuit dñs, iū rare. Et sic Ioseph legiū p[er] salutē Pharaonis iurasse. Sed cōtra hoc obiectio nō apparet idonea, qd t[em]p[or]e mox subdit, ad cuius assertionē verba illa inducunt, q[ui] est verē, v[er]o, q[ui]m non solū hoīes seruit ei p[er] te, sed & bestiæ agri obtēperat illi. qd de hoībus certū est. De besijs vero, verificat eo modo, q[ui] p[er] Hieremij & Ezechielē f[ac]tit. Insug[ue] & bestiæ agri dedi ei, seu bestiæ agri obedit illi, v[er]o, Nabuchodonosor regi Chaldeorum. Dicunt aut̄ bestiæ obtēperare homini metaphorice, [N]uncias enim industria]i, solerterq[ue] animi tui universis gētibus]i, qbusdam de oībus, & indicati est omni seculo]i, cunctis habitatibus nunc in mūdo, qbusdam de cūclis, vt si distributio accōmoda atq[ue] loquutio hyperbolica, q[ui]m tu solus bon[us] & potēs es in omni regno eius] i. p[ro]cipue bonus in tuo officio, & potēs in ciuili regimine, ac summus post regē, cōstitutus enī in officio publico solet attribui bonitas dignitatis, quis virtuosi existat, sicut & Paulus apl[us] in Actis ait iudici incredulo: Non insanio, optime Feste, [& disciplina tua]i, informatio seu increpatio primitiva circa rebelles, formibus, puincis f[ac]tūt, nec hoc latet qd loquuntur est Achior. I cuius verba supra habetur. [N]e illud latet, qd iusseris ei eueneris, qd itidem continetur supra. [C]ōstat enim, Deum nostrū sic p[ro]fessum]i, ad populo nostro, vt mandauerit i. insinuauerit, p[er] prophetas suos ad populus]i Hebreos, p[er] tradat eū, ad versarij, p[er] p[ro]fessus. Hoc simpliciter est verē, si referat ad tempora p[re]cedentia, seu subsequentia tēpus Judith, non autē videt verificari p[er] tēpore illo. [E]t q[ui] scīst se offendisse Deū suū filij Israel, tremor tuus super ipsos est]i, in eis est tremor ex cōsideratione excellētis & iracūdias tuas aduersus eos. [I]nsup etiā famē inuasit eos, & ab ariditate aquæ]i. p[er] siccitatē sitis q[uia] patiunt ex caritati aquæ]i seu potus, luxta quē modū loquēdi serf Psal. 108. Caro mea immutata est p[er] poter oleum, i. ex defecitu olei. Clam inter mortuos computant]i, q[uia] mortui sunt, sicut de homine agonizante dicimus, q[uia] sit mortuus homo. Vnde & t[em]p[or] Reg. 20. David fatet: Ego & mors uno mū gradu, diuidi mur. Ita ad literā ita erat. [D]eniq[ue] hoc ordināt, vt interficiat pecora sua, & sanguinē eorum bibat. Quod Leuit. 7. prohibet. Ita interdubum ab offensis seu in necessitate cōstitutis legiū faciūt. Non autē legiū q[uia] filii Israel ad literam hoc egerint, qd t[em]p[or] spūaliter bene egerūt, bestiales motus extirpando, & cōtritione de illis cōcepta, q[uia] p[ro]cul se replēdo, aliq[ue] autē dicit eam in his & sequentib[us] verbis mentit. Glosa vero ait, q[uia] loquuta sit non adulatore negl[ue] medac[i]ter, sed mystice atq[ue] p[ro]phetice. [E]t scīt dñs Dei sui, q[uia] Deus scep[er]it non contingi]i, vasa sacra tēpli, q[uia] tāgēre non licebat, nisi tēpli ministris, vt qdām exponit. Vel primitias & decimas sacerdotibus ac Leuitis deputatas, sin frumento, vino & oleo hæc cogitauerūt impēdere, i. in p[ri]um vsum redigere, vel alienigenis dare seu cōmutare, p[er] frumento, vino & oleo, & voluntē consumere, q[uia] nec manibus debetē cōtingere]i, sacra vasa, qd ad literā verē non sunt. Porro, in necessitate poterūt decima & primitia comedī ab alijs, q[uia] à tēpli ministris, quēadmodū Dauid & existētes cum eo, comedērūt panes p[ro]positionis, vt t[em]p[or] Reg. volumine narrat. Ergo q[ui]m hac faciūt, certū est q[uia] in p[ro]ditionē t[em]p[or]adant. Quod secundū sup[er]ficiem literā ita non sunt, t[em]p[or] spūaliter etiā iusti in hac vita p[ro]ditionibus, i. dānis & tribulationib[us] ac mortib[us] exponunt, qd ego ancilla tua cognoscēs, sugi ab illis]i, p[er] modū sugi etiā veni ad te, seu mente recessi à peccatis eorum. [E]t misit me dñs hæc ipsa nunciare tibi: q[uia] à Deo inspirata est Judith, vt veniret ad Holofernē. [E]go enim ancilla tua Deū colo, etiam nunc apud te, & exiit ancilla tua, & orabo Deum, & dicet mihi, q[uia] eis reddet peccatum]i eorum]i, q[uia] infliget eis debitā penā, p[er] eos p[ro]p[ri]is, v[er]o in particulari ac vniuersali futuro iudicio, q[uia] ad impenitentes, [& venienti] nunciabo tibi, q[uia] Deus hoc iusserit mihi. Vel, nunciabo tibi mētis met conceptū, i. t[em]p[or] Je[us] adducāt te per medianam Hierusalem. Et habebis oīm populū Israel, sicut oves, qbus non est pastor, & non latrabit vel vnuis canis cōtra te, q[uia] mihi hæc dicta sunt per p[re]sidentiam Dei. Iironice dicit hoc, vel figurative, vel quia per apprēhensionē imaginariam poterat Holofernēm sic ducere. sive ut qdām dicunt, officiosa mendacia protulit. [P]lauerunt aut̄ oīa verba hæc coram Holoferne]i, qui accepit ea secundū quod sonuerunt, & pro ipso esse fauorabilia videbant. [E]t mirabant sapientia eius, & dicebāt alter ad alterum]i hoc est, ferri Holofernis mutuo loquebantur. Non est talis]i, tam perfecta mulier super terram in conspectu]i, apparatu venustate]i, morum, sin pulchritudine & in sensu]i, sententiositate]i, v[er]o boy. I quasi dāctū Digna esset coniugio principis nostri. [& dixit ad illam Holofernes]i Bene fecit, qui misit te

te ante populū, vt des illum tu in manib[us] nostris. Et q[ui]m bona est promissio tua, si fecerit mihi hoc Deus tuus? quod promittis, erit & Deus meus. [H]oc videtur dixisse ex quadam emolitione circa mulierem, cuius amore extitit v[er]itus ad complacendū eidem. Aliās magnū non reputabat filios Israhel superare. [& tu in domo] i. familia seu palatio [Nabuchodonosor] regis, magna eris; iudicet coniunx aut concubina mea.

¶ Expositio cap. 12. Tunc iussit eam introire, vbi repositi erāt thesauri eius.

Articulus 12.

Nunc recitur, qualiter v[er]o secretum cubiculi Holofernis perducta sit Judith. [T]unc iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illi manere eam, & constiuit quid daretur illi de coniuvio suo. [E]x quo pater, q[uia] valde honorauit eam, & de eius fidelitate non dubitauit. [C]ui dixit Judith: Nunc non potero manducare ex his, quæ mihi p[re]cipis tribui, i. de cibaris tuis, in quibus sunt aliqua lege prohibita, q[uia] veniat super me offensio]i, hoc est, ne Deum meum offendam, & offensum non reuelet mihi, quando datus sit populum. [E]x his autem quæ mihi detuli, mādū abo, cui Holofernes ait: Si defecerint tibi ista, quid tibi faciemus? Et dixit Judith: Viuit anima tua domine meus, quoniam non expenderet omnia hæc]i virtualia, quæ mecum portauit ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea]i, per obsequium manus mea virtutis operativa]i, q[uia] quæ cogitauit. I quod fuit impletum, quia antequā omnia illa comedit, Holofernes occidit. [E]t induxerunt illam seruit eius in tabernaculum, quo p[re]ceperat, & petiit, dum introit, i. hoc est, quando incepit ab Holoferne recedere ad locum thesaurorum eius, rogauit Holofernes, vt daretur ei copia]i, libertas & facultas, i. nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationē, & deprecāti dominum]i, vt instantē aurora, oraret deuotius sola cum sua ancilla. [E]t p[re]cepit Holofernes cubicula eius suis, vt sicut placet]i, ipsa Judith ad placitum suum, exiret & introiret]i, locum sibi depuratum, & adoraret]i, vbi & quād vellet, Deum suum, per triduum]i postquam intendebat dormire cum illa, & exibat noīibus in vallem Bethulia, q[uia] fuit extra urbē illam non longe, & baptizabat se, scilicet manus, facie, seu plura membraria fonte, qui erat ibi, vt mundior oraret secundum cōfuetudinem Iudeorum, & pulchrior remaneret ob causam p[re]habitam, & vt assidebat de fonte, orabat dominum Deum Israel, vt dirigeret viam suam, ad liberationem populi sui, & introiens munda]i, non inquinata cibis gentilium, aut aliqua legis irregularitate]i, in tabernaculo]i thesaurorum Holophernis, v[er]o dum ac ciperet escam suā in vesperā, vnde appareret q[uia] ieunabat illis diebus v[er]o de sero. [E]t factum est in quarto die]i ab exitu Judith de Bethulia, q[uia] Holofernes fecit cēnā seruis suis]i, solennem, volens post cēnam cum Judith vniuersi. Et aliqui putant, q[uia] voluit cam accipere coniugem. [E]t dixit ad Vagao eunuchum: Vade & suade]i, informa seu induc Hebræam illam, vt sponte consentiat habitate meū. Ex quibus verbis videtur insinuari, q[uia] voluerit eā secū decātre detinere quasi vxorem. [F]ecit est enim apud Assyrios, vt scemina irrideat virum, agēdo ut immunis]i, incognita & non humiliata à viro, transeat ab eo. Tunc introiuit Vagao ad Judith, & dixit: Non vereat bona puella] forte putauit eam adhuc virginē esse, i. introire ad domum meā, vt honoris sit ante faciem eius, & manducet cum eo, bibat viuum in iucunditate. Cui Judith respōdit: Quæ ego sum, vt contradicā dño meo? Omne quod erit ante oculos eius bonū & optimū, i. quādā de omnibus illis]i faciam]i quādā ad aliqua, s. veniendo ad mensam eius, & manducādo cū ipso, atq[ue] intrando cubiculum eius. [Q]uicquid abit placuerit illi, i. de p[re]ambulis ad dormiendū cum ipso, hoc mihi erit optimū omnibus diebus vitæ meā]i, i. erit mihi occasio & mediū exequendi, in eo quod cupio, s. intercessiōne eum secrete in suo cubiculo. [E]t surrexit, & ornauit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem eius. Cor autem Holofernes concussum est]i, i. repente impletum motu concupiscentiā p[ro]domi nantis & ardore libidinis, statim vt ludith venit ad eius p[re]sentia]i. Erat enim ardens in concupiscentia eius. Et dixit ad eam: Bihe nunc, & accumbet hoc est, come de]i i. iucunditate, quoniam gratiam inuenisti coram. Et dixit Judith: Bibam domine, quoniam magnificata est anima mea hodie p[er] omnibus diebus meis]i, i. nunq[ue] fui tācum honorata honore mundo, seu à principe tam potente, vt modo. Et hoc ad literam potuit esse verum. Et p[ro]fertim, inquantum honoratio illa fuit ei dispositio valde propinquā ad exequendum suum intentum in Holoferne, fuit p[re]cipua sublimatio sua. Ipsa tamen tam reuerenter, & quasi fauorabiliter loquebatur, quatenus Holofernes nequaquam se obseruaret ab ea. [E]t accepit]i ipsa Judith [& manducavit & bibit coram ipso]i Holofernes, s[e]a quæ parauerat ei ancilla eius. Et iucundus factus est Holofernes ad eam]i, ex eius p[re]sentia, p[re]supponēs, se mox fructurum obiecto tam concupito. [B]ibit]i vinum multum nimis, quantū vna die nunq[ue] biberat in vita sua. Q[uod] fecit ex immoderata latitia. Et quia impetus passionis sua concupiscentia]i, & ardor libidinis mentem eius obcēberunt, ita q[uia] sine discretione ingurgitauit se.

¶ Declaratio Cap. 12. Vt autem sero factum est.

Art. 12.

ff § DE

Describitur hic decapitatio Holofernis. [V]t autem fero factum est, finita iam causa, festinauerunt servi eius ad hospitium sua, hoc est, tentoria in quibus repausabant. [Et] conculit Vagao ostia cubiculi, Holoferne & Judith existentibus in cubiculo, & abiit. Erant autem omnes videlicet Holofernes & servi eius fatigati a vino, id est, valde inebrati seu ingurgitati. [E]ratque Judith sola in cubiculo cum Holoferne. Porro Holofernes iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus, hoc est, grauiter dormiens. [Dixitque] Judith pueram suam, ut staret foris ante cubiculum, & obseruaret an aliquis adueniret, quatenus sibi hoc insinuaret. Hoc dixit Abr[aham] sue antequam introiit in cubiculum Holofernis. Vel egresso Vagao eunuchus, aperuit ostium cubiculi, & paulisper egrediens, dixit istud ancillae suae. [S]eruitque Judith ante lectum Holofernis, orans cum lachrymis, & labiorum motu in silentio, dicens: Confirmata me Deus Israel, & respice in hac hora ad opera manuum mearum, ut sicut promisiisti, Hierusalem in ciuitatem tuam erigas &c. hoc est, ab Assyriorum istorum iniustis eripias, & eam exaltes, seu reaedicari perfecti facias. Quemadmodum enim Esaias, Hieremias, Ezechiel praenunciauerunt viribus illius destruacionem ante Babyloniam captivitatem, sic predixerunt eius reparationem post redditum ab eadem captivitate futuram. [Et] cum haec dixisset, accessit ad columnam, quae erat ad caput lectuli. Et pugionem cui exoluit, id est, ensem paruum bis acutum Holofernis, dissoluit. [Cumque] euaginaset illum, apprehendit cornu capitum eius, & ait: Confirmata me Deus in hac hora, & percussisse bis in cervicem hoc est, collum eius. [& abscondit caput eius] Vnde constat quod fortiter viriliterque percussit. & abscondit conopeum eius. [J]udicet ipsi Holofernis, de quo conopeo dictum est supra, quod secum portauit, ut infra elucescit. [Et] euoluit corpus eius truncum, hoc est, corpus Holofernis capite truncatum traxit a lecto in terram, ut patet sequenti capitulo, quatenus cubicularius, ingressurus ante alias cubiculum, maiori concuteretur horrore, viso cadavere. [Et] post pusillum exiuit, & traxit caput Holofernis ancillae suae, & iussit ut mitteret illum in peram suam, & exierunt duae secundum confuetudinem suam, quasi ad orationem suam. [H]oc est, quasi ad orandum in valle Bethulia, sicut iam ante fecerunt noctibus tribus, & transferunt castra. id est, tentoria ac militiam Assyriorum pertransierunt, ita quod exploratores seu vigiles Assyriorum eas non accesserunt, nec interrogaverunt, quoniam data fuit libertas exequendi ad orationem ipsi Iudit. id est, ad Holoferne, saltem per tres noctes, & forsitan non viderunt eam. [Et] gyranter, id est, circueunte Bethulia, venerunt ad portam civitatis remotoorem a circuante Affyriorum exercitu, & dixit Judith a longe custodibus murorum quibus preceps gaudio acclamauit, certa, quod ab Affyriis audiri non posset. Aperite portas, quoniam nobiscum est Deus, per speciale effectum misericordie atque potentiae sua, ideo subditur. Qui fecit virtutem in Israele, id est, per me sciamen Israelim, fecit magnum & potentem effectum. [E]s factum est cum audissent viri vocem eius, vocauerunt presbyteros ciuitatis, ac ceteros principales, & concurrerunt ad eam omnes a minimo usque ad maximum, quoniam sperauerunt id est, simuerunt paulo ante, [eam iam non esse venturam] Sicque sperare, quod proprie sumptum, est praeftolatio de bono futuro, sumitur his multum improprie pro timore. Itaque timuerunt eam non esse reuersuram, sed ab Affyriis detentam & violatam, aut ob suam remittentiam interficiam. [Et] accedentes luminaria, congyraveruntque in circuitu stetentes, circuca eam vniuersitatem nova audire in tam arduo casu. Illa autem ascendens in eminentiorem locum, ut videretur & audiretur a cunctis, iussit fieri silentium. Cumque oestacuisserit, dixit Iudith: Laudate dominum Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se ives nos, qui in tanto periculo cum fiducia in uocavimus eum. [Et] in me ancillam suam adimplente misericordiam suam, i.e. multiplicem effectum sue pietatis copiose exhibuit mihi, & intersectum in manu mea, i.e. p. obsequiū manū meā, quā una tenuit cornū Holofernis, alii intuītū illū, hostem populi sui in hac nocte. Et pferens de pera caput Holofernis, ostēdīt illis, dicens: Ecce caput Holofernis principis militiæ Affyriorum. Ecce conopeum illius] quod fuit expansum ante lectum ipsius ad repellendū muscas & culices, [in quod recumbebat] i.e. infra quod iacebat in ebrietate sua. [Deinde] iurat se intagliam rediſſe, sicut pater in textu q. plan⁹ est. [V]niuersitatem adorantes dñm [cum laude & gratia] acīōe, quemadmodum iam Judith admonuit, dixerūt. Bñdixit te dñs in virtute sua] i.e. in omnipotētia sua multiplicauit in te dona & bñficia sua, per quod fecit te bñdicāt, atque ab oībus bñdicāndā, [qua p. te ad nihilum redigit inimicos nostros] i.e. cecepit redigere, & mox plen⁹ rediget. Ia ēm̄ plupponēbat se pualituros exercitū, cuius princeps fuit occisus. [Porro] Oſias princeps populi Israel, dixit ad eā: Bñdixa es tu filia à dño Deo excelsis p. oībus mulierib⁹ dñi sim acceptis, sup terrā existētibus tēpore isto. Verūtā nō ipse illo non fuerit aliq. mulier in hoc mūdo sanctior q. haec Judith, vide incertū, nec Oſias scire hoc potuit sine revelatione diuina. Sed cōstat q. q̄tū ad specialia qđā bñficia, & q. ad aliq. belica gesta, fuerat p. tūc p. ceteris mulierib⁹ bñdīcta. Quod de q̄libet scīō dicit cōfessore! Non est inuētus similis illi. [Bñdictus dñs, q. creauit cālū & terrā, q. te direxit in vulnera capitū principis

cipis inimicorum nostro] i.e. ad vulnerandū & amputandū caput principis inimicorum nostrorum, [qua hodie] i.e. in hac nocte, [nomē tuum] i.e. te ipsum [ita magnificauit] per clarissimos actus, q. fecit p. te, & ad quā agēdos te spirauit, direxit, corroborauit, vt nō recedat laus tua de ore hominum, q. memores fuerint virtutis dñi in eternū, pro quibus nō peccasti animę tuę propter angustias tribulationū generis tui, sed subuenisti ruinam ante cōspectū Dei nostri. Et dixit omnis populus, Fiat, Fiat! Iscilicet videmus implētū. [Porro] Achior vocatus venit. Gentilis nāc & incirculatus existēs, nō se ingessit in pp̄lm Dei, nisi vocatus. [Et] dixit ei Judith: Deus us Israel, cui testimonii dedisti q. vlciscat se de inimicis suis, ipse caput omnī icredulegi inclidit hac nocte in manu mea. Vides autem Achior caput Holofernis, angustiasque in horrore cōtus ex tā inopinato & arduo facto, [q. pauore] i.e. admiratio & qđā formidine, cecidit in faciem suā sup terrā. [T]ales eternū vehementes passiones partis sensitivae sunt cū grādi & immode rata alteratio corporalis nature, sicque debilitate inducent & casum, & glauca anima eius] id est, ad anxietatem, sudorem, ecstasim quandā deuenit anima, quia & omnipotētia ac p. videntiam Dei in isto intuebatur negotio. [Postea vero q. reaſumpcio spiritu recreatus est] id est, rationis iudicio & viribus paulatim recuperatis, [procedit ad pedes eius] videlicet Iudit, & adorauit eam adoratio dulcē, ppter eminentiā virtutisatis ac sapiētiae suae. [Et] dixit: Benedicta tu à Deo tuo] i.e. Deo vero, & ad eis honorē & laudē, in omni tabernaculo lacob] i.tota posteritate Iacob patriarcha, [qm̄ in omni gēte qua audierit nomen tuū] i. gesta tua percepit, magnificabit Deus Israhel sup te] i. Deus omnipotēs magnifice laudabilis ex consideratiōnē beneficiorū, q. cōtulit tibi. Et mirabiliter qua fecit per te. Ecce q. infinita est p. f. etio pudentia ac sapientia Dei. Qui cuncta tam præclare disponit, & superbos humiliat, immo eos qui animosissimū se extollunt, confusibilis deīcit.

[Expositio Cap. 14. Dixit autem Judith ad omnem populum.

Art. 14.

Congressus Hebreorū cōtra Assyrios, hic recitat. [Dixit autem Judith ad omnem populum:] Audite me fratres, Suspedit caput hoc sup muros * vestros in signū diuinū subsidij, & vt capitis huius intuitione cōcipiat maiore cōtra hostes audaciā, quādmodū 2. Mach. 15. fertur de Iuda Machabaeo. Sufpedit autem caput Nicorais in summa arce, vt effet manifestū signū a diuītō Dei. [Et] erit cum exierit sol] de hemisphērio inferiori ad hemisphēriū superius, & valde mane. [vñus quisq; aptus ad præliū, s. vir q. sit viginti annos, prout describit Nūmeroz] i. accipiat arma sua, & exire cū impetu] i. audacter & cito quasi nihil timētes, non ut descēdat, *deorsum] eundo tarde & timide, sed quasi impetu faciētes. Tunc exploratores, neceſſe erit, vt fugiant ad principem suum excitandum ad pugnam. Cumque duces eorum cucurserint ad tabernaculum Holofernis, i. qm̄ sine scitu, nutu & dispositione principis militiæ, non audebat præliū inchoare aut gerere, & inuenient eum truncum] i. capite truncatū, & decidet sup eos timor. [C]umque cognoventer fugere eos, ite post eos securi] de victoria, i. qm̄ dñs contēret eos sub pedibus vestris. Tunc Achior videns virtutē, quā fecit Deus Israhel i. magnificū illum effectū Dei, ḡelicito ḡētitatis ritu] i. cultu idololatrici, credidit Deo] i. legem Mōsis acceptauit, credens contētis in ea. [Et] circumcidit carnē p. rāpatū] i. circuclidi fecit secūdūm legis tenorē. [Et] appositus est ad populum Israhel, & omnis successio generis eius. Præterea queri potest, qualiter licuit Hebreis ipsum Achior ad suam communionem ita suscipere, cum in Deuterono. 32. iussit dñs: Ammonites & Moabites etiā post decimam generationē non intrabunt in Ecclesiā Dei in eternū. Respondeat, q. illud præceptum dispensationē admisit ex inspiratione diuina in certis personis, ppter eāq. p̄cipiām deuotionē & benevolentiā circa Deum, legis & populū eius, sicut in Ruth Moabitide, & isto Ruth 4. Achior Ammonite, prout Thomas in prima secunda magis declarat. [Mox autem vt orta est dies] His referit, qualiter executi sint filii Israhel iussionē Judith, nec est difficultas in litera, idcirco nec immorandi. [Quod vidētes exploratores, ad tabernaculum Holofernis cucurserūt.] Vel ad tentoria Affyriorū, intelligendo plurale per singulare. [Porro hi qui tabernaculo erat Holofernis, ante ingressum cubiculi p̄sparentes, & sonitum faciētes cum motu pedum,] ac alijs signis, in quietudinē arte moliebant, vt nō ab excitatibus, sed à sonantibus Holofernes evigilarent] i.e. cum industria exercebant resonantia quadam. [Nullus enim audebat tabernaculum virtutis Affyriorum] i. adēm, cameram seu cubiculum regis aut principis Affyriorum. Epulando autem intrando per ianuam, p̄aperire. Sed cum venissent ducen. qui singulis p̄cipiāt aciebus, & tribuni] qui dicunt p̄fuisse mille viris, dixerunt cubicularis, qui confidētientis intrant cubicula dominorum suorum. [Intrate, & excitate illum. Qm̄ egressi mutes de cavernis] i. latibus suis, causi sunt nos provocare ad plūm. Itam aspernante locuti sunt Affyri de Israhelis ex magnitudine elationis, ideo meruerit ab his, quos pro nihilo reputabant, deīci. [Tunc Vagao ingressus cubiculi eius, sicut in cortinā, & plausum fecit manibus suis. (Supicabat enim illū cū Judith dormire) sed cū nullū motū iactēs sensu aurū caperet, accelerat proximās ad cortinā. Et elevat eam, vidētque cadaver absq. capite Holofernis in suo san-

ff 4 ḡētia

guine tabescitum] i. infectū atq[ue] feedatū, iacere sup terrā, exclamauit voce magna cū fletu, & scidit vestimenta sua, & ingressus tabernaculū ludith, nō inuenit eā. Et exiliuit foras ad populum, & dixit: Vna mulier Hēbræa fecit cōfusione] i. cōfusibile homicidiū, occidendo princi pē nostrū [in domo regis Nabuchodonosor] i. in populo eius. [Ecce ēm Holofernes iacet in terra, & caput eius nō est in illo. Quod cū audissent principes virtutis] i. exercitus seu acerum [Assyriorū], sciderunt vestimenta sua] pra dolore. [Et intolerabilis timor & tremor cecidit super eos, & turbati animi eoz valde. Et factus est clamor incōparabilis in medio castrorum eo rum, iaudientes ēm principem suū esse occisum à muliere Hēbræa, non confidebant se posse resistere viris Hēbræis contra se venientibus & armatis.]

¶ Declaratio Cap. 15. Cumq[ue] omnis exercitus decollatum Holofernem audisset.

Articulus decimusquintus.

Fuga & debellatio Assyriorū hic describuntur: [Cumq[ue] oīs exercitus] Assyriorū [decollatum esse Holofernē audisset, fugit mēs] i. vni rōnis q[ue] ad multa, & cōsilii ab eis] ita q[ue] non cōserebat, nec inquirebat de modo resisteendi Hēbræis, q[ue] respectu Assyriorū paucissimi erāt, ac vlciscēdi tā cōfusibile morte principis sui. [Et solo tremore & metu agitari, fugi] cōfidū sumū] i. fugā, p[ro] remediū ac subficio astupserūt, [ita vt nullus loqueret cū p[ri]mo suo, sed inclinato capite relictis oīb[us] euadere festinabat Hēbræos, q[ue] armatos sup se venire audierāt. Sic ēm timor p[re]dominās & perturbatio obtenebrauerāt corda eoz, nec egerūt, quēadmodum i. Macha. 2. exercitus lonathā narrat fecisse: Qui cognoscēt Lonathā dñm suū perire, hortati sunt se mutuo ad resisteñdū hostibus suis sup le venientib[us], & ipsos hostes verteñt infugam. [Fugi]tēs] Assyriorū p[ro] vias cāpōs & semitas collūs fugiētes cū de bello diuisim, p[ro] diuertis fu- gūt vias. [Itaq[ue] filii Israēl vulnātes] i. alte clamātes, [post ipso]s] Assyrios fugiētes. Et q[ui]m Assyrii nō adunati in fugā ibāt p[re]cipites] i. huc illucq[ue] ruētes seu vacillātes, [filii aut̄ Israēl uno agmine] i. pariter adunati [p[re]sequētes] Assyrios p[re]dibilitatē vulnerādo aut occidēdo, eoēs q[ue] inuenire potuerūt. Misericōdū nūcōs Oziās p[ro] oīs ciuitates & regiōes] i. p[ro] terras 12. tribuum Israēl. Oīs itaq[ue] regiō illa [co]sīcēt vrbis elecēta iuueniēti, elegantes robustosq[ue] iuuenes bellatores carmāta misit post eos] i. ad insequēndū Assyrios, & p[er]secuti sunt eos in ore gladii, q[ui]c p[ro] ueniēt ad extremitatē finiū luogo. Reliq[ue] aut̄ q[ue] erāt in Bethulia, igressi sunt castra Assyriorū, & p[re]dā abstulerūt. Hi vero q[ue] viatores reuersi sunt labūtūtēs Assyriorū, [oīa q[ue] erāt illo]q[ue] q[ue] s. Assyrii fugiētes reliquerūt in cāpis atq[ue] tētoriis, [abstulerūt, Ioāchim aut̄ sumū p[ot]ifex] qui supra vocatus est Eliachim, secundū, p[ab]iliorē opinionē, evenit in Bethulia cum vnuersis presbyteris suis, vt videat luoth. Naturale nūc est homini, libenter videre eos q[ue] magna & mira atq[ue] insolta operant. Nam & in ip[s]is authoribus mirabilia gesta eoz quādāmodo cōspicim̄, sicut effectus in sua causa. Similiter hoīes emīnēter sapientes & sancti, libēter videant, sicut & cōstera q[ue] magna excellētia sunt: [Qua cū existet ad illū, b[ea]dixerūt] i. laudārūt illā om̄es, videcīt p[re]fex & sacerdotes, [vna]i. cōsonāvoe dicētes] seu vno verba alterius approbāte & conformatēte: Tu gloria Hierusalē] i. obiectū, causa & materia glorię & honoris ciuitatis Hierusalē & habitatorū ipsius, q[ui]n eruisti eam & templū ac habitationes in ea à magnis periculis, & à violacione diuinū cultus. Sic quoq[ue] tuū es [latititia Israēl] i. Israēlitice nostri plebis, quā nūc magnificētati casti. [Tu honorificētia populi] i. cuij i. causa & materia honoris & sublimationis tuog[ue] conciūtū propinquos & amicos. [Quis fecisti viriliter, nō mulierizer, & gratia sic agendi acceptisti à dñe, & confortatū est eoz tuū, eo q[ue] castitatem amaveris] i. viduālē ex charitate, hoc est, Dei inuitu & amore, sine q[ue] nihil est meritoriu apud Deū, & post virū tuū alez̄ nescieris] cum tā lis iuuenis, pulchra, opulēta, nobilis, & multa familiā habēs. [Et ideo manus dñi cōfortavit te] ad faciendū opus tā magnū. Et eris benedicta in ēternū, i. in eccl[esi]a militate laudaberis vñq[ue] in finē mūdi, atq[ue] in triūphate eccl[esi]e eris p[er]petua gloriōsa. [Per dies aut̄ trīginta vix collecta sunt spolia Assyriorū à populo Israēl. Porro vnuersis qua Holofernes peculiaria fuisse probata sunt,] i. cuncta qua ludith & populus certe aut̄ probabilitē cognoverūt p[ro]prie p[er]tinuisse ad Holoferne & vñlū ip[s]ius, de derūt ludith in auro & argento, & vestibus, & gēmis, & omni supellecīli, & tradita sunt illi emnia à populo] tanquam viētri principis tanti, & procuratrici toris vici oris.

¶ Elucidatio Cap. 16. Tunc cantauit canticū hoc dño Iudith. Art. 16.

Finaliter introducit hic laus & gratias actio ludith, quā obtulit Deo in recognitionem beneficiorum suorum ac tanti triumphi. Consuetudo aut̄ em fuit ludith, de magnis beneficiis atq[ue] victoriis canticū Deo offerre. Tunc cātāuit canticū hoc dño ludith, dices: Incipit oīo in tympanis] i. cū talibus musicis instrumentis incipite Deū laudeare, quatenq[ue] ex melodia musicorum, puocemini ad devotionem maiorem, & eadē ratione [cātāre dño in cymbalis.] Perro tympanū est pellis seu corium sup lignū extēntū ex vna parte, & significat carnis castigationē ac mortificationē, spūalemq[ue] iuunditatē in tali virtute, exercitio consistentē. Cymbalū vero est musicū instrumentū, ex permixtis metallis sonum reddēs acutum. [Per-

Per quod vnanimis plurima psalmodia, seu laus Deo oblata, exprimit. Idcirco q[ue] carnē suam cū vitijs & cōcupiscentijs crucifigit, atq[ue] cū alijs cōcorditer plalit, spūaliter cātar dño Deo in Galat. 5. cymbalis, iuxta illud Ro. 15. Vnamis vno ore honorificēt Deū. [modulāmī] i. cātate il Psal. 150. li. [Psal]mū nouū] i. recēs p[ro] nouis beneficijs istis. [Exultate] spūali latitūs, & inuocate nomē eius] i. ex itimo cordis affectu ipsum orate. [Dñs cōtērēs bella]i, bellatores & bella iniusta cōtra populū suū insurgeūt destruēs, dādo victoriā suis fidelib[us], sicut Exo. 14. & 17. lo sue 6. 8. 10. 11. lūdic. 1. 6. 14. libritq[ue] 1. Reg. 5. 7. 8. 2. Reg. 21. 2. Par. 25. & 1. Macha. 3. & 5. copiose describit. Inuisibilū quoq[ue] hostiū tentamēta & p[ro]la, facit superari ac destruē, iuxta illud Ro. 16. Deus conteret satanā sub pedibus vestris velocior. [Dñs nomē est illi, qui posuit castra sua] i. tentoria seu exercitus tuos, vel angelos subsidia, de qbus lohel. 2. Multa (inquit) sunt nūmis castra Dei, fortis & faciētia verbū eius. Vnde vīsis angelis sibi obuātibus, Jacob ait Gene. 31. Castra Dei sunt hēc, t[em]p[or]e in medio populi sui, vt eriperet nos manu omnīū inimico rum noītōrū] visibiliū & inuisibiliū, iuxta illud Psal. 90. Angelis suis mādavit de te, vt custodiant te in omnībus vijs tuis. De qbus & 4. Reg. 6. loqui Helisaeus; Plures nobiscū sint q[ue] cum illis, i. cū prauis hominib[us]. [Venit Astur]i, exercitus Assyriorū cum principe suo, ex montibus ab aquilone] i. p[ro] loca montosa à plaga septētrionali secūdū vñū respectū, vt tacitū est supra, & in multitudine fortitudinis] iuxta, cuius multitudo obturauit torrētes] eos terra repleo aut epotado p[ro] se & p[ro] sua iuēta. [Dixit se incensu]s b[ea]s meo]i, oppida, villas, castella terre, p[ro]missiōis. [Et iuuenes meos occisi, gladio, infantes meos dare in p[ro]p[ri]a, & virgines in captiuitatē. Deus ait omnipotēs qui ait Hiero. 49. Qui similiſ mei, & q[ue] sustinebit me? & q[ue] est iste pastor qui resistat vultui meo?] noctū] i. leſu] i. secūdū antiquā grammaticam, & tradidit in manus sc̄emina] principe Assyriorū. [Et confudit eū] i. cōfusibilitē se cit occidi. [Non em cecidit potē eoz a iuuenib[us]] i. Holofernes princeps & potētior, inter suos. Quēadmodū emi naturale robur corporis p[ro]cipe cōsistit in corde, sic fortitudo exercitus in principe militiae. Hinc libro d[omi]n[u]s militari ait Vegetius. Quōd sicut cor est in medio corporis, sic princeps militis esse debet in medio sui exercitus. Itaq[ue] potes ille nō cecidit à iuuenib[us], i. interfectus nō est manu iuuenū, q[ui] in bellis frequētēs se exponit periculis, vt magnum aliqd agere videant, & probitātē ostendat. Vnde 2. Reg. 8. Abner dixit ad loab: Surgat pueri & lūdat corā nobis, quoq[ue] vnuſq[ue] defixis gladii suū in latus contrarij. Et vocatus est locus ille ager fortū, [Nec filii Titani p[er]culerūt eū] i. Filii Titan dicunt qdā Gracōs valde excellētēs in virib[us], q[ue] interētū vocant̄ Titanes. Titan quoq[ue] nōnūq[ue] pro sole accipit. A quo dūcunt Titanes, quasi mūdū sua p[ro]prietate illuminatēs, idcirco ineptā videtur expositio intelligentiū p[er] filios. Titan filios gigātis sive gigantēs. De quibus & subditis] Nec excelsi gigantes opposuerūt si illi. Sed ludith filia Merari, i. cuius genealogia supra descripta est, [in specie facie] sicut isto lūtūtē eū] hoc est, p[ro] pulchritudine traxit eū in laqueū mortis, iuxta sensum introductū, ex qua expositiōe patet sensus verbōs sequētū. Exuit se vestimēto vñlūtatis, vñ que ibi, amputant̄ ceruicē eius pugione] i. gladio brevi p[ar]angēti. [Horruerūt per se constātiam eius] hoc est, horror inuauit corda Persag[ue], ex cōsideratione cōstantiæ ludith, quā tāniū principē aūta fuit inuadere. [¶ Medi audaciā eius.] i. Hi Persa & Medi fuerūt in Assyriorū exercitu, qui cū stupore cīmuerūt tam horredam sui principis mortem à femina atētātam. [Tunc vulnauerūt castra Assyriorū] hoc est, acies eoz miserabiliter clamauerūt, sicut in quarū decimū fine capitiū legit. Factus est clamor incomparabilis in media castra eoz. [Quando apparerūt humiles mei] hoc est, filii Israēl, p[er]tētūt habitatores Bethulia ad Deū humi- liter clamātētes [arescētēs in siti] hoc est, aridi p[ro] potus inopia. [Filii puerillaz cōpunerunt eos] i. filii Israēl ex Hēbræis puerillis nati, simul vulnerauerūt & punxerūt fugiētes Assyrios. [Et perierūt Assyrii in p[re]lio a facie dñi mei] hoc est, ab asperū & adiutorio Dei occisi sunt Assyrii, in illa impugnatōe eis ab Hēbræis illata. [Hymnū cantemus dño, hymnū nouū cātēmus Deo nostro, Adonai dñe magnus tu.] Adonai, est nomē Hebraicū, quod interpretatur dñs. Sicq[ue] duo hac nomina idem significat. Et vnum est expositiū alterius, sicut cum dicitur, Abba pater, atq[ue] vt afferit Glosa, Adonai est vnum de decem nominib[us] Dei apud Hebræos. Præterea aliqui libri habent, Adonai dñe Deus. Et sic magister in historijs ponit, ad dens: Super hoc cāticū inuenis, quod dicit Hieronymus sup Psal. 8. Domine dñs noster, Hiero- Psal. 8. terges dñm, apud Hēbræos ἔχετο, hoc est, ineffabile. Secundū vero est nomen domini coniūne. Itaq[ue] Adonai domine, magnus es tu, nō corporis quantitate, sed in circumscrip- Roma. 8. tibili maiestate, & prorsus infinita perfectione. [Et p[re]clarus in virtute tua] hoc est, excellētissimus potestate & sanctitāte, ac in teipso superplendidissimus & suppulcherrimus, in- Gal. 4. accessible lucē inhabitan̄s. [Tibi seruat̄ omnis creatura tua, quia dixisti, & facta sunt miseri- 1. Tim. 6. tū sp̄itū tuū, & creata sunt] i. imperium effudisti, seu Sp̄iūfanci potestate in opus procedere voluisti, iuxta illud Psal. 32. Verbo domini cāli firmati sunt, & sp̄itu oris eius omnia

Marc. 14.
Roma. 8.
Gala. 4.
Hiero-
Psal. 8.

vñlū
vñlū
vñlū
vñlū
vñlū

virtus eoz. Et non est qui resistat voci tuę hoc es, tuo imperio, quo absolute vis aliquid fieri. Nullus quoq; potest verbis diuinaz iussioni de iure resistere, quibus tñ de facto multi resistunt. [Montes à fundamētis movebunt cū aquis,] quando tu iussis, iuxta illud Psal. 103. Qui respicit terram, & facit eam tremere qui tangit montes, & sumigat. [Petrus sicut cera liquescent ante faciē tuā] hoc est, ex maiestatis tua p̄sentia & p̄cepto. Quod tamē imminentे futuro generali iudicio, maxime fiet p̄ ignem conflagrationis, secundū illud Psalm. 96. Ignis ante ipsum p̄cedet. Item q̄ Psal. 68. Montes sicut cera fluxerūt a facie dñi. Hinc fertur lob. 9. Qui transstulit montes, & nescierūt hi quos subvertit. Qui commouet terram de loco suo, & columnā eius concutient. Ecclesiast. quoq; 16. ait: Ecce cælum & cæli cælorum, abyssus & vniuersa terra, & omnia quæ in eis sunt, in conspectu Dei commouebunt, mōtes simul & colles, & fundamenta terra, & cum conspexerit illa Deus, tremore concutient. [Qui autem timet] filialim timore, p̄seueranter v̄sq; in finem, magni erant apud te p̄ omnia.] Quia fulgebunt sicut sol in regno suo, & nihil deerit eis. [V]a genti insurgebit sup genus meum] id est, contra filios Israel, & nunc contra Christianos iniuste se erigenti. [Dominus enim omnipotens vindicabit in eis] peccata eoz contra fidèles commissa, iuxta illud Deute. 32. Quia sanguinem seruoz suoz vlciscet, & vindictam retribuet in hostes eoz. [In die iudicij] generalis ac particularis [visitabit illos] visitatione peccate & condemnationis. De qua loquitur Sophonie 1. Visitabo sup omnem qui arroganter ingredit, & visitabo sup viros defixos in fæcibus suis. De qua visitatione loquitur Esa. 24. Post dies multos visitabunt. Quia damnati post quācunq; seu quantumlibet longam durationem punient. [Dabit enim ignem & vermes in carnes eoz] Iuxta illud Eſ. 66. Vermis eoz non moriet, & ignis eoz non extinguet. Ideo subditur: Vt vrant & sentiant v̄que in sempiternum; & de igne illo nulla est dubitatio, quin vere sit corporalis & acerime puniens, sed non consumens. Porro de verme communiter dicitur, q̄ sit spiritualis, videlicet remorsus synderesis. V̄ erga quia hic dicit, Dabit ignem & vermes in carnes eoz aliqui, vt Haymo & eum sequentes, de corporalibus, edacibus, horribilissimis ac monstruosis vermibus istud exponunt. De q̄ nuper plenius scripsi sup illud Ecclesiastici 7. Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impn. ignis & vermissidcirco hoc loco p̄transeo. Amplius veneranda hæc Iudith, ac populus non fauidibus tantum, sed & sacrificiis Deum honorauerunt, sicut subiungitur: [Et factū est post hæc, omnis populus] i. quidā de omnibus, præsertim maiores ac bellatores post victoriam, [venit ad Hierusalem,] vbi erat locus sacrificiorum, [adorare dñm] quem in omni loco poterat adorare, sed adorare cum sacrificiis non licet, nisi in templo, nisi ex inspiratione & dispensatione diuina. [Et mox vt purificati sunt omnes,] secundū legem, De purificatione aut̄ redeuentium à bello, legi Numero. 31, qui purificabant asperzione aquaz iustificationis, de qua iterum Numeroz 19. habet. obtulerit holocausta,] qua ad diuinaz maiestatis honorē & oculiter incedebant, in signū, q̄ rationalis creatura debet se totā Deo offerte, ac diuino mācipare obsecuio, & vota] i. voruas seu spontaneas hostias, [& re promissiones suas] i. oblationes quas facere pmiserunt. De quibus omnibus in Leuitico legit. [Porro Iudith vniuerfa vafa] i. arma bellica Holofernis, quæ dedit illi populus, & conopeum,] de quibus iam dictū est, obtulit Deo & totius victoriae donatori in recognitionem & iugem commemorationem beneficioz ipsius. Propter quod subditur in anathema obliuionis] i. ad condemnationē & exclusionem immemorationis beneficioz tantoq;. Fecit em̄ ea suspidi vel referuari in templo, vt filii Israel ea in iuuenio, memores semper essent beneficioz istoz. Erat aut̄ populus iuuenius secūdum faciem sanctoz. I. spirituali latitia secūdum apparatu hominum virtuosoz, & sicut in faciebus sanctoz viroz solet ex interiori syncretitate & iucūditate interna, iucūditas quādā forinsecus ac claritas relucere. [Et per tres menses gaudiū huius victoriae celebrav̄t cū Iudith. Post dies aut̄ illos vnuquisq; rediit in sua. Et Iudith magna facta est in Bethulia,] q̄a creuit quotidie in sapientia & virtute, & in honore habebat p̄cipuo. [& p̄clarior erat vniuersa terra Israel] i. clarissima muliez Israelitaz tēpore illo. Erat aut̄ virtuti castitas adiuncta, ita vt non cognosceret virū omnibus diebus vita suæ, ex quo defunctus est Manasses vir eius. Erat aut̄ festis diebus p̄cedens cū magna gloria. Nō vti q̄ cū fastu & pompa, sed ex deuotione, & pro Dei honore, qui eam sic exaltauit, & cuius gratia considerabat in ea. Processit aut̄ cū deceni ornatu atq; familia, put decuit excellētiā, & gloria habat in dñō. Manas sit aut̄ in domo viri sui annis centū & quinq;. Non q̄ tot annis habitauerit in domo mariti defuncti, sed tadiu, q̄ puenit ad annos vita suæ centū & quinq;. [Et dimisit Abram suā libram] i. liberavit, immo & locupletauit eam abfide, quā dīlexit vt filiam, iuxta illud Ecclesiastici 33. Sernus fidelis sit tibi dilectus quasi anima tua, & quasi filii tracta eū. [Et defuncta est ac sepulta cū viro suo in Bethulia, luxi] q̄cā populus diebus septē,] sicut Ecci 23. scriptū est. Lucius mortui, dies septē. Lucius aut̄ fatui & iniqui, omnes dies vita eoz. [In omniā aut̄ spacio vita eius nō fuit qui perturbaret Israel,] hoc non potest intelligi, sicut sonat, cū ea vivente

Aly

Dani. 12.

Matt. 13.

Haymo.

Assyri grauissime perturbauerint Israēl. Sed sensus est, q̄ in spacio vita eius post p̄statā victoriā nullus generalē persecutionē Israēlitico intulit populo. [Et post mortē eius multis annis.] Et hoc meritis sanctæ foeminae huius. [Dies aut̄ victoriæ huius festiuitatis, ab Hebreis in numero sanctoz & festiuoz diez accipitur & colitur à ludæis ex illo tēpore v̄sq; in præsentem diem.] Atq; vt in Scholastica historia fertur, Cambysa est vocata à Cambyses seu Nabuchodonosor rege, ad Dei honore ac imp̄ regis confusione. Præterea constat, hanc magnanimē, castam & feruidā ludith, fuisse figurā virginis gloriose atq; Ecclesia, Holofernem autem & eius exercitum, designatis diabolum & angelos tembrar, qui semper impugnat Ecclesiam. Beatissima aut̄ Maria virgo prorsus deuicit diabolum, sicut de ea Deus p̄didxit illi iniquo nimirū citias ponā inter te & mulierē, ipsa conteret caput tuum. Et quanta Christifera virgo & sancta Ecclesia in omni virtute & gratia pulchriorē existunt, tanto plus imp̄s ille eas subuertere n̄sus est. Sed ip̄s profrauerūt eum proprio pugione ipsius, dum tenamenta illius penitus confutantes, per ea sibi p̄s meruerūt coronam, & illi procurauerunt confusione, cunctis quoq; fidelibus formam resistendi dæmonibus ostenderūt ita, q̄ fides exemplis & documētis virginis benedicta, & almae matris Ecclesia succensi ac robora- tis, gauerant & vicerūt dæmones tentatores, suamq; victoriā Deo cum omni humilitate, laude, gratiarumq; actione, & sacrificio Euangelica legis attribuerūt & obtulerūt. Preciosissimas demū opes, animas deceptas, quas abstulerūt Holoferni, i. diabolo, incorporaverūt dño Iesu Christo in anathema obliuionis, quatenus nunquā obliuiscamur beeneficioz Saluatoris. Sed & virginis benedicta optime conuenit laus illarū. Tu gloria Hierusalem, tu lātitia Israēl, tu honorificent populi tui. Postremo de p̄fato Nabuchodonosor seu Cambysē in historijs recitatur: Cambyses post predicta cum grandi exercitu intravit & vastauit Aegyptum, & abominatus religionem Aegypti, ceremonias eius ac templa depositit, ædificauitq; urbem Babylonem in Aegyptoz quā dum regredere tur, ægrotauit ac ferebatur ceruicibus regum, & mortuus est in Damasco, reddente illi quod meruit iudice summo, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus. Amen.

Gene. 3.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN LIBRVM HESTER, ENARRATIO.

PRO OEO MIVM.



Iicut sol oriens in mundo in altissimis Dei, sic mulieres bona spe-
cies in ornamenti domus suę. Poteſt hoc verbū de sancta & specioſiſſima Hester cōuenienter exponi, cuius domus fuit synagoga seu
familia Iudeorum. Itaq; fuit sol claritatis sua splendore tenebras
fugat, terram fecundat, actum venustat sensibilem mūdum, &
reddit eum viſibiles sic electiſſima Hester defolatissimum populum
suum à nebulis tristitiaq; eripuit, suisq; precibus ac beneficioz exhi-
larauit, & de paupere fecit ditissimum, atq; virtutibus suis, sapientia
& doctrina ornauit, populū illū ad creatoris amorem & cultū suc-
cendit, & ab extrema aduersitate ad maximam prosperitatē per-
dixit. Et omnia ista per eam egit omnipotens, cuius sapientia non est finis, & cuius potentia
nec terminum habet neq; menuram, qui & infirma elegit, vt per ea operetur maxima bona,
quemadmodum in historia libri iam exponendi monstratur.

¶ Expositio Cap. I. In diebus Assueri regis.

Articulus primus.

Liber Hester inter scripturas copiatur canonicas, atq; in ordine agiographoz reponi-
tur. Accidit quoq; historia ista post redditū filiorū Israēl à Babylonica captiuitate, & pri-
mo isto narratur capitulo, qualiter Assuerus rex suam repudiavit vxorem. Secundo, qualiter
puellam nomine Hester, natione Hebraeam, duxit in coniugem. Deinde qualiter per eādem
procurata fit liberatio ludæorum à mortis periculo. In diebus Assueri, qui regnauit ab Ia-
dia v̄isque Aethiopiam super centum vingtiseptem provincias. [Assuerus iste rex fuit
Persarum atq; Medorum, quem aliqui dicunt fuisse octauum post Cyrum regem, qui mo-
narchiam obtinuit, omisis duobus magis, i. sapientibus, qui post Cambysem filium Cyri re-
gis regnasse dicuntur septem mēsibus tantum, vt quidam hic scribit, quod non appetit ido-
nee dictum, quia (vt magister in historijs narrat) primus illorum duorum sapientum regna-
uit mēsibus septē, & post eū frater ipsius modico tempore, ita q̄ duratio regnations eoz
non se extendebat ad annum vnum. Huius opinionis, q̄ scilicet Assuerus fuit octauus post
Cyru, fuit author Scholastica historiae, dices q̄ post duos Magos illos regnauit Darius filius

Ecc. 26.

Esa. 9.

Psal. 146.

1. Cor. 11.

Hy.

Hystaspis, vnuis septem sapientum seu Magorum, qui post regem iudicabant & administrabant regnum Persarum. Post Darium, filius eius Xerxes, post quem filius eius Artaxerxes, post hunc filius eius Xerxes secundus, cui successit Sogdianus, & Sogdiano Darius cognomēto Nothus, huicq; Dario Artaxerxes, alio noīe Assuerus, sub quo contigit historia Hester. Aliudicunt, q; Assuerus iste fuit quartus post Cyrus, quod Iosephus sensisse videt lib. antiquitatum, affirmas post Cyrus regnasse filium eius Cambyses, post Cambyses Dariū filii Hystaspis, qui Darius nō fuit de semine Cambysis, post Darium autem filium eius Xerxes, post Xerxes filium eius Artaxerxes. Quidā vero opinantur, q; Assuerus iste successit immediate Cyro regi Persarum, vel sāli ē Cambysis filio Cyri. Præterea Nicolaus de Lyra positiones habet recitatas, dicit q; tertia veri similitudinē videat, & addit q; Rabbi Salomon vno loco dicit Assuerum hunc immediate Dario successisse, & tamē sup Danielē tenet, q; Cambyses fuit medius rex inter ipsos. Ratio autē quæ mouit Lyram ad reprobandum duas primas positiones, est, qm̄ præsupposuit, q; Mardochæus captus fuit cum lechonia regi Iuda, quod infra dicit pater; sicq; per durationem Babylonicā captiuitatem, & per tēporā quibus præfati reges Persarum regnauerūt, probat q; Mardochæus primo anno regni Assueri fuit ad minus ducentos, quinq; annorum, & adhuc alijs multi anni essent addendi. Non est autē probabile, q; tam diu vixerit, aut in tamā aetate facere potuisse, quæ legi insta fecisse. Secundam quoq; positionē redarguit, quia secundū eam Mardochæus in principio regni Assueri fuissest centū quinquaginta annos, immo & plurim. Itaq; tertiam sequens positionē, dicit q; Mardochæus in principio regni Assueri fuit circiter centū annos. Vx; Rabbi Paulus omnia ista arguēta Lyre conat cassare una solutione. Lyra namq; se fundat in eo quod sequenti habet caplo. Erat autē vir Iudeus in Sufis ciuitate, vocabulo Mardochæus, filius lair, filii Semei, filii Cis de stirpe lemini, qui translatus fuerat de Hierusalē, ex tēpore quo lechonia regē Iuda Nabuchodonosor rex Babylonias translulerat. In hac autoritate hoc relativum, qui, L. yra refert ad Mardochæum, quod Rabbi Paulus dicit posse referri ad Cis proaum Mardochæi, velut si dicamus, David fuit filius Iesse filii Obeth filii Booz, qui cōtraxit cum Ruth Moabitide, relativum hoc, qui, refert ad Booz, nō ad David. Veruntā ista solutio Rabbi Pauli, non inuenis idonea. Quis enim quod ait de relatione relativi, possit salvare, sumēdo præinducta verba scdm̄ se, tñ si attendani verba sequentia, veritatē non habēt, quia secundo capitulo post præallegata verba immediate subiungit, qui fuit nutritius filia fratris sui Edfa, quia altero nomine Hester vocabatur. Quo cōstat, q; virtutē hoc relativum, qui, seu unum repetitum, ad Mardochæum sit referendum. Sed his obuiare videat, quod magister in historijs refert. Erat tunc in Sufis Iudeus vocabulo Mardochæus de tribu lemini, q; descēderat de transmigratio lechonia, hic erat nūtriti Hester. Ex quib; verbis apparet, q; p; nativitatē descēderat de aliquo transmigrato cum lechonia, p; rēstum cum Glossa eiusdem historiæ dicat, descēderat de transmigratio nō immediate, sed per successiones, quia pater eius vel avus vel proauius descēderat. Ad quod dicendum, q; in Scholastica historia in libro correspōdente 4. Regum 24. manifeste habetur, quod Nabuchodonosor transfluit cum Ioachim seu Lechonia in summa quasi decem millia, inter quos erant Mardochæus & Ezechiel. Et sic magis standum videat textu, q; Glossa illius, & p; rēstum textu libri canonici. Itaq; veriorē puto primam positionē, quam magister in historijs sequit, & q; Iosephus aliquos omisit. Nam secundus Xerxes quē omisit, regnauit duobus mensibus, Sogdianus vero quē omisit, mensibus septē. Quid autē de Mardochæo senserit Iosephus, in libro antiquitatum non repperi, nisi quod vndecimo libro antiquitatum narrat Dariū regē scriptissime Samaritis, Zorobabel & Ananias & Mardochæus legati Iudeorum vos accusant, quod tamē de isto Mardochæo nō arbitror dictum, sed de alio quodam ad Iudeam à Babylone reuerso, ad quā Iudeam Mardochæus nō redit, nisi forsitan dicatur ad tēpus rediisse, & rufus in Babylonē reuersus. Verum iuxta hanc remanet quaestio, qualiter potuerit Mardochæus tam diu vixisse, & in senectute tam magna egisse quæ infra de eo narrant. Ad qđ faciliter poterit respōderi, si ad omnipotētum Dei respiciatur, qui per Mardochæum volunt līstalitico pplo subvenire, immo infra tēpus Euangelica legis le gunt quidā vixisse vñq; ad quadringētos annos, sicut in Chronicis Martini recitat de qdā, q; ob senium vocabat Iohannes de Tempore. Et nuper in ducatu Hollandia quidam, qui supra centū multis annis vixisse asserit. Tamē de his quæ infra certitudinē sunt, nō cōuenit multū asserror loqui. Itaq; in diebus Assueri [qñ] sedit in solio i. regio throno regni sui, i. tanq; receptus & roborat². Sufa ciuitas regni Persarum regni ei⁹ exordiū fuit i. i. caput atq; metropolis. Tertio ergo anno imperij sui fecit grande coniūni cunctis principiis & pueris suis i. ministris fortissimis Persarum & Medorū, inclytis ac præfectis, puincianorū coram se, vt ostenderet divinitas gloria regni sui, centū & octoginta diebus. Circa hoc dicit qdā, nō est verisimile, q; homines, p; rēstum q; remotis venerūt, tot diebus vacauerint video dicit, hos centū octoginta dies esse referēdos ad tēpus p; paratiōis cōuiuij, nec exhibuisse regē populo suo, nisi cōuiuij se- ptem

IN HESTER ENARRATIO. Art. I.

pter dierum, de quo subditur: *Cumq[ue] implerent dies cōiuīj, inuitauit omnē populu qui inuentus est in Solis, à maximo vīg ad minimū, & septē diebus iussit cōiuīum p̄parari in veſtibulo horti & nemoris.* Sed istud ineptissime dictū censeo, siertim cū nec authoritate, nec idonea ratione probet, & textus manifeſte dicat oppositū. Nec nūtrit, q[ui] ad instātiā tanti regis vacauerint tot diebus, cū interīm gratis lauitū me reficerent. Nec vix est, nec villam ap̄ parentiā habet, q[ui] p̄præparatio cōiuīj durauerit centū octoginta diebus, cū omnia necessaria haberent copiose, immo copiosissime ad manū, cum in texu dicat, q[ui] exhibuit istud conuiuiū, vt ostēderet diuitias regni sui. Insuḡ textus euīdēter inter cōiuīia ita distinguit, tam quo ad locum q[ui] quātū ad tēpū, & item quātū ad inuitatos. De primo nāq[ue] conuiuio ait, fecit grande cōiuīj multo tempore, scilicet 180. diebus, nec sit mentio ibi de speciali loco, deinde tractat de cōiuīo septē diez, nec in defcriptiōe primi cōiuīj villa sit metio de p̄paratione cōiuīj, sed de exhibitione duntaxat; immo in descriptione cōiuīj septē diez, sicut verbū de p̄paratiōe cōiuīj, & nihilomin⁹ exponit hoc de cōiuīj exhibitiōe, ergo potius pri mū. Ruris, descriptio primo cōiuīo, adiungit: *Cumq[ue] implerent dies cōiuīj, & consequēter tractat de secundo cōiuīo, quod affirmat septem durasse diebus.* Iterum primū coniūnū asserit factum cunctis principibus & pueris regis fortissimi Persaq[ue] & Medoq[ue] inclīnis & p̄fectis, puinciat. Secundum vero conuiuium asserit factum omni populo in ciuitate Susis inuenito. Et hēc omnia etiam Iosephus libro antiquitatum vndēcimo protēstatur, qui etiam scribit, q[ui] res misit per omnes prouincias, denuncians ut opera relinquerent, & multa diebus pro eius imperio latenter patet q[ui] diu vacabant, quibus concordat omnino Scholastica historia, quā fatetur primū cōiuīum factū esse in domo illa mirabilis, de qua legitur in historia Alexandri, cuius columnæ erant angentea, tectum instar firmamenti concameratum, habens gemmas diuersicolores in figuram fiderum & signorum dispositas, de hoc narrat & Iosephus: Tabernaculum figurat rex ex aureis argenteis columnis, vela pura p̄cea sup̄ eas extendit, vt multa milia discumbentib[us] operiēt. Secundū autem conuiuium, iuxta præfacta, Factum est in vestibulo horti & nemoris, i. pomcerij nemorosi, quod regio cultu & manu j[est] regali ornatu ac artificio [constitū fuit] i. cōsertum ac decoratum aromaticis fructiferisq[ue] arboribus, prout tanti Imperatoris de cuit claritatem. De hēc in histo ria legitur: Post hos centū octoginta dies inuitauit omnem populū qui erat in Susis, & discubuerunt extra domum septem diebus in vestibulo horti deliciar, in quo fuit vinea habens stipites argenteos, palmites aureos, & botros ex varietate gemmarū distinctos. Et pen debant ex omni parte tentoria aerei i. albi & clari, & carbasini i. aurei, & hyacinthini i. caelestis, coloris. Color enim hyacinthi, similis phibet dispositioni caelestis orbis seu sphæræ caelestis, sustentata funibus byssinis & purpurisq[ue] i. extensa funibus factis de byso seu can didissimo lino & de purpura, qui eburneis circulis inserti erant i. circulis factis de ebo, quod satis forte fuit ad onus illud, ac colunis marmoreis i. vtpote de marmore lapide factis, fulciebant i. sustentabant ex parte viraq[ue]. Lectuli q[ui] aurei & argentei i. loca ad sedendum instar lectuorū disposita, mollia atq[ue] operta tincturis & mixturi ex auro & argento formatis, sub pauimē vestibulo smaragdino & Pario stratu lapide i. cōplanatu lapidibus de insula Paro, & similibus in colore dispositiōe gēma, que smaragdos vocat, quod mira varia te pictura decorabat. Bibebat autē aurei poculis i. ex vasis seu scyphis aureis, atq[ue] (ut Iosephus addit) vas illis inserti erat lapides preciosi ad delectationē & spectaculū p̄parati, & alijs atq[ue] alijs vasib[us] cibi iferebant i. in vasib[us] & scutellis ex materijs diuersis, specieq[ue] aut dispositiōe preciosis, & iuxta diuersitatē ferculorū, fuit diuersitas vtēsiliū seu vasorum. Vñ q[ui] vt magnificētia regia dignū erat, abundans & scipū ponebat, nec erat q[ui] nolētib[us] cogerebat ad bibendū importune inuiuādo, vel ad æquales haustus horitādo, vt quidā brutaliter faciūt, & in iure valde vituperat, sanitatiq[ue] mētis ac corporis aduersat. sed sic rex statuerat, p̄ponēt mensis singulis de principibus suis, vt vnuſ qui q[ui] qd vellet acciperet de cibo & potu cum libertate & urbanitate. Nā & naturaliter delectabat est vti libertate. Et th, vt Iosephus referit, solitu fuit Persis cogere ad potum cōiuīiās. *V[er]aſt[im] q[ui] regina fecit cōiuīiās feminaz in palatio regis.* Isteq[ue] foemina vescebant seorsum, quod fuit honestū, atq[ue] occasio vitādi multa peccata. Foeminis q[ui] specialiter obest, ex viroq[ue] cōsortio vino repleri, q[ui] cōstat, q[ui] ineffabili ter detectabile sit, q[ui] etiā in qbusdā vrbibus Chrianoz, viri & foeminaz in eisdē stupris repre sentat se nudos, & in * stupris aut balneis mulierculæ seruiūt viris. Itaq[ue] die septimo hiūs secūdi cōiuīj, sumēdo cōiuīiū pro cōgerie cōiuīiū tot diez, scū rex estet hilior, & post nūmīā potationē incaluisse mero. Vñ em̄ latifaciat cor hoīs, p̄cepit septē eunuchis, qui in cōspectu eius ministrabat familiarius & in mēsa, vt introduceret reginā Vashī corā rege, vt ostēderet cunctis populis & principibus adhuc ibi p̄sentibus, filius pulchritudinē. Erat em̄ pulchra valde. Quāuis em̄ secundū illud cōiuīiū specialiter factū sit ciuib[us] Susis, vt ap̄ pareat ex litera, multi th ibi erant ex principibus & gentibus puinciat regis, vt inuitu Iosephus regis, phusa

phus; idcirco ex isto non sequis, q̄ non fuit nisi vñū conviuū. [Quæ renuit, & ad regis imperiū quod p̄ eunuchos mandauerat, venire contempst.] Huius contrarium videt Iosephus insinuare, dicēdo, q̄ pro legi Persarę custodia, prohibentū ab extraneis alienas coniugales videri, nō accessit ad regem. Ex quo elicit, q̄ non ex contēptu, sed potius ex pudicitia & obseruantia legis Persarę, phibentis coniuges eorūdem ab alienis viris videri, non venit ad regē. Hinc aliqui dicunt in Hebreo haberi. Et renuit regina Vashī venire secundū verbā regis in manu eunuchorū. Verē ad hoc ex verbis Iosephi patet responsio. Etenim ait q̄ rex s̄a pe misit pro ea, & tñ non acquieuit, qd cōceptum includebat. Rex em̄ in tali lege potuit dispensare. [Vnde iratus rex, & nimis furor succensus.] Vitā aut̄ est regū ira, quantū rationabili fieri potest quia vt Prover. 19. Salomon loquit̄. Sicut fremitus leonis, ita & ira regnū qui prouocat eū, peccat in animā suā. Et rursus Nuncij mortis, ira regis, tinterro gauit sapientes, qui ex more regio ei semp aderat.] Nā & philosoph⁹ docet, q̄ rex seu princeps debet sibi associare multos sapientes, vt habeat quasi oculos multos, quoꝝ direcōione iuuetiquia plus vident oculi multi, q̄ vñus. Et sic fecit Assuerus. Nam addit̄. [Et illorū faciebat cūcta consilio, scientiū leges ac iura maiorū.] Instituta à sapientioribus & supremis principib⁹. Erant aut̄ primi & proximi septē ducēs Persarę atq̄ Medoꝝ. Talibus cōmittēda est gubernatio subditorū, videlicet peritis & expertis in omnibus, qui quarāt bonū cōmune, non ppria cōmoda, & iūti sint ac prudentes. Et quis rex fuit iratus, non tñ sine hōz consilio voluit ad ultionem. Seneca pcedere, quia ira oculū cordis excēbat. Proper̄ qd Seneca: Nihil (inquit) volo tibi irascēti licere, qm̄ tibi irato omnia licita esse vident, quæ s̄ira p̄suadet. [Qui videbant faciē regis] i. familiariorē ei fuerūt & magis cōtuberiales, & primi post eū residere soliti erāt. I. tñne in eadē, sive in alia mensa, & in cōsilijs & cōsimilibus causis, [cui sentētia] Vashī regina subiaceret. Rēpōdēt̄ Mamuchan, qui inter septē sapientes in litera ultimo ponit, audiente rege, atq̄ principib⁹. Non solum regē laſit regina, derogādo regis honoris, & hoc publice cōram cunctis, p̄ quod scandalizauit plurimos, & eius exemplo fēmina spēnit maritorum suorum p̄ceperit, nisi ipsa tam acriter puniat, q̄ caterē mātrona inde terreat, & à consiliis compescant. Et hoc est quod prolixē narrat̄ in textu qui planus est. Placuit consilium eius, i. eunuchi iūtūs regi & principib⁹, ut s̄. regina Vashī ultra non ingredere ad regē, sed regnum illius i. cōmuniōne vxori regis, altera quæ melior est illa, accipiat, & cuncti vxores deferāt maritūs suis honorē. Hinc rex omnibus suis pūniciis scriptis, Ephe. 5. Vitos esse principes ac maiores in dominib⁹ suis. Vnde & iuxta Apostolica documenta, vīc caput est mulieris. Et viri est, instaurare ac dirigere coniugē in agēdis, ac erratē corripere. 1. Cor. 7. Hinc Gene. 2. legi dictū primae mulieri ad dominū. Sub viri potestate eris, & ipse dominabit̄. 1. Pet. 3. Ideo & beatissimus princeps Apostolici chorū, in prima sua canonica ait: Similiter mulieres subditae sint viris suis, sicut Sara obediebat Abrahā, dominū eum vocans. Veritamēt̄ principatus viri in vxorem, non est per omnia, sicut principatus serui ad dominū, ut etiam docet Philosophus, immo in multis ad paria iudicantur: sed in principalibus & arduis rebus ac causis, vir principalior est, nam & sex fēmineus est sexus subiectiōnis. Et communia ter viri in naturalibus & iudicio rationis atq̄ constantia cordis, perfectiores sunt fēminis, quanvis interdum contingat opositum. Postremo quidam spirituali zant iālām historiam, intelligentes Christum per Assuerum, de qua expositione supercedere melius puto.

[Expositio Cap.2. His itaq̄ gestis, postq̄ regis Assueri indignatio deferuerat.

Articulus secundus.

Hec describit̄, qualiter Hester facta est coniuncta regis. [His itaq̄ gestis, postq̄ regis Assueri indignatio deferuerat] i. feruere defit̄, & mitescere coepit cor eius circa abiectam vxore. Ira em̄, sicut & cetera passiōes appetitus sensitivi, fit cū corporali trāsmutatione: qua sedata, sedatur & passio salte à vehementia sua, & specialiter generat̄ cum sanguinis ebullitione, sellis evaporatiōe, inflammatione q̄ cholera, quibus cessantibus, ira mitescit. [recordat̄] Vashī prioris vxoris, & quæ fecisserit. [inobedientiam eius, & quæ passa esset,] videbat libellū repudiū seu repudiationē, & ceperit in corde suo eius inobedientiā quodāmodo excusare, ppter causam in p̄cedenti articulo introductam i.e. apparuit ei, q̄ vltra condignū esset punita, quod non videbat regiam decere maiestatem, ad quam constat sc̄ipue spectare clementiā, iuxta illud Proverb. 20. Roborat̄ clementia thronus regis. quanvis aut̄ in p̄cedēti capitulo dictū sit, q̄ regi Assuerō placuit eunuchi consiliū de Vashī abiectiōne, Iosephus tñ vñdecimo antiquitā libro enarrat̄, q̄ consiliū eunuchi rex graviter tulit, detentus amore vxoris, & reminiscens ipsius decorē, & tristabat q̄ ppter irenuocabile suum edictū eam non potuit reuocare. Idcirco in solitudinibus & mētore p̄manit; quem videntes amici nimio mētore confectū, p̄suadebant vt amore pristina coniugis & amore nil, p̄futurū deponeret, & quereret p̄ vñiuersam terrā virginēs decoras, ex quibus pulchritudē haberer vxore, arbitrat̄tes sic posse extingui prioris cupiditātē, alia introducta, & desideriū à muliere p̄ciecas subirat̄. Eum,

Deus qui nullum bonum deferit irremunerat, Assuerus regi magnam contulit p̄ sperita tem terrena, p̄ pietate sua circa Israélitas, & p̄ iustitiae quam in aduersarios eorū exercevit. An vero fuerit tandem ad verum Deum ab idololatria per Hester & Mardochæi conuersus, nescitur, quis infra satis monstrat habuisse notitiam quādam veri Dei & p̄uidentie ac iudicij eius, b̄fficiorum quoq; ipsius. Rex vero Assuerus oēm terram & cunctas maris insulas fecit tributarias*j*, sub tributo sibi deſeruientes, quod per modū hyperbelici sermonis est intelligendum, ad inſinuandū q̄ valde magnā terrā partem & plurimas insulas, non tñ simpliſter oēs sibi subiecit, intelligendo per terram & insulas, habitatores earum, i. cuius fortudo, i. qua inimicis rebellibusq; p̄vrauit, & imperium super subiectos, & dignitas] monachica, atq; sublimitas qua Mardochæum exaltauit, scripta sunt in libris Medorum atq; Persariorūq; specialiter hæreditarius rex fuisse referuntur video illi gesta illius specialius ac diffusus habebant descripta. & quā Mardochæus secundus à rege*j*, primus post regē in ordine principū, fuerit & magnus apud Iudeos i. authoritate, sapientia, bonitate, i. quarens bona populo suo, quia sollicitus fuit pro communī populi sui bono, & loquens quæ ad pacem sui seminis pertinerent*j*. Sicq; Deus per eum consolabatur Iudeos dispersos. Hucusq; seu vñc ad hæc verba inclusio, liber Hester in Hebreo habetur. Idcirco Hieronymus mox subiungit: Qua habentur in Hebreo, plena fide exp̄ressi. Hæc aut̄ quæ sequuntur, scripta rep̄peri in editione vulgata*j*, translatione inuenta & publicata, cuius author ignoratur. [qua Gracorum lingua & literis*j*, sermonē & libris] continēt*j*, & interim*j*, medio spatio, p̄post finem libri istius hoc cōp̄itulum ferebatur*j*, pars huius capituli exptimebatur, vñc verba immediaate sequentia, Dixitq; Mardochæus, quod iuxta nostram conſuetudinē obelo*j*, i. veru p̄notauimus*j*, ante hæc verba posuimus similitudinē veru seu virgula, ad innuendū q̄ ista sequentia non sunt authentica seu canonica, sed transfoſiunt, hoc est, ab Hebreis non recipiuntur, immo tanq; superflua abſconduntur a canone scripture*j*. Dixitq; Mardochæus post ipsius Aman suspensionem & suam p̄motionem, q̄a Deo facta sunt ista*j*. Tunc nanq; intellexit visionem, quam ante haberat, per rerū eventū & evidentiā factū idcirco non fuit p̄pheta ex viſiōnē huiusmodi, q̄a intelligentia ē opus in viſiōne. [Recordat̄ sum somniū qđ viderā, hæc eadē Dan. 10. q̄ iā gesta sunt significati, nec eoz q̄c̄q; irritū sunt*j*, nihil hoz, q̄ vidi iā somni illo, inane fuit aut castum. Vedit aut̄ in somni parvū fontē, p̄aulatim videbāt crescere & augeri atq; exuberare in fluviis, & cōverti in luce & sole. Vedit q̄c̄q; duos dracones & duas gētes. Et p̄ fontem paruum significata est Hester quæ creuit sapientia, virtute, authoritate & fama, ita q̄ in starlucis ac solis latificauit & clarificauit populu suum, hoc est qđ dicitur, Paxus fons qui creuit*j*

Cap. II. D. DIONYSII CARTHUSIANI

ut in imaginaria visione, in fluuium, & in lucem, solemq; conuersus est, & in aquas pluri-
mas redundauit, Hester est. i. ipsam Hester designat. duo dracones ego sum & Aman per si-
gnificationem & proprietatem, ita q; compararunt draconibus, non tamen conformiter qm ille
dicitur draco per potestatis sua abusum & venenatam impietatem, aliorumq; pestiferam
infectionem; Ego aut per potestatis valorem & charitatis feruorem. Draco enim est ignea fe-
ra. Sic Christus significatur per leonem ratione fortitudinis, & diabolus ratione ferocitatis,
gentes que conuerterantur. cum uno dracone, hi sunt qui conati sunt delere nomen ludorum
puta fautores ipsius Aman, volentes vitam & memoriam ludorum oino extingueare,
Gens aut mea, Israel est. i. Israeliticus populus me sequens draconem, q; clamauit ad dñm,
& saluum fecit dñs populum suum, ab infideliis Aman, & fecit signa magna atq; portet a iun-
ter gentes, deinceps Aman cum suis, & nos humiles exalto. & duas sortes esse prcepit li-
partes seu euentus vel distinctiones, vnam populi Dei, videlicet ludaorum fidelium, & al-
teram cunctarum gentium hoc est, infidelium idololatrarum. Venitq; viragi fors in statu-
tum ex illo iam tempore coram Deo vniuersis gentibus, ex decreto diuini iudicii quilibet
gens accepit suam mercedem, & saluta est una, qua clamauit ad dominum, ut perdita alte-
ra, ideo subditur. Et recordatus est dominus populi sui, id est, ostendit se memorem ludorum,
eos pie exaudiendo, fac misertus hereditatis suae) hoc est, hereditarie plebis suae, de
Hier. 5. qua ait per Esaiam decimonono. Hereditas mea Israel.

¶ Declaratio cap. II. Anno 4. regnantibus Ptolemaeo & Cleopatra.

Articulus II.

Hest. 10. **H**oc capitulum undecimum modice differt a precedentem, q; eiusdem somni descriptio
est. Itaque Anno 4. regnantibus Ptolemaeo rege Aegypti, (& Cleopatra) coniuge, at-
terunt Dositheus & filius eius hanc epistolam Phurim, fortium, vident somni Mardochae-
us, quod precedenti articulo expostum est, sed hic aliqua verba additur. Erat autem Mardo-
chaeus de eo numero captiuorum, quos trastulerat Nabuchodonosor cum lechonia rege lu-
dorum, prout supra expostum est. Et ex isto patet verum esse quod dictum est ibi, videlicet Mardo-
chaeus cum lechonia suis capti. Et hoc eius somnium fuit; Apparuerunt in somno
imaginaria visione, voces, clamores, & tumultus & tonitrua & terramotus, & conturba-
tio magna super terram, prout qua oia praefigurabatur tempestas, inquietudo & vehementia
tribulationis imminentis populo ludorum in regno Assueri sub tempore Mardochaei &
Aman. Talia quoque apparuerunt non imaginaria tantum, sed vere realiter in nativitate Ale-
xandri regis, ad praesignandum vehementiam tribulationum imminentium orientalibus re-
gnis atque prouincias Alexandro tunc nato. Et ecco duo dracones magni, paratiq; contra
se in praedium, Mardochaeus & Aman, iuxta prahabitam in precedenti articulo expositionem,
ad quorum clamorem, contra se inuicem, cuncta cõcitata sunt nationes, q; dam de omnibus
regni, praesertim Assueri adhærentes impi Aman, vt pugnarent contra gentem iustorum.
I. ludorum veri Dei cultores occiderent. Fuitq; dies illa, tempus designatum per somnum
illud, stenebrarum, i. tristitiarum, & discriminarum, periculis, tribulationis & angustias, & ins-
gens formido super terram, & hoc primo in populo ludorum, promulgato edicto de eos
occisione, postea autem in fautoribus Aman, misso decreto, q; a Iudeis effient interimendi,
Conturbataq; est gens iustorum, ludorum, timentium mala sua, aduersa eis instantia,
prout dictum est iam plenus. & preparata ad mortem, tradita & exposita periculo mor-
tis ex machinationibus Aman. Clamaueruntq; ad Deum, & illis vociferantibus in oratione,
fletu, & gemitu, scons parvus crevit in fluuium maximum, humiliis Hester, origo coni-
lationis & gaudij ludorum, exaltata est valde & exaudita a rege in tñ, q; toti populo suo im-
petravit abundantiam exhilarationis, pacis & prosperitatis. Hinc subditur Lux & sol ortus
est. Hester surrexit, & iucunditatem ac clarificationem procurauit ludorum, quod & de Mar-
dochaei elevatione potest intelligi, quo exente de regis conspectu cum regis vestibus, coro-
naq; aurea, visa est Iudeis lux noua oriri, chumiles exaltati sunt. Hester, Mardochaeus & lu-
dorum, qui ad Deum humiliter confugerunt, & deuorauerunt inclytos, q; quia penitus supera-
uerunt principem Aman, & filios ac fautores ipsius, quod cum vidiisset Mardochaeus in so-
mno & visu imaginaria, quam tñ tunc non intellexit. Nam subditur, & surrexisset de stra-
tu, lecto suo cogirabat quid Deus facere vellet, & fixum habebat in animo, id quod vidit,
tenens pro certo, q; futuorum esset praesagium, & ardua designaret, ideo fuit, tunc ipiens scire
quid significaret somnum, quod Deus sibi ostendit, dñ anteq; res designata euenit, quate-
nus ea impleta, Mardochaeus certius noseceret id ex divina prouidentia contigisse.

¶ Elucidatio cap. 12. Morabatur autem eo tempore in aula regis.

Articulus 12.

Hest. 2. Consequenter in hoc duodecimo capitulo recitat, qualiter Mardochaeus significauit
Assuero insidias eunuchorum, prout supra est conscriptum. [Morabatur autem] Mar-
do-

dochaeus [eo tempore in aula regis cum eunuchis regis, qui ianitores erant palati,] & in pri-
mo palati, limine psidebat. [Cumq; intellexit cogitationes eoz per signa & facta que-
dam exteriora, vel per verba alterius lingua, quam illi putabat Mardochaeus non intelligere,
sicut supra patuit, vbi ex Iosepho allegari est, q; seruos viuis eunuchos illos, natu re lud-
us, reuelauit id Mardochaeo, cui illi non credes, caute psonaliter considerauit & obseruauit co-
natus eoz, secundum quod subdit. Et curas diligenter guidisset, didicit q; conarent in regē Ar-
taxerxes] i. Assuerus [manus mittere] violentas ad occidentem. Et nunc auit sup eo regi, de
hac re significauit Assuero veritatē per Hester reginā. [Rex autem quod gestū erat, scripsit in
commentarij] i. scribi fit in libris memorialibus, in quibus cōtineban̄ res dignæ memoria, Hester 1.
reditatis ei] s. Mardochaeus [pro delineatione] i. accusati eunuchos, [muneribus] quod qua-
liter intelligendū sit, in expositiō superiori est expressum. [Aman vero gloriissimus] i. ho-
noratissimus & famosissimus erat [corā rege] Assuero, qui fecit eum tam ac tantū, videli-
cet summū post se, & voluit nocere Mardochaeo & populo eius, i. procurando eoz occisiō-
nem, [pro duobus eunuchis], supra dictū est, q; voluit eos occidere, qm Mardochaeus non fle-
tebat genua coram ipso Aman. Hic vero innuit alia causa, quia videlicet Aman agre tulit,
& Mardochaeus accusauit eunuchos regi, & occasio fuit imperfectiō illos, qui erat amici
Aman, atq; vt aliqui opinantur cupiebant promotionem ipsius Aman in regem.

¶ Elucidatio Cap. 13. Rex maximus Artaxerxes.

Art. 13.

Capitulū præsens includit epistolam, q; misit Aman ex nomine regis Assueri de occide-
dis ludorum, orationemq; Mardochaei. Epistola autem hoc exemplar fuit, & sumptuosa fuit
ex Iosepho, q; undecimo antiquitati libro hanc ponit epistolā quasi de verbo ad verbū, sicut
habet hic, & insertū ac additū fuit editioni seu translationi vulgata, cuius author nescitur.
[Rex maximus Artaxerxes] i. alio nomine Assuerus, p̄tīc monarcha, s̄ab India vīq; Aethio-
piam &c. Cum plurimis gentibus imperaret, & vniuersum orbem meæ ditioni] i. imperio,
subiugasse] qd per hyperbole dicunt esse, tacitū est s̄p̄ius. Nō em̄ occidentalibus & citra-
marinis præfuit regnis. [volui nequaq; magnitudine abuti potentia] i. Hoc em̄ esset tyrranni-
cum abuti potētia. Propter qd Proverb. 28. inducit Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps
impious super populū pauperē. Itemq; Dux indiges prudētia, multos opprimet per calumniā.
Istud pulchrum procerum præmisit impius Aman ex nomine regis, ne ludorum occisio cru-
deliter ascriberet, sed clementia & lenitatem i. mansuetudine, gubernare subiectos. I. Ro-
borat namq; clemētia thronū regis, & mansuetudo maxime concedet p̄sidentes, qm ita exēcat
& obruit oculū mentis, q; oportet in præsidētibus esse p̄lympidū & tranquillū ad effici-
ter iudicandū, vt abliq; vilo timore inordinato, vīta silentio transfigēt, i. quiete præsi-
entes, cōpactū cunctis mortalibus pace fruerent. Omnia em̄ naturaliter appetit suū modo
pacē, nam & motus tendit ad quietē, & bella ordinant ad pacē, & sic grauia deorsum, levia
vero sursum quiescent, sic appetitus humanus quiescit in pace, sic & Ap̄lus 1. Tim. 2. effatur:
Obsecro fieri orationes, vt quietā & tranquillam vītam agamus in omni pietate. Nihilominus q;
dam ex corruptiō naturæ seu habitu vītiose vel suggestione iniqua ad inquietudinē incli-
nanti, Esaia dicit et I. mp̄ q̄lī mare seruēs qd quiescere non potest. [Quarētē autem me à cōsiliariis
meis, quōd posset impleri, vnu qui sapientia & fides] i. fidelitate sc̄gleros præcellebat. Hoc
Aman ex nomine regis scriptis de seipso, cum tñ in vītiosis & passionatis nō sit vera pruden-
tia, q; est virtus, neq; sapientia salutaris, quis possit esse in eis versutia qdā & scholastica no-
titia ac informis cognitio, indicavit mihi in toto orbe terrarū populū esse dispersum &c.
Quod cū didicissemus, vidētes vñ gentē rebellē aduersus omne hominē genus &c. iussimus vt
deleanit, quatenus nefarij hoc est, detestabilis & nominatione indigni homines vna die ad
inferos descendētes, quātum ad animas, quāx immortaliitatē multi gētū crediderunt seu
cognoverūt, reddantur i. auferre desistat, i. imperio nostro] i. subditis nostro dominio ac no-
bis, pacē quā turbauerūt. Ecce sceleratissimus iste Amā qd apparet dicitur ista epistolā,
& suā colorauit ferocitatem atq; inuidiā, qd in hoc multi vīci in p̄sens sequunt, qui sub spe-
cie boni & optimi, mala & pessima regūt, p̄ponunt & practicāt. Ideo simulatores & callidi,
specialiter & enormiter puocat ira Dei, & illusores Deus illudet corrūctū fallaces in laqueū,
quē alij texunt. Sequit oratio Mardochaei, [Mardochaeus autem deprecatus est dñm, i. post p-
mulgationē epistolae scripta & decreti, memor omnī operis eius,] in generali, vel quo-
randā de omnibus, seu operis natura & gratia ac gloria, sic q; ait Psalmista Psal. 142. Memor
fui dierum antiquoq; meditatus sum in omnibus operibus tuis. Specialiter vero considerauit
Mardochaeus opera & beneficia Dei, Israelitis ab antiquis diebus exhibita, & dixit: Dñe De-
us rex omnipotēs] de quo loquit Esa. 33. Dñs legifer noster, dñs iudex noster, dñs rex noster.
Cui dicit Hier. 10. Non est similis tui dñe, magnus es tu, & magnū nomē tuū in fortitudine.
Quis non timebit te o rex gentium? in ditione tua] i. in tua potestate atq; dominio, cūcūta
fuit posita] cū sis vniuersoq; creator, cuius cōceptioni, iussioni ac nutui necessario subest,
h h &

& paret omnis natura creata iure creationis & autoritate creatis, & non est qui possit resistere tute voluntati; qua vis aliq; absolute & volitione existente in te, qua nunquam ab effetu sibi placito impeditur, sicut per Isa. 46. testatus est Confiliū meū stabit, & omnis voluntas mea fieri. Et rursus Job 4. dicit: Quis resistere potest vultui meo? omnia enim quae sub celo sunt, mea sunt, si de ceteris; & deliberaueris, saluare Israe; i. Israeliticā plebē ab imminente periculo, nullus poterit impedire, & continuo liberabitā te. Tu fecisti cælum & terrā, & quicquid cæli ambitu continetur, dñs omnium es] autoritate & iure creationis, cōseruationis, gubernationis & finalis dispositionis, ideo cunctis inest obediētialis potentia ad obedientium tibi tam naturaliter & supernaturaliter, nec limitat tua potestas immensa ad naturalem cursum ac ordinem terum. [Cuncta nosī & scīs, qā non pro j. ex superbia] vel pro obtinenda excellētia aliquid, [& contumelia] aliquid cui interenda, [fecerim hoc, ut non adorarem Hester 3. Aman fugiūtū, &c.] Itud supra expositiū est. Et nunc dñe Deus Abrahā, misericordia populi tui, qā volūt nos inimici nostri. Aman & sui, sp̄d̄re, & hereditatē tuā delere. Ne despicias partem tuā i. Israeliticā plebē que est parua in hominū vniuersitate, [quam] plebē ad tuum cultum praeter ceteris gentibus elegitis, [redemisti ex Aegypto] in patribus suis sub Moise. Vel, quā, cuius patres sic redemisti. Interdu cū loquit scriptura de pluribus seu diuersis, quasi de uno aut eisdē, [Exaudi deprecationē mēā, & pp̄cīus esto fortis & fūniculo tuo] i. populo tibi sequestrato ac partito, sicut per sorte venit alicui pars de toto, quod tamen ex tua prouidentia, nō fortuit, factū est ita. [Et conuerte luctū nostrū in gaudiū] eripiēdo nos de imminentē aduersitate, [vt viuētes] vita natura & gratia, [laudemus nomen tuū] nominati, iesipsum, [domine] gratias referendo, [& ne claudas ora canentium] te, i. ora nostra te laudantia in hymnis & psalmis, in lege & prophetis, non permittas claudi per mortem violentiam nobis certissime imminentem, nisi tu p̄e succurras.

Expositio Cap. 14. Hester quoq; regina confugit ad dñm. Art. 14.

Forma orationis Hester reginā hic ponit. Hester quoq; regina confugit ad dominū i. ad implorādū misericordiam, subuentōnēq; Dei se conuertit, Itaq; mentis conuersione, non loci mutatione, ad Deū incircūscriptum vbiq; präsentem confugit, [& pro vnguentis varijs,] quibus aliquādō vrebāt, nō ex carnali affecta, sed necessitatē, ne regem offenseret, cui pp̄ter commune bonum populi sui placere habebat, [cinere & stercore impleuit caput, & corpus suum humiliavit] i. capiti suo superiecit cinerem, & corpus suum prostrauit in terram, nec ab immundis illud more solito lauit, & forsitan luto aut alia vili materia illud linuit, p̄ maiore sui humiliacione, ad impetrādū auxilium pietatis divinae, [omniāq; loca in quibus ante latari consueverat] Infra habet in fine huius capituli, qā non sit latata in palatio regis, nisi in Deo Israe; ideo sensus est, Omnia loca in quibus ante latari consueverat, l. signa alicuius latitūdī demonstrāte leu per modū latitatis forinsecus se habere. Potest quoq; exponi de spiritualiis iu cunditate, quam in actibus habuit virtuosis, sed hac vice intenta fuit doloribus, [crinium laceratione complevit,] p̄ dolore extrahendo p̄ parte capillos capitis sui, quemadmodū & Esdras vel Nehemias se fecisse testant. Complevit aut̄ sic loca illa, i. p̄ solito occupavit, vt si hyperbolicus sermo, [& deprecabat dominum Deum Israe; dicens] Domine mihi per specialem devotionem mei ad te, & per gratiosam providentiam tui ad me, [qui rex noster es solus,] quia pro nunc non habemus, p̄ prium regem terrenum. Et tu solus rex noster es per spiritalem gubernationem, regendo nos intus per fidem & gratiam ac directionem internam. Vnde ait Psalmista Psal. 73. Deus autē rex noster ante secula. Et Psal. 22. Dñs regit me, & nihil mihi deerit, [adiuua me solitariam] i. humana confortia eritante, & tibi quādū mihi possibile est in secreto vacātem, atq; eoz de quibus nata sum, societate privatam, [& cuius præter te nullus auxiliator est alius] i. in isto periculo nullus mihi potest efficax adiutorium præbere, nisi tu per modum tibi placetem, [periculum meum in manibus est] i. de proximo imminet, & quasi tam præfens & certum, sicut id quod manu tenetur, nisi tu aliter ordines. Audiuī à patre meo, quod tu dñe tulisses Israe; de cunctis gentibus, j. à ceteris nationibus separasti Israeliticum populum, mancipando eum tuo obsequio, iuxta illud Deute. 7. Te elegit Dñs, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt sup terrā, [& patres nostros ex oībus retro maioribus nostris,] i. patriarchas Abrahā, Isaac, Jacob applicuisti tibi, reliictū prædecessoribus, p̄genitoribusq; eoz qui idolis seruierunt. Hinc scriptum est Deuterō. 10. Patribus tuis conglomeratus est dñs, & elegit eos, Iosue quoq; in fine libri sui ait: Trans fluvium (inquit) habitauerunt patres vestri, Tha; re pater Abraham & Nachor, seruieruntq; dñs alienis. Lvt possideres hereditatem sempiternam i. quatenus Israeliticū populu haberes tibi iugiter seruientē, & à te gratiōe possesse, sicut Deut. 1. 5. 7. & 11. legi sepe. [Peccatum in cōspectu tuo,] hoc Hester loquitur in persona populi sui, cōnumerando se transgressoribus ex humilitate, qā fuit membrū plebis illius. Et simili modo loquitur Esdras: Peccata nīa creuerūt vñq; ad cælū, [& idcirco tradidisti nos in ma-

IN HESTER, ENARRATIO. ART. XIII.

363

manus inimicoyz nostroy. Colimus em̄ deos eoz, i. puta gentilium, quibus nos tradidisti captivos, quoniam multi ex filiis Israe; fuerunt idololatra quando ab Assyrīs & Chaldaeis capti fuerunt, & ante frequenter temporibus Iudicum, [Et nunc non eis sufficit, q̄ durissima nos opprimunt seruitute] in captiuitate, quā est mors ciuilis, [sed robur manuum suaz idō loze potentia depurantes] i. potestatem quā habent à te Deo vero, q̄ quo omnis potestas, suis dñis atq; simulacris ascribentes tanq; datoribus potestatis, [volunt tua mutare promissa] i. volunt nos priuare tuae pietatis effectibus, quos nobis penitentiam agentibus pm̄fisi, dicens Deute. 30. Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde retrahet te dñs Deus tuus, si conuersus fueris ad eum in toto corde tuo, [& delere hereditatem tuam] i. plebem Israeliticā omīno extinguerere, cuius posteritatem pm̄fisi vñq; in finem seculi conseruare, dicens p Hiere. 31. Hæc dicit dñs, qui dat solem in lumine diei, ordinem lunæ & stellarū in lumine no-ctis: Si defecerint leges istæ corā me, & semen Israe; deficit, vt non sit gens coram me cunctis diebus, [& claudere ora te laudantiū,] interficiendo tuos cultores, [atq; extinguere gloriam tēpli & altaris tui] i. cultum sacrificiorū tuorū, qui fit in templo tuo, & obsequiū quod tibi ibi dē impendit, impedit, sicut tēpore ludith Holofernes conatus est facere. Lvt aperiant ora gētū, i. dando eis occasionē & materiā blasphemandi te & ceremonias tuas, [& laudent idolos] fortitudinem, i. ascribendo eis victoriā qua præalent nobis, cum th ex tua pm̄fissione, immo & efficiētia id contingat, ppter nostra peccata, [& p̄dīcent carnalē regem in sempiternū] id est, regem nos omnino extinguentem & auferētem commendent perpetue & inter deos transferēdū annūciēt, tanq; qui optime fecerit nos tollēdo, quia superstitiosos & turbatores pacis cōmūnis nos asserūt. [Ne tradas dñe sceptrū tuū] i. regiā potestatē sup nos, [this qui non sunt] i. imp̄is & sceleratissimis hominibus, qui p̄tinū morient, & sp̄nūlter nihil sunt, ac cōparatiōē fidelū, virtuosoꝝ q̄ hominū nullus sunt momenti, secundū quod Ap̄lus ad Galat. 6. ait: Qui se putat aliquid esse, cū nihil sit, nē rideat ad ruinam nostrā, sed cōverte cōsilii eoz sup eos] i. laſionē quā suo cōsilio machinant nobis infligere, fac eis infiſi. Sic & pp̄pheta orauit Psal. 53. Auerte mala inimicis meis, in veritate tua disp̄de eos, vt impleat in eis illud Eccl. 27. Facient neq; sūmū cōsilii sup ipsum deuelueſ. [& eum qui cœpit in nos ſeuire, diſperdeli, ip̄sum Aman qui cœpit in nos crudelissime agere, contere. Hoc zelo iustitiae est petitū cōtra hostes boni cōmūnis atq; diuini cultus, & vt in p̄fenti puni-antur, & p mortem sublati, cēſtent ſibi damnationē peccādo augere, (Memento dñe),] per effectū declarāte memore nostri in bono, [& oīnde te nobis,] i. per gratiosam exauditionē & illuminationē internā, i. tēpore tribulationis noſtræ, i. ſicut dixiſti Psal. 90. Cū ipso ſum in tribulatione, [& da mihi fiduciā] i. mēris constantiā & confidentiā plenā in te, tēpore ludith, qui tibi fideliter cōſitent, [Cvniuersa dñe potestatis] i. dominator, dator & cōſeruator omīum potestatū, quā respectu tuae maiestatis ſunt ſeruitutes & imbecillitates, tētribue ſermonē cōpōſitū, i. ornatū ac audiētis bene placentis, i. in ore meo:] nō ob laudē & gloriā meā, ſed ppter liberationē populi tui, i. in conſpectu leonis] i. Aſſuerit regis, qui ob eminentiā ſua potestatis ac regie dignitatis leo vocat, & quia ex inſigntiōē Aman crudele editū cōtra Iudeos emisit, [& transfer cor ipsius in odīu hostis noſtri] ita vt odiat ipsum Aman, iniquātū tā impius est, nō inquantū est homo, qđ nō est charitati contrariū, de quo fertur Psal. 138. Perfēcto odio oderā illos, lvt & ipse p̄eateſ] i. tēpōraliter puniat per mortē, [& ceteri qui ei conſentītūt] ad interficiendū nos, qđ morte digni ſunt, nō ipſe tantū, ſed & conſentītēs eidem, Rōma. 1. quos ignorātē nō excusat, adiuua me ancillā tua, nullum aliud auxiliū habētem, nīſi te dñe, qui habes omniū ſcientiā, & noſi quia oderim gloriā iniquōꝝ] i. vanā eoz gloriatiōē, ambitionē, iactatiōam, [& detestor cubile incircūſioꝝ] & omnis alienigenā] i. idololatri, ſicut lex continet, & quantū in me eſt, quia pp̄ter rationabilēs cauſas illud admittam, ideo additur: [Tu ſciſ inſiſritatē meā] quia per me, ſine fauore regis, nequeo plebi mea ſuccurrete, t& neceſſitatē meā, i. quia cōpellor regi miseri, quia in hoc coniugio cauſa eſt dispensatiōnis, [& qđ abominet ſignū ſup̄hī & gloriā meā, quod eſt ſup̄ caput meū] i. regiū diadema, quod eſt ſignū excellentiā atq; honoris mei, i. diebus oſtētatiōnis] meā, qđ procedo in publicis, vt oſtēdat populo pulchritudo & eminētia mea, [& detestor illud quāl pannū mēſtruator] quo quid fordidius inuenitur, [& nō portē illud in diebus ſilentij meū] dum p̄mitter in ſecrō thalamī mei Deo vacare in tranſilitate, ſilentio & contēplatiōne, qđ ſcēmineā quoq; loq; citate abhorreo, [& qđ nō comedērim in mensa Aman,] reido ad ei ſouvia, ſicut frēque ter optauit, quia ex neceſſaria cauſa bis inuitauerim cū ad mēſam meā, [nec mihi placuerit conuiuiū regis:] pp̄ter cibos qui in eo ponunt, lege, phibitos, & pp̄ter varias pompas, diſtoliōnes & apparatus ibi admixtos, [& nō biberim vītū libamīnū] i. ſacrificiorū, videlicet vi-num idolis immolatū, [& nunq; latata ſit ancilla tua, ex quo huic trāſlata ſum] i. terra Babylonia, vt dīctū eſt aī, enīſi in te dñe Deus Abrahā, i. qui licet ſis oīm Deus, tñ ad Mōſen es lo-Acto. 10. cutus: Hæc dices filiis Israe; Deus Abrahā, Deus Isaac, & Deus Jacob misit me ad vos, Hoc nos Exod. 2. men

men est mihi in aeternum. [Deus fortis super omnes] quia solus omnipotens, & infinite uiuer-
sus potentior. [Exaudi vocem illogi qui nulla aliam spem habent,] q[ui] in te, seu nulli in quo con-
fidat, nisi te dñe. & erue me a timore meo. I. a periculo quo timeo, & ab isto timore quo a
fligor. Ecce q[ui] deuota, fervens & profunda oratio, & quanta ex his probat fuisse huius electio-
regius p[ro]fessio, qua in tanta opulentia, honoriscentia & frequetia constituta, tam virtuo-
se, timorate & ordinate se habuit, qua omn[e] gloria mundi, voluptate, dignitate, vanitatemq[ue]
seculi tam plenissime spreuit, ita ut nunq[ue] nisi in Deo sit gloriosa in regali palatiis nonne spi-
ritus vbi vult spirat, & omnipotens corda suorum: vbiq[ue] iuxta placitum suum immutatur, afficit &
gubernat? Quid ad haec nos pusilli dicemus, q[ui] ex leui & volatili verbo, signo aut facto inaniter
gloriari aut pueriliter conturbamur, & sumus ut pulvis quem proiec[t]is venus a facie terrae.
Instruamur ergo p[ro]fectione virtutum scemina huius sancte, & qui gloriat, in dno gloriaret nec
ostentari, apparere, famari optemus, neq[ue] in vesufo aut ornametis vnguia letemur. In omni
quoq[ue] tribulatione c[on]fugiamus ad Deum, & reor nos esse ex cordis intima compunctione
confiteamur, ac diuinam commendemus iustitiam. Postremo, q[ui] sancta haec Hester sic com-
memorat suas virtutes, fecit ad Dei honorem & nostram edificationem, p[re]sertim ad ag-
gendam confidentiam suam in Deo.

Q Expositio Cap. 15. Et mandauit ei (haud dubium, quin Hester) Mardochaeus.

Articulus decimusquintus,

H Ester 3. **E**A quæ scripta sunt tertio & quarto capitulis, hic plenius recoluntur. [Et mandauit ei
haud] i. non dubiū quin Hester] regine [Mardochaeus] per eunuchum, ut scripsi est
supra, ut ingredere ad regem, & rogaret pro populo suo] captiuo, [& pro patria sua] i. pro
populo patriæ, ne & habitantibus in luda, Aman tandem induceret vasitatem & lesionem, ac
cuius diuini destructionem. [Memor inquit] esto diuina humilitatis tua, id est, parvus
& humilius status tui, in quo eras quando te entrui, ideo subditur, [quomodo nutrita sis in
manu mea,] id est, sub dispositione regiminis mei, qui te corporaliter spiritaliterq[ue] nutri-
ui in timore Dei, denotione & scripturis te instruens. [Die autem tertio depositis vestimentis
ornatus sui] i. vestimenta quotidiani ornatus, vel lugubria ornamenta, quibus se spiri-
tualiter decorauit, orando & ieiunando. [circundata est gloria sua] hoc est, preciosioribus ac
pulchrioribus suis vestimentis ac ornamentiis. [Et assumpit duas famulas, & super vnam] q[ui]
præcedebat, [ministratebat] i. modice appodiabat, quasi pra[dict]a delicia & nimia teneritudine
corpus suu ferr non sustinens, portare non valens, quasi onus proprii corporis deferre, te-
neritudine ac delicia eius opponere. [Altera autem famula] sequebat dominam, defluentia in
humu] i. in terra, indumenta sustentans. [Ex hac cauda vestimento] virtuosa Hester, non ex-
cusant vanæ & fatua scemina, q[ui] vestibus nimis longis vnti, Nam illa ex necessitate qua-
dam, cu[m] tadio cordis ablogi omni complaceta vana, talibus vestibus vtebat. Legit autem 2. Re-
gum 15. q[ui] filii sancti David eximi regis, vestibus induebant talariis, v[er]q[ue] ad talos pinguebus.
Hoc utiq[ue] consideratio & imitatione dignissimum est. Ipsa autem roseo vultu colore perfusa,
gratis ac intentibus i. splendensibus loculis tristè celabat animu[m], & nimio timore contra-
stuum] i. confitit. Quemadmodum enim delectatio cor dilata, sic timor, dolor, tristitia con-
tra hunc illud. Verunq[ue] dispositio cordis solet relucere & apparere in facie, p[er]stet in oculis,
iuxta illud Ecc 19. Ex visu cognoscit vir, & ab occurso faciei cognoscit sensatus, tñ per
gratiam & virtutem potest, qui tristis & timens est, vultu & visum quasi iucundum p[re]tendere &
monstrare. Virtus enim moralis reprimit passionem, & gratia vincit naturam. Ratio quoq[ue]
sensitivity appetitiu[m] dominat, immo & multi per industriu[m] vel versutiam, sciunt cordis disposi-
tionem celare in facie, & signa opposite dispositionis ostendere. Ingressa ergo cuncta per or-
dinem officia, stetit contra regem, ex opposito verius faciem eius, vbi ille residebat induitus
vestibus regis, auroq[ue] fulgens & preciosissimis lapidibus, vt sic suo apparatu intuetibus incute-
ret reverentiam, & timore regiae ac imperatoriae maiestatis. Vnde subiungit: Et atq[ue] terribilis
aspectus. Cumq[ue] eleuasset faciem, & ardenteribus oculis furor pectoris indicasset, regina cor-
ruit, q[ui]a vehementia passionis vehementer timoris, valde debilitas corpus, potissimum in tem-
perante muliere, facitq[ue] sanguinem a membris ad cor decurrere, & sic pallore generat ac tre-
morem. propterea subdit: [i]n pallorem colore mutato, lassum sup ancillam reclinavit cas-
put. Convertitq[ue] Deus spiritu] i. indignatione seu animu[m] regis in mansuetudinem. I. ipse enim
omnipotens immutat cor principiū terra, atq[ue] vt allegatum est, Cor regis in manu Dei est,
& quocunq[ue] voluerit, inclinabit illud. Nam & omnipotenti Deo p[ro]ptimum phibetur, immediate
agere in apicem voluntatis. Hinc ait & Iosephus Rex, vt arbitrator, voluntate Dei metem mu-
tavit. [i] & festinus ac metuens, ne regina desiceret, aut mali qd patere, exiliit de folio, & suscep-
tans eam vlnis suis, donec rediret ad se, his verbis blandiebat: Quid habes Hester? Ego sum
frater tuus, noli metuens, nō morieris. Non enim pro te, sed pro omnibus] i. pro ceteris cunctis
praeter te, q[ui] ex haec constituta est] i. p[re]ceptum, vt nullus intret ad me nō vocatus. Q. d. disp[er]are
possim

possim in lege hac, & dispenso. [Cumq[ue] illa reticeret, tulit auream virgam, & posuit sup col-
lum eius, & osculatus est ea, & ait: Cur mihi non loqueris? Quæ respondet: Vidi te dñe quasi
angelu[m] Dei videlicet in gradis splendore, terribilisq[ue] aspectu sicut angeli soler hominibus ap-
parere. & conturbatum est cor meū p[re]timore gloria tua] i. regia maiestatis, quā offendere
est sibi p[ro] mortis periculu p[re]creare, iuxta quod Salomon ait Proverbio, 26. Sicut rugitus
leonis, ita & terror regis qui puocat eū, peccat in anima sua. [Valde enim micabilis es dñe] i.
multu excellens, ita vt mirū sit, q[ui] vnu homi ita p[ro]mineat ceteris, quod tamen ex diuina ora-
ditione procedit. [s] & facies tua plena est gratia] i. p[re]teat redundat in eos, quibus se vult
exhibere p[ro]p[ri]um, sicut & Iacob ait ad Esau Gene. 33. Sic vidi faciem tuā quasi viderim vultū
Dei. Circa quod loquitur Augustinus: Vtrū verba Iacob paup[er]is ac prurbiti v[er]q[ue] ad adulatio-
nem hanc pruperant, an sine peccato haec dici potuerit? & forsitan immo, quis & dñ gen-
tium dicit, & indices & plati dñi vocant, de quibus p[re]cipitur, Dñs nō detrahens; sic & in p[ro]posi-
to dico potest, q[ui] Hester secundum intellectu tam cōmendatior potius q[ui] adulatio[n]e locuta
sit regi. [Cumq[ue] loqueret, rursus corruit] ex p[ar]o, nō ex simulatione, & pene exanimata
est] i. sine anima quasi effecta ex viri defectione, quod Deus sic ordinavit, vt rex magis affi-
ceret regine, & eius magis acquisiceret precibus, vides in ea tantā teneritudine, erubescētiā,
& reverentia circa se, sicutq[ue] metueret eam quocunq[ue] modo grauare. Vnde subiungit: Rex
autem turbabatur, & omnes ministri eius quidarer, & consolabancur eam.]

Declaratio Cap. 16 Rex maximus Artaxerxes.

Art. 16.

Hester 17.

Sicut p[re]dictu[m] est, in isto libro à decimo capitulo multa sunt, quæ non habentur in Hebreo,
Sed in editione vulgata, secundū Hieronymū. Per editionem vulgata, quidam intelligunt
translationem Septuaginta interpretū, quæ tēpore Hieronymi per ecclesiā publice legib[us] a
tur, & maxime fuit diuulgata. Alij per editionē vulgatā intelligunt editionem, cuius author
nescitur, & sine nomine sive interpretis quinta editio appellatur. Itaq[ue] ista quæ in Hebreo
non habent, dicunt aliqui à Iosepho alijsq[ue] scriptoribus esse excogitata, & editioni vulga-
te esse addita & inserta, hoc est, translationi Septuaginta interpretum. Vel secundū alios,
editioni, cuius author nescitur, ita quod ille addidit eā editioni ex Iosepho & alijs. Certum
est enim, quod forma epistolæ supra posita, forma quoq[ue] epistolæ quæ hic in isto habetur
capitulo, continent de verbo ad verbum vnde decimo antiquitatem Iosephi libro. Porro Hu-
go de sancto Victore in expositione Prologi Biblia, & alij quidam affirmant, q[ui] ipsi Se-
ptuaginta interpretes fecerunt istas additiones. Vtraq[ue] autem opinio ad propositum suum
probandum trahit, quod in Prologo hujus libri ait Hieronymus: Librum Hester editio vul-
gata lacinoios hincinde funibus trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterant & audiri,
sicut solitum est scholaribus disciplinis, sumpto themate excogitare, quibus verbis vii po-
tuit qui iniuriam passus est, vel ille qui iniuriam fecit. Præterea constat, Iosephum valde diu
post Septuaginta suffit interpretes. Ideo q[ui] per vulgatā editionē intelligunt translationē Septuaginta,
& q[ui] Septuaginta fecerunt istas additiones, non possunt defendere, quod epistola in
isto capitulo scripta, & quæ superius continet, sint sumpta ex Iosepho, immo dicere habet,
quod Iosephus sumperit eas ex translatione Septuaginta. Est autem epistola huius capitu-
li multum notabilis, & etiam plana, ideo non oportet expositioni ipsius prolixē insister. Hieron. 14.
[R]ex maximus Artaxerxes ab India &c. Hoc supra expōsum est. Multi bonitate prin-
cipium & honore qui in eos collatus est] i. dignitate eis à principiū concessa, vel honora-
tione ab inferioribus seu alijs eis exhibita, abusus sunt in superbia] extollendo se de sua pro-
motione, [i] & non solum subiectos regibus] scilicet bonos & obedientes, sicuti opprime-
re, sed datum sibi gloriam] i. excellentiam, [non ferentes] cum modestia & quiete, sicut in ipsis qui
dederunt, moliori infidias] i. reges vel principes à quibus promoti sunt, consonant obrue-
re, sicut Decius Cæsar adhuc miles honoratus à Philippo Imperatore, aspirauit ad imperium,
& interfecit dominū suum, quod & Reg. 15. quidam fecisse leguntur. [Nec contenti
sunt non gratias agere beneficij,] i. benefactoribus pro eorum beneficijs, & humanitat[is]
in se iura violare, i. contra debitum pietatis & gratitudinis agere, reddendo mala pro ho-
nis. [Sed Dei quoq[ue] cuncta carentia arbitrantur se fugere post sententiam,] id est, putant
se posse iudiciū Dei evadere, vel negando prouidentiā veri Dei, vel tam intimirare peccan-
do, ac si putarent Deum non esse iudicatum actus eorum, & intatum vesanij] i. ad tantū
insipientia excessum p[ro]rumpunt, vt eos qui credita] i. commissa [sibi officia diligenter
obseruant, mendacio] i. falsis & subtilibus accusationibus [conentur subuerte-
re,] i. deinceps aut necare, [dum aures] interiores [principiū simplices] i. dolositate & du-
plicitate carentes, ac columbina simplicitate ornatas. [E] & ex sua natura alios existimantes] i.
putantes alios esse tales, quales ipsi sunt, scilicet simplices, nō dolosos, neq[ue] mēdaces. Sigdem
qualis quisq[ue] est, taliter iudicat, & tales esse alios faciliter suspicatur. Propter quod Prover-
bior[um] 14. scribitur: Innocens credit omni verbo. Job quoq[ue] 15. Sonitus inquit) tergoris sem-
h h 3 p[er]

Augusti.

Psal. 81.

Exod. 24.

Hester 12.

Hester 14.

Hieron. 6.

Ioseph. lib. n.

an. iu. ca. 6.

Hester 13.

Hieron. 14.

Ioseph. lib. n.

an. iu. ca. 6.

Hester 19.

Ibide.

Roma. 13.

*cuniculus

per iniuribus impiorum, & cum pax sit, ille infidias suspicatur. Veruntamen simplicitati debet esse adiuncta grandis discretio atq[ue] notitia diversitatis dispositionum m[od]orum hominum, vt incautam credulitatem deuident, cum Ecclesiastici 19. scriptum sit: Qui cito credit, leuis corde est, & minorabitur, [callida fraude decipiunt.] sicut i. Machabaeorum 7. & 9. legit se-
cisse Alchimus, inflammando Demetrium regem contra Iudam Machabaeum, [Nec puta-
re debetis, si diuersa iubeamus, ex animi nostri venire levitate, sed pro qualitate & necessita-
te temporum, vt Respublica poscit utilitas, ferre sententiam:] i. determinare quid sit agen-
dum aut evitandum. Oportet nanq[ue] secundum diversitatem locorum, causarum & tempo-
rum, & iuxta diuersem dispositionem hominum, mutare decreta & innovare statuta, & si
quid ex errore processit, corrigeret. Et vt manifestius quod dicimus, intelligatis: Aman filius
Amadathi, animo & gente Macedo, pietatem nostram sua crudelitate commaculans, id est,
diffamans, dum ex nomine nostro crudelia promulgat precepta, qui in tantum arrogan-
tia tumorem sublatu[m] est, i. elevatus est, vt regno nos priuare niteretur & spiritu, i. vita.
Cetera huius epistolæ verba ex præhabitâ clara sunt, aut per se plana. Sed queritur hic, an
Aman fuit Macedo, i. de provincia Macedonia, & videtur q[uod] sic ex verbis prædictis, quibus
iam dictum est, quod fuit Macedo, non tantum animo, sed etiam gente. Oppositum huius
videtur ex ante dictis paterier, vbi habetur, q[uod] fuit de stirpe Agag & Amalechites, quod &
Iosephus protestatur. Ad istud quidam responderet, q[uod] Aman dicitur Macedo per similitudi-
nem, quia Macedones iam rebellabant imperio Persarum, & Alexander Macedo abstulit
eis monarchiam, ad Graecos transferens eam. Cui responsoni obsecitur, q[uod] tempore Assueri
Macedones nondum coepерerent Persarum imperio rebellare, sed Alexander rex Macedo in-
cepit & complevit illam rebellionem multis annis post mortem Assueri, sicut ex Iosepho
& Scholastica historia, & ex gestis Alexandri ac alijs Chronicis, historiis probatur. De-
nig[ue], ad insinuandum, q[uod] per similitudinem fuerit Macedo, sufficeret dicere, q[uod] fuit animo Ma-
cedo. Quod autem fuerit natione Macedo, videtur ex eo quod in epistola ista Assuerus adie-
citur. Hoc cogitans ipse Aman, vt illis, scilicet Mardochæo & Hester, intercessis, insidiaretur
nostra soliditudine, & regnum Persarum transferret in Macedonia. Nam si fuisse Macedo so-
lum per similitudinem, non per nationem, non curasset regnum Persarum in Macedonia, qui sunt Graeci, transferre. Itaq[ue] potius reor, q[uod] ex uno parente fuerat Amalechita, & de gen-
nere Agag regis, atq[ue] ex alia parte de regno Macedonia. Quod vero in fine huius Epistolæ
legitur, [Omnis prouincia & ciuitas quæ noluerit solennitatem huius esse particeps,] scilicet
fieri fortium, referendum est ad Iudeos, qui in prouincia Assueri manebant. Quod si Iudei
tam solennem ac perennem habuerent memoriam de sua liberatione à temporali corpo-
rali morte, quam indefinitemen[t] & celeberrimam debemus habere memoriam de libera-
tione nostra spirituali à morte peccati & infernali ac eternali supplicij, facta per incar-
nationem & passionem vnigeniti filii Dei, qui cum patre aeterno & adorando paracleto
Spiritu sancto, unus est uniuersorum creator & dominus, & super omnia Deus sublimus &
benedictus, Amen.

Hester 3.
Ioseph. lib.
an. iu. ca. 6.

D. DIONYSII CARTH

SIANI IN ESDRAE LIBRVM PRIMVM,

E NARRATIO.

P R O O E M I V M.

Malach. 2.



EX VERITATIS FVIT IN ORE EIVS. VERBVM
hoc Malachiz, ad literam scriptum de Leui filio Iacob patriarcha, con-
uenienter accipitur de Esdra sacerdote ex semine Leui nato, qui idoneus
factus imitator præfati Leui patrii sui, in pace & exultate ambulauit cum
Deo, & multos avertit ab impietate. Fuit lex Mosis, quæ est lex summar-
& incommunabilis veritatis, in corde, ore ac opere Esdra. In corde vtq[ue],
per assiduam memoriam & amorem, interiorisq[ue] hominis directionem
secundum legis tenorem, secundum quam cogitationes & affectiones suas direxit. In ore, per
aliorum informationem; atq[ue] in opere, per sanctam conuersationem. Deniq[ue] ipse Esdra
scriba velox legem recuperavit, & populum Israel gubernauit, qui populus, defunctus Mo-
se ac Iosue, fuit usque ad tempus Saul gubernatus per iudices, deinde usq[ue] ad Babylonicas
captiuitatem per reges. Post modicum vero à captiuitate eadem, per sacerdotes, inter quos
erant Esdras & Nehemias.

Iudic. 18.
Acto. 7.
1. 1. Idf. 1.
Nehe. 1.

¶ Expositio Cap. In anno primo Cyri regis Persarum.

Art. 1.

Exor-

Exordium libri huius, cum fine secundi Paralipomenon libri coincidit, vt intuentibus
est. Vnde & Esdras editor libri istius, illius quoq[ue] libri creditur author, itaq[ue] ait q[uod] in
anno primo Cyri regis Persarum] quod, non est intelligendū de primo anno vita Cyri isti-
us, neq[ue] de primo anno simplicis & particularis regni eius, sed de primo anno regni eius i[m-
perialis monarchici. Cum enī una cum Dario suo auunculo destruxisset monarchiam Chal-
daeorum, & eorum metropolim Babylonem urbem euertisset, Darius tenuit monarchia an-
nis duobus, q[uod] mortuo, Cyrus monarcha effectus, primo suæ monarchiæ anno dedit Iudeis à
Nabuchodonosor rege Babylonie transmigratis & captis, licentiam fedeundi ad propria, 4. Reg. 26.
scit subiungitur, ut completeret verbum domini, prolatum ex ore Hieremis, suscitauit
dominus spiritum Cyri regis Persarum, hoc est, metem eius instigauit inspiratione occula-
ga, interna, & etiam per quædam exteriora, sicut tangetur, & transduxit vocem] i. denuncia-
tionem fecit per scripta & nuncijs, in omni regno suo] i. per totam suam monarchiæ. Hinc
subditur etiam per scripturam] i. epistolæ [dicens] Prædixerat aut dñs Hiero. 25. & 29. Cum
cooperint impleri in Babylone 70. anni, i. 70. anni completis à tempore transmigrationis seu
captiuitatis Iudeorū à Chaldeis, visitabo vos & suscitabo super vos verbum meum bonum,
vt reducam vos ad locum istum, de quibus annis fit mentio apud Zachariam & Daniellem,
Quis computatio annorum illorum, à diuersis modo affligetur, sicut in Scholastica hi-
storia latet habetur. Erantq[ue] anni illi impleti, Cyro monarcha effectio, ideo dñs volens verba
& promissa sua per Hieremiam finiencia implere, excitauit & mouit cor Cyri ad dādum
spatram redeundi licentia. Ad quod etiam fuit inductus, quia Iudei captiui ostenderū sibi li-
brum Esaie prophetæ, & 45. cap. lib. eiusdem, in quo & nomen ipsius Cyri fuit tam diu ante
expressum, & redificatio ciuitatis Hierusalem de Cyri licentia fienda, clarissime prophetata
his verbis. Hec dicit dñs Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiunctione ante
faciem eius gentes, & dorsa regum vertam, ipse edificabit ciuitatem meam. ¶ Porro de tem-
pli redificatione non in capitulo isto, sed inmediate precedinge, dñs predixit per Esa. 44. Qui
dico Cyro, pastor meus es, & templo, edificaberis, Hec aut per annos 200. & 10. per Esaiam
fuerūt predicta, vt Iosephus scribit, [Hec dicit Cyrus rex Persarum] Sicut magister in his-
tris recolit, post mortem Daris regis Medorum, Cyrus monarchiam tenuit orientis. Eratq[ue]
rex Persarum atq[ue] Medorum, quia Darius ille non habuit filium, & quis regnum Medorum
fuerat maius ac honorabilius regno Persarum, Cyrus in posuit solium monarchia in Per-
sie, q[uod] Persæ sublimauerant eum primo in regem. Oia regna terræ dedit mihi dñs Deus c[on]s[er]v[are].
¶ Illiciuit, prudenter cuncta subduntur terra. Hocq[ue] per hyperbole dicatum est, ad insinu-
andum q[uod] valde magna regna erant ei subiecta in oriente, non in simpliciter oī regna terræ,
immo nec absolute oī regna orientis. ¶ Ipse præcepit mihi, per inspirationem internam,
& per prophetam suum prænunciavit, vt edificarem ei domum, i. templum, in Hierusalem,
i. in loco ubi ante sita fuit Hierusalem, & ibi iam rursus constitueret ex mea licentia, Iquæ
est quantum ad fundum suum, & cito eritq[ue] Iudea. Quis est in vobis] i. inter vos, [de uni-
verso populo eius] i. ex numero Iudeorum, sit Deus illius cum eo, per assistentiam gratio-
sam. Ascendat in Hierusalem] i. ad locum quo sit, & edificet domum Dei Israel] i. qui
eius natus est ex populo Israel, ostendat se esse cultorem Dei cari, ascendendo ad Iudeam,
ad redificandum templum. Nec solum dedit licentiam edificandi templum, sed & ipsam vr-
bem Hierusalem, quam cœperunt redificare ante templo. Hanc autem gratuitam relaxa-
tionem captiuitatis Iudeorum Deus per Esaiam prædixit his verbis: Ipse capiuitatem me-
am dimittet, non in precio, neq[ue] in muneribus, [Ipse est Deus qui est in Hierusalem] i. Deus
cari vrbem Hierusalem elegit in locum præcipuum cultus sui, & templi, ac sacrificiorum, &
ita quis incircumscripus sit, & præsens vbiq[ue], ibi tñ est per speciales effectus, [¶ oī reliqui
in cunctis locis vbiq[ue] habitant, i. Iudei qui vel nolunt, aut nequeunt ad Iudeam reu-
xi, cadiuent eum, i. eos qui ascendunt illuc, viri de loco suo, i. residui illi hoc faciant ex lo-
cis habitationum suarum in imperio meo, argento & auro, & substâlia, & pecoribus] i. dan-
do eis in subsidium expensarum in via, vel redificationis templi, & vrbis Hierusalem, aliqd
de suo argento & auro, ac ceteris facultatibus ac iumentis, [excepto quod voluntarie offe-
runt in templo Dei, quod est in Hierusalem, i. præter dona qua ex propria devotione volu-
erint ad templi redificationem sive ad sacrificia Dei ibi fienda offerre. ¶ Insuper quod di-
ctum est, & oī reliqui adiuvent eum, potest intelligi de Gentilibus inter quos habitabant Iu-
dei, quibus Gentilibus Cyrus iussit, vt Iudeos in hac causa iuarent. Nam Iosephus ait: Tūc
scriptis suis iudicibus illius terre vicinis, vt aurum conferent & argentum ad templi renouati
onem, insuper ad immolanda pecora. Refert quoq[ue] Iosephus Cyrus ita scripsisse, q[uod] maxi-
mus rex orbis terrarum me regem cōstituit, credo hunc esse quem gens Israel adorat. Is enim
& nomen meum per prophetas prædixit, q[uod] templum eius edificaturus essem in Hierusa-
lem. ¶ Et surrexerunt omnes principes patrum] i. est, præcipui patres & maiores seniorum,

Zach. 1.
Dan. 9.
Esa. 45.
Ibid.

Ioseph. lib.
an. iu. ca. 11.

I. Esa. 45.
Esa. 45.

Ioseph. lib.
an. iu. ca. 11.

Ide. vbi su-
prā.

^{3.Re.12.} ^{Iose.lib.ii.} ^{An.iu.ca.ii.} ^{Ide.vbi su præ.} ^{3.Re.6.7} ^{4.Ite.24.} ^{2.Re.25.} ^{2.Re.25-36} ^{Iose.lib.ii.} ^{An.iu.ca.ii.} ^{Ex.15.26.} ^{Ibid.} ^{Iose.lib.10.} ^{An.iu.c.14.} ^{Item.lib.11.} ^{Cap.1.2.3.} ^{Eze.16.} ^{Eze.16.}

C de Iuda & Benjamin & sacerdotes & Leuiti, i. qui nati fuerunt ex tribu Iuda, tribu Beniamin, atq; ex tribu Levi. Haec eterni tribus erant & manserat sub regibus Iuda, diuino regno Israelite sub Roboam filio Salomonis, & pariter capitæ fuerunt. De hoc Iosephus scribit: Conuocans Cyrus clarissimos Iudæorum qui in Babylone, i. in terra Babylonie habitabat, dixit se concedere Iudæos remeare ad propria, & redificare ciuitatem Hierusalem & templum, & oës cuius suscitauit Deus sp̄m, ut ascenderet ad redicandum templum dñi, quod est in Hierusalem. Quilibet de prefatis tribus tribubus Israeli, cuius mētem Deus intinguit, ut ascenderet ad redicandum templū. Cuiusvisq; qui erant in circuitu Iudei, vel in circuitu Iudæorum pergentium illuc, tradivuerunt manus eorum in vasis argenteis & aureis, in substantia viciuallium, & iumentis & supelleciliis, massariato, hoc est, talia clinodia, & subdia illis praestandor, quod dām exponunt de Iudæis in Babylonie remanētibus amore vxorum, quas ibi acceperant, & sobolis quam ibi p̄creauerunt, ac possessorum quas ibi habebant. Quidam vero exponunt, dicentes, qd Gentiles de mandato Cyritalia dederunt Iudæis pergentibus, Iosephus quoq; ait, qd dum Iudæi venissent, oës amici regis iuabat eos, & conserbant ad templi renouationem, alijs aurum, alijs argentum, alijs equos & multitudinem iumentorum. Rex quoq; Cyrus protulit, hoc est, exhibuit, vase templi dñi, i. quae fuerunt instrumenta & vensilia cultus diuini in templo a Salomone constructo, i. quae tulerat Nabuchodonosor de templo Hierusalē. ex templo inibi sito. Asportavit autem ea secum, partim qd captiuauit Iachim regem, & partim dum Iechoniam abduxit, reliqua dum templū consumiuit, prout z. Paral. vltimo, & 4. Regum libris deficitur. & poluerat ea in templo Dei sui in vrbe Babylonis, & sic iuxta suam sectam ea quodammodo honorauit, ponendo ea in loco solenni & sacro, deputandoq; ea cultui secundum suam & simulationem diuino. Balthasar vero filius illius eius depurauit ea cultui suo, bibendo ex eis cum suis, ut habetur Daniel, 5. Propter quod meruit regno priuari ac vita, & aliqui opinantur qd Iudæi reuelerunt hoc Cyro, idcirco libertius ea remisit. Protulit autem ea Cyrus rex per manum Mithridatis, qui secundum Iosephum fuit custos thesauroz ipsius, & annumerauit ea Sasebbasar principi Iudei hoc est, thesaurearius ille sub certo numero assignauit & tradidit vas illa viro nomine Sasebbasar principi Iudei, i. vni de principalibus tribus seu populi Iudei, seu duci redeuentium ad Iudeam, dicuntq; aliqui, qd Sasebbasar ille fuit Daniel ita, quod fuit Zorobabel, qd magis consonum videtur ei qd in fine huius cap. legitur: Vniverſa tulit Sasebbasar, cum his qui alieni debant de transmigratione Babylonis in Hierusalem. Daniel quippe cum illis non rediit, sed Zorobabel. Et hic est numerus eorum: Phiale aurea tringita, phiale argentea milie. I Phiale erant vas, in quibus vinum libationis fusum considerabatur, an esset aptum ad sacrificia. Cultelli quibus carnes hostiarum diuidebantur, 29. scyphi aurei 30. scyphi argentei secundum inferioris dignitatis, valoris & vsus, 410. vas alia milie. In scyphis recipiebat sanguis hostiarum, præfertim in scyphis argenteis. In aureis vero scyphis (vt fertur) portabatur sanguis sacrificiorum quorundam intra sancta sanctorum in seculo expiationis. Omnia vas aurea & argentea quinq; millia quadringenta. Vniverſa tulit Sasebbasar cum his qui ascenderant de transmigratione Babylonis in Hierusalem. Certum qd numerus predicatorum vasorum iam numeratorum, non constituit tantam summam. Secundo, præter illa fuerunt alia multa minus fortiora preciosa, quæ omnia simul fuerunt tot millia ac centenaria. Postea, de Cyro isto rege Persar, multa in Iosepho & Scholastica historia, chronicisq; leguntur, qui & triginta annis fertur regnasse, ac monarchiam annis duodecim tenuisse, qui cum grandiusculus esset, & a pueris ludentibus esset facilius eorum rex, inobedientes pueros dire corrixit & interdum plagauit, quod puerorum parentes egre ferentes, cōquesti sunt regi Assyri auro Cyri, qui iussuerat puerum ipsum mox natum occidi, sed Deo ordinante fuit conservatus in vita. Cumq; rex puerum Cyrum ad se vocatum argueret, cur pueros ita plagasset, respōdit intrepide se hoc fecisse, non vt puerum, sed vt regem: quo auditio, miratus est rex, & signa quædam generis sui considerauit in eo. Tandem cum Cyrus monarca reges plurimos expugnat, & regina Massageterum nomine Thamari, vicit est & occisus, quæ caput ipsius Cyri absclism, proiecit in vas humano sanguine plenum, dicens cum infilarione, Satire nunc sanguine quem semper stisti. Circa illud, Surrexerunt principes patrū de Iuda, i. ait quidam, qd tribus Iuda & Benjamin & Levi, non tantum peccauerunt, sicut alia tribus Israel per Assirios capti, sed hoc non videtur consonare scripturis, qm per Ezechielem dñs ait ad Hierusalem, per quam, secundum omnes expositores, ad literam intelligit populum regni Iuda, & præfertim habitatores Hierusalem: Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, sed viciisti eas, & Sodomam & Samariam sceleribus tuis, & certum est, qd per Samariam intelligat regnum decem tribum, cuius Samaria fuit metropolis. idem patet in Ezechiele sub similitudine Oollę & Oolibę. At vero potest hoc loco per Cyrrum allegorice dominus Iesus Christus verus mundi monarca intelligi, qui destruxit regnum diaboli, edificauit per

^{10.15.} IN 1. LIB. ESDRAE ENARRAT. ART. II. ET III. ¹⁶² ^{Ioseph. 2.} ^{Scripturas euangelistarum vniuerso orbi notificauit, & vasa Dei abducta, reduxit, electos, qui a diabolo erant seducci, vitiorumq; vinculis irretiti, reducendo ad gratiam ac salutem.}

¶ Expositio cap. 2. Hi sunt autem provincias filij, qd ascenderunt de captiuitate.

Articulus 2.

Hic particularius describuntur reuersi de Babylone. Hi sunt autem provincias filij, hoc est, habitatores Babylonie, vel vt quidam dicunt, Iudei. Porro nati & commorati in territorio aliquo, appellantur filii eius. Qui ascenderunt de captiuitate, i. de terra captiuitatis suis, puta de Babylonie, quam hoc est, cuius captiuitatis plebem, vel quam plebem captiuam, transfulerat Nabuchodonosor in Babylonem, & reuersi sunt in Hierusalem, & iudicata. Vnusquisq; in ciuitatem suam, i. ad loca in quibus ante steterant vrbes Hierusalem, & alia oppida regni Iuda & Chaldaea destructa. Quemadmodum enim aues diligunt suos nidos, & brevia sua latibula, sic hoies sua loca nativa. Vnde Laban ait ad Iacob: Ad tuos ire cupiebas, & desiderio tibi fuit domus patris tui. Hinc hortatur Ap̄lus: Non deserentes collectionem nostram, qui venerunt cum Zorobabel, & ceteris qui exprimitur in textu, v. 35. & Ieum (le) sua, Nehemia, Saraia &c. & iste Nehemias est alter ab eo, de qd infra habetur, & fuit dux populi postmodum. Numerus virorum populi Israeli ex eorum a Babylonie terra, est, qui in litera subditur. Scriptura autem computat viros, qui s. ad minus 20. annorum extiterant, potentes ad bella procedere. [Filij Phares] ex tribu Iuda duo millia &c. Planus est textus, nisi qd multa ponuntur hic nomina, qua possunt esse nomina tam virorum seu patrum familiarium qd virium, nec certos, qualiter potius sunt sumenda. Nam & ciues habitatores qd virium, earum filii nuncupantur, sicut & ipse ciuitates vocantur filii regni sui provincias. Consequenter inducitur numerus & genealogia sacerdotum. Sacerdotes supple fuerunt hi filii laida in domo, hoc est, familia Iosua, nongenti &c. Leuitus, qui erant sacerdotibus inferiores ac sublieutenantibus, fuerunt filii Iosue &c. Cantores filii Asaph, qui fuit unus principalium cantorum, à David in tabernaculo domini institutorum, vt 1. lib. Paral. fertur, cuius posteri erat hoc cantores, centum viginti octo, & unus eorum principalis fuit cantor, qd psalmos David canebat ac laudes diuinas, potissimum tempore sacrificiorum. [filii] ianitorum, hoc est, custodum portarum templi seu atrii eius [Nathinai], qui erant (vt legitur) successores Gabaonitarum, portantes ligna & aquas ad locum cultus diuini, quod officium impolet eis Iosue. [Filij] servorum Salomonis trecenti nonagintaduo. Omnes Israelite tempore Salomonis existentes, fuerunt servi ipsius. Sed qm p̄cipua Salomonis occupatio exitit circa templum, saltem ad tempus, ideo specialiter servi Salomonis vocantur, qui ad custodiā ac reparacionem adificiorum templi fuerunt ordinati. Et hi qui ascenderunt &c. Hic numerantur aliqui, qd certificare non poterant se esse de semine filiorum Israeli, & quidam eorum vtebantur sacerdotali officio, vel posse se vti putabant. Vnde & de filiis sacerdotum dicuntur in litera. [Hi qui] fuerunt scripturarum genealogiae suis, hoc est, historiam fidelignam, in qua linea generationis eorum contineretur, & non inuenirentur, & electi sunt de sacerdotio, i. prohibiti sunt fungi a sacerdotali officio, ad vitandum periculum seu discrimen, qm iustum fuit à Deo in Exodo atq; Leuitico, ne quis sacerdotali fungeretur officio, nisi de lemine Aaron oris. Vnde nec in novo testamento permittitur quis celebrare Missam, nisi probare possit esse se ordinatus. Et dixit Atherata eis, vt non comedenter de sancto sanctorum hoc est, cibos precipue sanctos, v. 23 ad esum & usum sacerdotum solummodo deputatos, vt erant aliquæ partes hostiarum pro peccato pacifcarumq; oblationum, & panes propositionis, donec surgeret sacerdos dominus atq; perfectus. Iam eminenter eruditus, virtuosus, ac sapient, qd Deus super re hac eum certificaret per revelationem, seu alio modo. ¶ Præterea Atherata iste dicitur Nehemias fuit Neom. 8. iste. Nam infra narratur Nehemias istud iustissime, atq; vt fertur, Atherata interpretat relaxatus, qm de consilio sapientum Hebrorum relaxatus fuit bibere vinum regis, cuius (vt infra habetur) fuit pincerna. Nam & Daniel describit, qd ipse Daniel & socii eius rogauerant eum, ne cogenerent bibere de vino, vnde bibebat rex ne contaminarentur. Deinde ponitur Dan. summa prædictorum & aliorum, qui eis fuerant socii. Nam & de alijs tribibus Israeli quidam redierunt cum tribus tribubus iam præfatis. Nempe quando populus regni Iudei casus est à Chaldaea, multi ex regno Israel in regno Iudea commorabantur, qui manus evaserunt Assiriorum, & sub Ezechia rege converterunt se ad cultum Dei, & habitare cōperunt in terra Iudea, & hi capiti fuerunt cum populo Iudea ab ipsis Chaldaeis.

¶ Expositio cap. 3. Iamq; venerantur mensis septimus.

Articulus 3.

Reparatio templi & altaris hic recitat, qualiter scilicet sunt incepta. Iamq; venerantur primus mensis primi anni regressionis in Hierusalem, qui mensis dicitur correspondere nostro Septembri, & partim Octobri, & erant filii Israel in ciuitatibus suis. Congregatus est

est ergo ois populus, à captiuitate reuersus, [quasi vir unus] hoc est, voluntate concordi ad instaurandum altare ac templū, de quibus Hieros. 2. dñs p̄dixit: Dabo eis cor vnum & animam vnam, in Hierusalem, & surrexit Ioseph filius Iosephi, & fratres eius sacerdotes, Iste Ioseph, est Ioseph filius Iosephi, tunc pontifex Iudeorum, vt Iosephus refert vndecimo libro antiquatum, de quo Zach. 5. legitur: Audi Ioseph sacerdos magne, & Zorobabel filius Salathiel, qui duo erant principales in isto negocio atq; in populo illo, & fratres eius, & adificauerunt altare Dei, hoc fuit altare holocaustorum in atrio factum sub dio, quia templū nondū fuit inceptum, & primo cœperunt altare construere, vt possent q̄tidie sacrificia immolare, Collocaverunt autē altare super bases suas, super conuenientia fundamenta, & deterrentibus eos per circuitum populus terrarum, gēnibus, & præsertim Samaritanis, quos in terra decem tribuum collocaverant reges Assyriorum, qui cōmuniter fuerunt aduersarij Iudeorum, & obtulerunt super illud holocaustum dhoj sacerdotes, mane & vespere, hoc fuit sacrificium iugē & quotidianum, quo offerebatur q̄tidie agnus anniculus, i. vnius anni de mane, & item de vespere, sicut scriptum est in Numeros, libro, in quo dñs ait: Hoc sunt sacrificia que offerre debet, agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum, sacerdotes solennitatem tabernaculorum, sicut scriptum est in Leuitico, quæ incepit quinta-decima die septimi mensis, quia ibidem legitur, a q̄ntodecimo die mēsis huius septimi erūt feriae tabernaculorum septem diebus, Qualiter autē illa solennitas celebrabatur, eodem capitulo & etiam infra in isto volumine continetur, & holocaustū diebus singulis per ordinem secundum preceptum Dei, in Leuitico & Numerorum, vbi de his sacrificijs agiunt, opus diei in die suo, i. sacrificium fiendū quolibet die praefixo, & post hoc holocaustum ingeji, quotidianum, quod nullo die omittitur, propter quæcumq; sacrificia alia immolanda, tam in Calēdis, ne omenis seu mensum exordijs, q̄ in vniuersis solennitatibus dñi quæ erant consecrata, in præcipuis festis legis, vñc pascha, pentecostes, tubarum, expiationis & tabernaculorum, de quibus in Leuitico & Numerorum libro ac Deuteronomio frequenter fit mentio, & in oibus diebus, in quibus ultro offerebatur munus dho, i. spōte ex deuotione vtrū debitum siebat à plebe oblatio, A primo die mēsis septimi cœperunt offerre holocaustum dho, Iunctū enim erexerunt altare, ante cuius erectionem non poterant immolare, Porro temp̄lum Dei necdum fundatum erat, Dederūt autē principales inter Iudeos specunias latomias, i. lapidum casoribus, & camentariis, q̄ cum examento muros seu parietes ex lapidibus construebant, Cibum quoq; vñc blada, & potum & oleum, dabant Sidonij, Tyrijs, q̄j, viris operariis de Sidone & Tyro, ut deferrerent, apportarent ligna cedrina de Libano monte, in q̄ crescunt, ad mare loppenj, vsq; ad ripam maris mediterranei, iuxta quam sita est v̄rbs nomine loppe antiqua, quæ à laphet filio Noe perhibetur fundata, vbi est portus mediterranei maris, iuxta quod præcepit Cyrus rex Persar, Iqui Iosephus teste iussit de suo sumptu in oibus fieri, Sic & 3. Regum lib. legiſ Salomon dedisse blada & oleum Hiram regi, Tyri, tenuis serui ipsi adduceret pro constructione templi ligna cedrina & abiegnia, secundum qđ Paral. lib. 2. addit, Et de vino qđ dedit Hiram regi, Anno autē secundo aduētus eoz, à Babylone ad templū Dei, ad locum templi nondū tunc incepti, cœperunt adificare templū Zorobabel & Ioseph &c, & constituerūt Leuitas à 20. annis & supra, i. qui erant ad minus 20. annos, ut vgeret opus dñi, i. sollicitarēt adificium templi, In lib. Numeros legit dñs p̄cepisse numerari, Leuitas à 20. anno vñq; ad annum 50. ad portandum & faciēdum sibi iniuncta, Alio loco Numer. habetur, Hæc est lex Leuitarum, à 25. annis & supra, ingredientur ut ministrent in tabernaculo sacerdos, Quomodo ergo licuit istis constitutere Leuitas à viginti annis, Ad quod dicendum viderit, q̄ isti Leuita dicūt positi ad sollicitadum structuram templi, Si autem faciebant cætera opera Leuitarum, forsū ex dispensatione sic factum est, quia pauci erant adhuc, Et certq; Ioseph pontifex, & filii eius & fratres eius, quasi vir unus, ordinate atq; concorditer, vt instaret super eos qui faciebant opus in templo Dei, i. in loco templi, hoc est, ad dirigendum operarios ipsos ad agēdum viriliter, Fundato igitur templo, sicut sacerdotes in ornato suo, i. sacerdotialibus vestimentis induit, scum tubis, Iquam vñs fuit in cultu & obsequio Dei, & in Iudeo, & dicebantur tubæ sacerdotales, de quibus Ioseph 6. Fuerunt quoq; tubæ, quarum vñs fuit in hellis, & alia tubæ ad populum conuocandum, sicut in libro Numerorum, & Leuita filij Asaph in cymbalis, i. cum talibus instrumentis, de quibus prædictum est, vt laudarent Deum per manum David regis Israeli, secundum ordinationem David regis laudarent dominum in psalmis a David compotis, Et concinabant in hymnis & confessione domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius super Irael, i. in psalmis & laudibus alijs ac spiritualibus canticis patiter cœcerunt, omnipotenti gratias agendo de templi fundatione, Omnis quoq; populus Irael ibi præsens, vociferabatur clamore magno in laudando dominum, eo q̄ fundatum esset templum domini, Plurimi etiam de sacerdotibus & Leuitis & principes patrum id

IN I. LIB. ESDRAE ENARRAT. ART. III. 371
ide est, præcipui inter patres, & seniores qui viderant templū prius, à Salomone construūtum, q̄um fundatum esset, non q̄ fuerint q̄ illud templū fundabat, sed cum fundatum, i. firmat, collocatum esset in suo vigore subsistens, & hoc templū i. templi huius se cunci fundamenta, sicut bāt voce magna, itum ex recordatione destructionis illius primi celeberrimi templi, itum quia templū istud fecundū fundatum, videbatur parui momenti respectu templi prioris, nec apparet, q̄ vñg ptingeret ad notabilem venustatem & gloriam cōparatione tem- pli prioris, Hinc per Aggēum dñs ait constructoris templi secūdi: Quis in vobis est dñe- listus, qui vidit donum istam in gloria sua prius? & quid vos videtis hanc nunc? Nunquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris, & ibi consequenter dominus consolabatur eos, di- cendo: Magna erit gloria domus istius nouissima magis quam prima, quod, sicut ibi expo- situm est, impletum est per Christi præsentiam, oblationem, prædicationem, miraculosaq; actiones in templo secundo.

¶ Elucidatio cap. 4. Audierunt autem hostes Iudea & Benjamin,

Articulus 4.

Modo describitur, qualiter aduersarij Iudeorum procurauerunt prohibitionem regi- ficationis templi & ciuitatis Hierusalem, Audierunt autē hostes Iudea & Benjamin, i. Samaritani habitantes in terra decem tribuum, hostes Iudeorum reuersorum de Babylone, qui erant ex tribu Iudea ac Benjamin & etiam Leui, i. q̄a filii captiuitatis, i. p̄fati Iudei ante diu in captiuitate detenti, & iam inde relaxati atq; remissi, cōdificarent templum domino Deo Israel, accedentes ad Zorobabel & ad principes patrum, dixerunt eis: Aedificemus vo- bis, q̄m ita vñ vos, quæritis Deum vestrum, i. Deum Israel colimus, sicut & vos, Legi- tur 4. lib. Regum, q̄ cum Salmanasar rex Assyriorum captiuas et abduxisset decem tribus 4. Re. 17. Israel, posuit in terra eorum gentes diueras, quibus idola sua coelentibus Deus misit leones, qui deuorauerunt multos ex eis, quo cognito, rex Assyriorum iussit illuc adduci vñm de sa- cerdotibus Israel a se captis, vt doceret gentes illas colere Deum, Sic q̄c receptorunt circuncī- sionem & Mōis libros, Deoq; Israel sacrificauerunt, & cum hoc coluerunt deos & idola sua, Hinc dicunt: Ecce nos immolauimus victimas, i. hostias Deo Israel, sicut diebus Assaraddon regis Assur, qui adduxit nos huc, i. Legitur 4. Regum lib, q̄ mortuo Sennacherib, succedit 4. Re. 19. ei in regno Assaraddon filius eius, Iam autē inductum est, q̄ Salmanasar rex Assyriorum, pa- ter ipsius Sennacherib, captis filiis Israel, collocavit in terra eorum gētiles, Quomodo ergo 4. Re. 17. dicit, Ecce nos immolauimus victimas ex diebus Assaraddon regis Assur, qui adduxit nos huc, Ad hoc quidam respondet, q̄ sacerdos fuit missus ab i. Re. Assaraddon, & cum ipso sa- cerdote multos gentiles idem rex misit ad inhabitandum territorium decem tribuum, Quod dictum pro parte verificatur, nempe vt magister in historijs refert, Salmanasar paucos addu- xit gentiles ad inhabitandum Samariam, Assaraddon autē postea misit multo plures, popu- lauitq; terram illam, Veruntq; sacerdos missus fuit ab ipso Salmanasar, nec poterat tanta di- latio aduentus sacerdotis differi vñq; Assaraddon regem, videlicet per totum tēpus regni Sennacherib, Immo secundum Iosephum non lib. antiquitatis, Salmanasar misit non vñm 4. Re. 17. tñmodo sacerdotem, sed plures, Et dixit eis Zorobabel & Ioseph & reliqui principes Nō est an. iu. c. 14. nobis & vobis, vt adificemus dño Deo nostro, i. vobis non cōuenit societas aut communio velius adificandi nobiscum templum Deo nostro, sed nosiphi soli adificabimus dño templū, i. sicut præcepit nobis Cyrus rex Persarum, Cyrus em (vt patuit supra) dedit Iudeis, i. Efd. 1. non gentibus, sicutiam construendi templum Deo, quis alij dederit licentia adiuvandi lu- deos, isti autē peruersa intentione voluerunt se Iudeis adificantib⁹ commiscere, vt si in soci- etate eorum admixti, eos plus impeditrent, quia familiaris inimicus est efficacior ad nocen- dum, & q̄a erant idololatæ, eorum societas fuit Iudeis vitanda, Factum est ergo vt populus terræ Samaria & circumiacentij regionum, cōimpedit manus populi Iudea, Iudeoq; edi- ficantib⁹, & turbaret eos in adificantib⁹ faciendo eis diuersas molestias, seu impediēdo addu- ctionem lignorum & consimiliū ad adificia necessariorū, Conduxerūt q̄q; aduersum eos confi- liatores, i. q̄dam induxerūt pecunijs, vt destruerēt consiliū eoz, i. vt ipsi consiliatores suis p- suasionib⁹ impedireb̄t ludoḡe consiliū ab edificationis p-sequutione, soib⁹ diebus Cyri regis Persar, & vñq; ad regnum Darij regis Persar, i. vñq; ad secūdū annū imperij Darij huius, die q̄ infra dicit, quis & q̄rum filius fuit, Hinc Aggazi 1. habet: In anno secūdū Darij regis, &c. His cōsonat qđ Iosephus narrat, dum mittent templi fundamenta, oēs in circuitu gentes, an. iu. ca. 2. p̄fserit Cuthai, i. Samaritani, petebāt satrapas, vt impedireb̄t Iudeos ne cinitatem & cōplum instauraret, q̄ pecunijs corrupti, fecerūt sic, qđ Cyrus circa bella occupat⁹ nescivit, In regno autē Assueri, ipse est rex Artaxerxes, i. principio regni eius, scripserūt p̄fati gentes, i. accusa- tionem aduersus habitatores Iudea & Hierusalem, i. contra Iudeos comorantes in terra Iudea & v̄rbe Hierusalē, At vero quis fuerit iste Assuerus, habet difficultatē poter opinione varietatem, & potissimum propter diuersitatem noīm regis eiusdem, & coincidentia nomi- num

num regum diuersorum. Frequenter enim rex habuit noja multa, & rursus diuersorum regum nomina erant eadem saepe, sicut & adhuc sunt. Itaque aliqui putauerunt, quod Assuerus cui nunc dicitur scripta accusatio contra Iudeos, fuit is qui Hester accepit vxorem: quod Lyra testante, etiam R. Salomon tener, & verum est, quod Iosephus recitat Assuerum illum a Gracis Acta xerxeni vocari. Dicit ergo quod vocatus sit Cyrus. Veruntur Iosephus aut, quod Assuerus ite non fuit qui ipsam Hester accepit, sed diu ante, unde quod fuit Cambyses filius Cyri immediatus, qui Cyrus dedit reundii licentiam, & hoc expositores catholici sunt sequuti, & verum censeretur. Et Cambyses ille in lib. Iudith, Nabuchodonosor nuncupatur. Opinio autem Rabbi Salomonis, paulopost errore ostendetur. Et in diebus Artaxerxis i. Cambyses, scriptis Besellam i. vir sic vocatus, Mithridates & Tabeel i. alij viri sic dicti, principes Samaritanorum, sed Artaxerxes regem Persarum, i. Cambyses, quod Cyro successit in regno & monarchia. Epistola autem accusatiōis scripta erat Syriacē i. verbis Syrorum, & legebat sermone Syro, i. eodem sermone quo extitit scripta, ita quod non legebat audiētibus per interpretē in alia lingua, quoniam audiētes illi nouerant Syriacām linguam. Rehum Beel Theem, tria sunt noja. Circa quod scribit qdām: Expositores nostri dicunt cōmūniter, quod sunt tria noja propria hōmī scribētū istam epistolam, qdā dicunt ex ignorāntia Syri sermonis procedit. Nam secundū pprietarym lingue illius, Rehum est, pprium nōmē, alia duo sunt noja appellatiua sui officij. Beel enim dñm significat vel magistrū, Theem rōcīnatiōne. Ratiocinatio autē vno modo significat compūtum, alio modo, plationem verbōrum. Est igit sensus, quod Rehum fuit vel magister vel chs cōputi. Hac ille. Cuius obiectiōni posset faciliter r̄fideri, quod in multis linguis eadem noja sunt appellatiua & ppriā, sicut in Latino, Leo, amator, amicus & consimilā, & frequēter in eadem ppositione possunt vtrōq; modo sumi, ut certū est. Prēterea multi doctores catholici in hoc loco dicunt, Beel & Theem esse cōmūnia nōia & designare officiū, ideo expositores catholici non fuerunt hoc loco taliter, ramēq; ghaliſte de ignorantia & errore notandi. Amplius non videt v̄bz, quod Rehum ille fuit magister aut chs cōputi, quod (ut Iosephus tangit) & magister in historijs sequitū fuit scriptor accidens, nec obstat qdā sequit, & Samas scriba, Reges namq; & principes consueverūt habere scriptores regi, gehaz in ppria terra, quod dicebant scribae, & alios cōscr̄bentes ea, quod in alijs contingebant, p̄uincij, quod dicebant scriptores accidentiū regi. Vnde qdā ait, quod Rehum ille dicitur epis̄tolā, & Samas eam scripti, errorneum est aut incertum, si secundū suam opinionē, Rehum ille fuit magister aut dñi compūti, cum scriptores & scribae magnatum cōmūniter melius sciant formam & modū dictandi qdā principes. & ceteri de gētīdī quas trāstulit i. de terris imperij sui migrare, & in Samaria habitare fecit, Asennaphar i. p̄dictus Assorhadon, quod plura sortit⁹ est noja, quod (vt dictum est) terram decēm tribūnum magis populauit, quod Salmanazar auus ipsius. [Hoc est exēplar epistole quam miserit ad eum] quām p̄fati miserit Cābys regi Persarum, [Artaxerxi i. Cambyses regi] Persarum serui tui i. nos ministri tui, quos p̄fecisti populo tuo, [viri qdā sunt trās fluuium] Euphratēn, qdā inter Persas & Samariā mediū fuit, salutē dicit. Notū sit regi, quod ludāi qdā ascenderūt à te ad nos, venerūt in Hierusalē ciuitate rebellē & pessimam. Ex hoc loco (ve recitat Lyra) p̄bat Rabbi Salomon, quod epistola ista sit missa Cyro regi Persarum, quoniam ipse Cyrus, & non hi lius eius Cambyses, dedit Iudeis reundii licentiā. Quod argumentū faciliter solvit, cum his sensus, Ascenderūt à te ad nos, i. à terra imperij tui ad terra nostrā. Deniq; Rabbi Salomon ille (ut tacitū est) dicit, quod Assuerus seu Artaxerxes cui scripta est ista epistola, fuit Assuerus, quod ipam Hester duxit uxore, quē cōstat nō fuisse Cyru, quod dedit Iudeis reundii licentiā, & paulo post clarius reprobabit error iste. [Quād] adūcit extrēmē mūros eius & parietes cōponentes. Circa hoc scribit glām, In hoc false accusabāt Iudeos, quād non recidificabāt ciuitatē, sed tñmodo templū, quod dictū stare non potest, immē prius cōperit recidificare ciuitatē qdā templū, alioq; vbi manifest, nec principes illi autē fuisse regi suo tam manifestū & ad oculum pacē mendaciū scribere. Cyrus qdā dedit Iudeis licentiā readificandi, non solū tempū, sed etiā ciuitatē, vt cito probabit. Nūc ergo notū sit regi, quād ciuitas illa adūcita fuit, & murū eius instaurata, tributū & vectigal & annuos redditus non dabāt, tibi erūt rebels, rennūendo p̄soluerūt redditus, quos omni anno soluerūt obligant de terra nascēntib⁹ & arborib⁹ fructibus, tributa qdā & vectigalia. Dicit autē tributū, quod datur seu soluit ministro principis deputato ad levandū huiusmodi bonū Vectigal autē, quod principi apportat seu pedagiū quod soluit de rebus qdā vehenit p̄ terram aut aquas. & vsc̄ ad reges hæc noxij, rebellio & ostensio illarū peruenient, vsc̄ ad te, successore, qdā tuos. [Nos autē memorē salis qdā in palatio comedimus, qdā ad nos, vel vsc̄, ad cibos sale conditos, unnciamus regi, vt recenseras] i. recolas & ingriſias, i. libris historiarum patrum tuorum, & iuuenies scriptum in cōmentariis, & c̄ties quia urba illa, vrb̄s rebellis est. Si quis responſio regie, [Verbi] responsiva epistola, [misit rex Rehum] id est, ipsi Rehum ac ceteris qui cum eo scripscrāti regi, [A me praeceptum est, & recessus]

scripta mei in libris historiæ, tñuenterūt qm civitas illa ab antiquis dieb⁹ aduersus reges rebellat jī, rebellare consuevit, & hoc reges & ciues Hierusalem qñq fecerit iuste, vt patet de David, Asa, Iosaphat, Ezechia; qñq iniuste, vt tempore Joachim & Sedechia, qñ Deus propter peccata eorum subdidit eos insidiosum regibus. Nam & reges fortissimi fuerint in Hierusalem qdñati sunt omni regioni quā trās fluuium est, prout z. & 3. Regum de David & Salomonē refertur. Tributū qñq & vestigia & redditus accipiebat. reges illi Hierusalem, s. Dāuid, Salomonē receperūt tributū & alia quæq; a regnū & prouinciis, s. Syria, Moab, Ammon, Idumea, quas sibi subiecerāt. Nunc ergo audite sententiā Prohibeatis viros illos ab exequutione adiunctionis, & vrbs illa non adificet. Circa hoc scribit qdam, Ex quo patet qd Axerxes iste fuit Cyrus, & non retractauit dictum suum, quia non dederat licentiam egiūcā ciuitatem, sed tm templū, vt habetur supra, nec istud retractauit. Circa hoc dico qd Axerxes iste non fuit Cyrus, qui dedit licentiam adificandi templū, sicut dictum est & probatum, quia secundū Hieronymum in multis locis expositionum suarum sugg prophetas, Cyrus ille fuit oīno per oīa favorabilis ipfis ludeis, & hoc Beda, Haymo & ceteri catholici concorditer dicunt. Insuper falsum est & sacra scriptura contrariū, dicere qd Cyrus iste non dedit ludēs licentia reādificandi ciuitatem, sed folum templū, qm (vt in expōsitione superiori tri allegatum est plenius) de Cyro hoc rege Persarum ex Esaīam dñs p̄nunciavit. Ipse adificabit ciuitatem meam, quod certum est de vrbe Hierusalem esse p̄dictum, & esse sensum, Ipse adificabit, i. adificari licentiabit & permettit, aut certe iubebit, secundū quod ipfemēt Cyrus dixit. Ipse s. Deus cæli, præcepit mihi vt adificarem ei domum in Hierusalem. Si ergo Cyrus prohibuit ciuitatem adificari, suum vtq; edictum reuocauit. Nec verū est primo habeti causa, qd Cyru dedit ludēs licentia reādificans solum templū. Nam quis ibi dicatur de templo costruendo, non tñ additur ibi aliiquid de p̄cione aut exclusione aliorum. Iterum dictum est, Cyru fuisse inductum ad templi reparacionem, quia Hebræi ostendunt ei p̄fatam Esaīam p̄phetiam, & quia in ea de ciuitatis reādificatione manifeste habetur, constat qd ad hoc dedit licentiam, immo de ciuitatis reādificatione habetur ibi apertius qd de templi constructione, vt patet ex primo articulo. Rursus Iosephus II. antiquitatum lib. recitat Cyru scripsisse, Iudeos terram meam in habitantes, qui voluerunt ad patriam suam redire, permisi & ciuitatem renouare, tēplumq; Dei in ea adificare. At vero secundū opinionem illam erroneam Cyru suum retractasset edictum de templi adificatiōe: alioquin ludēi non omisissent proseq; adificium templi, nisi epistola regis hoc continuisset. Tunc intermissum est opus domus dñi in Hierusalem, i. prosequitū templi & adificatio ciuitatis, & nō fiebat vtq; ad secundū annum Darii regis Persarum, i. qui Darius secundū Iosephum, Hieronymum & sanctos doctores, fuit filius Hyrcanus & diu præcessit Assuerum, cuius coniunx extitit Hester. Aliqui vero Hebræi affirmant, qd fuit fili⁹ Assueri & Hester. Postremo iuxta mysticum sensum, per reādificationem templi & ciuitatis Hierusalem, designatur reformatio ecclēsiaz in capitibus eius & membris. Per gentes vero impeditives, signant inuisibilis atq; visibiles ecclēsias hostes, falsi fratres, vitiōsi prælati, & oēs qui aduersant vnitati, paci & reformationi ecclēsiaz, qui dum nec ratione nec authoritate queunt catholicis prævalere, libenter se muniant secularium principum fauore ac potestate, apud quos mercadicer criminantur atq; accusant catholicos, & sicut fideles exultant & voce altisona laudant Deum dum ecclēsia alia qualiter reformatur. Sapientiores tamen & perfectiores, considerantes in quanta sanctitatem & iustitiam ecclēsias Deo seruiriūt tempore apostolorū & postea diu, plorant dum moderni tem poris qualēmcung; reformatiōnem conspicunt.

Explanatio cap.5. Prophetauerunt autem Haggæus propheta

& Zacharias filius Addo.

Ic agitur de resumptione ædificationis templi, & de appellatione

Darium regem. [Prophetauerunt autem Haggaeus,

phetantes ad Iudeos qui erant in Iudea & Hierusalem & in nomine Dei Israe. Iisti duo furerunt in terra Babylonie nati, & inter duodecim minores computantur prophetas. Vnde in Scho lastica fertur historia: Ascensuri ex Babylonia in Iudeam, alios hortabantur Iudeos ut secum ascenderent, sed paucos iuenerunt qui assentirentur eis. Propterea in exhortatione & appara-
tu tres annos cōpulerunt, & in tertio anno regni Cyri egressi sunt sub Zorobabel duce eorum
& Iesu pontifice, exhortantibus eos Zacharia propheta & Haggaeo iuene, sed nondū pro-
pheta. Denique mortuo Cambysē & Dario imperante, hi duo prophetæ ad monuerunt ipsum
Zorobabel atque pontificem & populum, vt rursus in cipereant proseque ad fidicium templi & ciui-
tatis, etiam nondū ad hoc licentia obtenta à Dario, p̄dientes ex revelatione diuina, q̄ pro-
speraretur opus in manu eorum, nec Darius impediret. Verunt̄ secundū Iosephum, Zoro-
babel audita p̄motione Darij in regem, festinanter eum accessit, quia iam dudū habuit fami-
liarem amicitiam secum, atque (vt legitur) ex instigatione ipsius Zorobabel Darius fecit vo-
an

tum Deo Israel, q̄ si fieret rex, redificaret ciuitatem Hierusalem & templū in ea. Concessit itaq̄ Darius ipsi Zorobabel largam licentiam instaurandi templū & vrbeū & priuilegia multa. Sed sicut magister in historiis scribit, iste ascensus Zorobabel ad Darium, fuit ponq̄ resumpsis adificationem, dum principes Darij habitantes trans flumen, petierunt à Zorobabel, quā autoritate prolequeret adificationem dudum, prohibitam, sicut iam ex texu patet. [In ipso tempore venit ad eos] ad Zorobabel & ludos] Thatanai, qui erat dux trās flu men] Euphraten, & Starbanai & cōsiliarij eorum, & dixerūt: Quis dedit vobis cōsilium, vt domum hanc adificaretis, & muros eius ciuitatis aut templū instauraretis? Ad quod respondimus eis, quā essent noīa hoīm authorum illius adificationis] i. qui essent principales in opere illo, q̄ i. Haggaeus & Zacharias ex diuina reuelatione hoc insinuarent esse agēdūm, & q̄ Zorobabel dudum amicus Darij, esset executor operis huius. [Oculus aut̄ Dei eorum] i. et pectus diuinæ pietatis & conformatio[n]is, factus est super senes Iudeorū.] eos corroborans, ita q̄ non cessauerūt ab incepto, & non potuerūt principes prefati inhibere eos, quia Iudai de ipsoz inhibitione non curauerūt. Vl̄ quis venerūt cum inhibendi propoſito, vlo p̄ ten tñ immutauit corda eorum, ita q̄ non prohibuerūt. Prima tñ expofitio aptior reputatur. Nam subditur: Placuit q̄ viri q̄ parti, puta Iudai & Samaritani, vt res ad Darium referetur. I. causa ista ad iudicium Darij regis deportaretur, quia tunc erat monarca in oriente. & tunc satisfaceret aduersus accusationem illam] i. Iudai ex determinatione Darij riferent ad accusationem eis obiectam, q̄ incaute haberent se, adificando sic sine licētia regis. Exemplar epistola[rum] quam misit Thatanai ad Darium] i. sermo epistola[rum] quam miserant ei hi, q̄ cum ipso Thatanai scripserunt Dario regi, cui scripserunt sic[us] Dario regi pax oīs] pax perfecta, seu pax interior, exterior, præsens & futura. [Notum sit regi, iste] i. i. nissit nos ad ludzam ad domum Dei magni.] Iste em̄ Samaritanus cum dijs suis colebat & Deum Israe[], quem magnum & sumnum esse credebat, q̄ adificatur lapide impolito] i. ex im politia seu non sculptis lapidibus, & ligna ponunt in parietibus, opusq̄ illud diligenter extruitur, crescitq̄ in manib⁹ eorum. Interrogauimus ergo senes illos: Quis dedit vobis potestate[m] vt domino[n]e hanc adificaretis? Riferunt: Nos sumus servi Dei cæli & terra, & adificamus templum qd erat extructum ante hos annos multis] i. adificamus templum simile tēplo oīm à Salomonē confructu. Itaq̄ ex eo tempore quo fundamenta templi sunt à Zorobabel seu Sasabas[er] posita vloq̄ nunc adificatur templum, non continue, sed interueniente longa interruptione ex Cambysis prohibitione, vt patuit capitulo præcedēte. [Nunc ergo si videtur regi bonum, recenset in bibliotheca regis] i. in armario seu repositorio librorū suorum annalium & historialium, q̄ wa[re] bibliothecā est in Babylone] i. in terra Babylonie. Siquidem urbs Babylon fuit destruta, vt rūnam à Cyro rege iussim sit vt adificare domus Dei in Hierusalem, & voluntatem regis super hac re mittat ad nos.]

Explanatio cap. 6. Tunc Darius rex præcepit, & recensuerunt in bibliotheca.

Articulus 6.

Praeceptum Darij de templo adificando & cōsummando, hic ponitur. [Tunc Darius rex præcepit] ministris & scriptoribus suis, & recensuerūt i. inquisierunt, in bibliotheca librorum] continentia gesta p̄cedentium regum, [qui erant in Babylone] i. in regno Babylonie, prout se ante extederat & includebat multa & magna regna, & inuentū est in Egbarthanis, quod est castrum]. In libro Iudith habetur, q̄ Egbarthanis fuit potentissima ciuitas, quod ergo vocatur castrū. Forsan q̄m in istar fortalith fuit firmissime facta, sicut secundū q̄undam expositionem Christus de Hierusalem dixit discipulis] i. in castellum quod contra vos est. Mart. 21. Vel forte Egbarthanis sumitur hic pro castro, non pro ciuitate, i. in Medena provincia] i. in regno Media seu Medorum, inuentū est ibi volumen vnum, talisq̄ in eo scriptus erat com mentarius] i. tractatus expositorius rei geste per Cyrum. [Anno primo Cyri regis] Cyrus rex decreuit vt domus Dei quā est i. effe dehet, vel cuius locus est i. in Hierusalem, adificaretur in loco vbi immolant hostias, & vt ponant fundamenta supportantia altitudine] i. structuram templi, quod exit in altitudine] 60. cubitorū, & latitudinem cubitorum 60. Aliqui opinantur q̄ latitudo sumatur impropriā hic pro longitudine templi, p̄sertim cum latitudo templi Salomonis non fuerit nisi cubitorum 20. Verunt̄ Iosephus etiā refert sicut in texu habetur, & ordines de lapidibus im politis tres, & sic ordines de lignis nouis,] hoc videt ex verbis Iosephi quasi exponi, dum ait: Et faciant tres parietes lapides ipsius, v̄c templi & vnum parietem ligneum ex materiali ipsius prouincia. P̄terea obiecti potest, quia si tēplum istud secundū, fuit altitudinis 60. cubitorum, videatur fuisse alti⁹ templo Salomonis, quod habuit 30. cubitos in altitudine, prout 3. Reg. 6. habetur. Errādendum q̄ templū Salomonis fuit 30. cubitorum in altitudine v̄sc ad primum tabulatum, deinde totidem v̄sc ad tabulatum secundū, & ab illo v̄sc ad verticem habuit adhuc in altitudine cubitos 60. Vnde tota eius altitudo describitur 2. Paral. 3. vbi habetur Porro altitudo 120. cubitorum erat. [Nū ergo Thas.

IN I. LIB. ESDRAE ENARRATIO. Art. VII. 375
tanai & qui estis trans fluvium, procul recedite ab illis, [i. Iudigis redificantibus templū & verbum Hierusalem, & dimittite fieri templum Dei à duce ludeorū, & offerant oblationes Deo cæli, orientis & pro vita regis] Darij [& filiorum eius] prospere conferuanda. Circa hoc scribit quidam, Ex hoc patet, q̄ rex iste habebat fidem vniuersi veri Dei, Verunt̄ an habuit fidem formatam vel solum informem, an potius solummodo fidem suasam & quandam credulitatem fidei similem, nō aut̄ fidem quā est theologica virtus, puto incertum. Nam (vt patuit) etiam Samaritani idololatriæ, credebant, supplicabant & sacrificabant vni vero Deo. Similiter Assuerus, cuius coniunx fuit Hester, credebat esse vnum verum & summum Deum, oīm p̄uisorem, vt patet in eius epistolis, præsertim Hester vltimo, & th̄ isti non habuerunt fidem quā est virtus theologica, nec formatam neq̄ informem, sicut neq̄ hæretici nec Saraceni, qui vnum Deum, non idola, colunt. [A me ergo] Dario regē positum est decretum] i. ordinatio & præceptum, vt oīs homo qui hanc mutauerit iustitionem, li. transgressus fuerit eam, tollatur lignum de domo ipsius, jū habuerit domum & lignum pro patibulo aptib[us] alios quin aliunde sumatur huiusmodi lignum, & configurat in eo. Domus aut̄ eius publicetur] i. facultates ipsius ad fiscum pertinet regis. [Deus qui habitare facit nomen suum ibi] i. qui in templo Hierusalem iussit se inuocari, noīari, laudari, & qui seipsum voluit ibi per speciem gratiam esse & habitare, dissipet oīs regna, & populum qui extederit manum suam vt repugnet, & dissipet domum Dei. Adificauerunt] Iudai templum & vrbe, iubente Deo] Agg. 2. per Haggaeum & Zachariam p̄phetas, & iubente Cyro & Dario & Artaxerxe regibus Perzacharum, & compleuerunt domum Dei.] ex qua forma verborum patet falsitas R. Salomonis, dicentis q̄ Artaxerxes iste fuit idem qui Darius: qd si verum esset, scriptura non loqueret de eo & Dario cum interpolatione huiusmodi cōiunctionis cogulatiu[is]. Idcirco cum Iosepho 1. Esdr. lib. 11. dicendū, q̄ Artaxerxes ille fuit filius Darij, & à Iosepho Xerxes vocat. Nec obstat, q̄ tēplum 2. an. iu. ca. 3. dicit esse completū sexto Darij anno, v̄c qd ad dictū eius secundū sermika tñ deerant eius ornataū & vtenſilib⁹ & adib⁹ in gyro siendis pro templi ministris, p̄sp ad diem tertii mēs Adar, jū duodecimus mēs est apud Iudeos. Deinde in litera describit, qualiter Iudigis seu filij transmigrationis, i. de transmigratione & captiuitate reuersi, fecerunt dictionem templi, & pontifex ac maiores fecerunt iacerdotes ac Leuitas state ordinare secundū cōgruentiā officiōe suōe in vicibus suis, in quibus ministrare debebat & exercere opera Dei, sacrificando, laudando, & circa hostias p̄parandas ministerium exhibendo, sicut scriptum est in lib. Mosis] p̄sertim in Leuitico & lib. Numerorū p̄ diuersa capitula, & plana est litera. Ex purificati sunt 3. Leuit. 8. sacerdotes & Leuita] i. ad faciendū pascha secundū legem erant dispositi & purgati p̄ orationes, lotiones, & cōtinentiā, atq̄ per immunitatem ab irregularitatib⁹ & in munditijs legis, à quibus debebat esse imunes aut purgati pascha facturi & agnum paschalem manducaturi 4. Exo. 28. de quibus oībus in Exodo, Leuitico & ceteris Mosis libris diffuse tractat. Purificati sunt ergo Leuit. 8. quasi vir vnum, li. oīs cōcorditer sine exceptione. Et fecerunt solennitatem azymoꝝ febrem Num. 6. diebus in lāetitia, qm̄ significauerat eos dñs, i. gratia se agendo cum ip̄s, & converterat cor tez. Deut. 18. q̄is Assur ad eos, vt adiuuaret manus eoru[is]. mente Darij regis inclinauerat ad faciendū tam liberaliter & benigne cum ip̄s, & ad habendum se tam deuote circa Deum & templū. Dicitur aut̄ Darius rex Perfarum, rex Assur, quia & regnum Assyriorum fuit sub eius imperio.

Elucidatio cap. 7. Post hāc autem verba.

Art. 7.

R ecitatus hic promootio atq̄ prosperitas Iudeorū sub filio Darij regis, [Post hāc aut̄ verba] i. post gesta iam ante descripta sub Dario, Sæpius aut̄ in scripturis sumitur verbum pro re significata per verbum, [in regno Artaxerxis,] v̄c filii Darij, quem Artaxerxes lofe[re] Ioseph. lib. 11. plus vocat Xerxes, [Esdras,] cuius genealogia in texu describitur, ascēdendo v̄sc ad [Aa an. iu. ca. 1. 2. 6. ron] qui fuit sacerdos ab initio] i. pontifex Iudeorū primus à tempore q̄ Deus per Mosen 3. Exo. 28. in deserto instituit sacerdotium Iudeorū, distinctum à sacerdotio legis naturalis, in qua oīs primogeniti fuerant sacerdotes. Fuerunt tñ plures intermedij inter Esdras & Aaron, q̄ hic exprimunt, sicut ex 1. Paral. lib. elicitur, principaliores aut̄ ponunt hic. Tp̄le Esdras ascēdit 1. pat. 6. de Babylone] versus Iudeam, q̄ in altiori est situ, q̄ Babylonie terra. Dicunt aut̄ nōnulli q̄ Esdras primo ascēderat cum Zorobabel; deinde Babylonie rediit ad deducendū secū plures inde in Iudeam, & ad im petrādum priuilegia quadam à regi quod si ita est, mirum q̄ non fit de eo mētio specialis in descriptiōe reuersionis Zorobabel. Ex Iosepho quoq̄ & ex Scholastica historia id non appetet, [i. ip̄le scriba velox in lege Mosis] i. doctus valde & peritus in scripturis veteris testamenti qui & ideo dicitur scriba velox, quoniam nouos apices literarum excogitauit faciliores ad scribendum & exprimentum, qui & legem à Chaldaeis combustam dicitur reparasse, & ceteras veteris testamenti scripturas recuperasse. P̄tate chum vero, i. libros Mosis apud Samaritanos inueniuntur asserit. Et dedit ei rex Artaxerxes, secundū manum domini Dei eius super eum bonam, id est, secundū gratiosam & potentem opem & assistentiam Dei, Rommē petitionem eius] id est, vniuersa quā à prefato petij regē.

De hoc Josephus undecimo antiquitatum recitat libro, Fuit in Babylone vir iustus & gloria magna potitus, apud multitudinem primus populi Iudeorum sacerdos, q̄ cum legum Moysi integrā haberet scientia, amicus faciūt est Xerxi regi. Præterea aduentus, q̄ secundum magistrum in historijs, Artaxerxes iste fuit alter q̄ Xerxes filius Darij, & succedit in regno Xerxi prefato, atq̄ vocatus est Artaxerxes Lōgimānus. [Esdras aut̄ paravit j̄i, aperuit & prebuit cor iūum, vt inuestigaret legem dñi j̄i, eam recolaret & recuperaret, & faceret j̄i, obediens eidem, quia scientia p̄ceptorum & legum, ordinatur ad opus, quemadmodum & philosophus p̄ficiat; Quid sit virtus scrutamur, vt boni efficiamur, Ideo scienti & nō facienti, p̄catum est illi, & doceret in Israel p̄ceptum & iudicium] i. ipsius Israelicum populus reuersum diceret per verba & scripta p̄cepta moralia, pura decalogum & mandata iudicitalia, quae assignant modum seruandi iustitiam inter proximos. Per hanc aut̄ insinuat, q̄ docuit quoq̄ p̄cepta c̄eremonialia q̄ docent modum colendi Deum in sacrificijs, & in discretione ciborum, ac consimilatio terum figuralem. [Hoc est aut̄ exēplar epistola] cōtentiuā sed i. p̄cepta seu ordinatio, quod dedit rex Artaxerxes Esdras sacerdotis Artaxerxes rex regum] terrenorum subiecto, monarchia Persar, Esdra doctissimo salutem. Nam & propter sapientiā suam Esdras fuit regi tam acceptus, charus, & honoratus ab ipso. Atq̄ vt refert Hieronymus, Hebræ dicunt ipsum fuisse Malachiam prophetam, q̄ inter duodecim prophetas est vītimus, & fuisse eum aspectus angelici, & sic erat decorus & multū amabilis. [A me decretum est, vt cuiuscūm placuerit in regno meo] i. toto imperio meo, se de populo Israel tecum vadat in Hierusalem. A facie enim regis & septem consiliatore eius] i. p̄sona ac p̄sencia mea & septem principaliū consiliarioꝝ meos] missus es. Inempe ut legitur in lib. Hester, Reges Persarum & Medoz habebant assiduū secum septem nobilissimos duces in iure & legibus per̄tissimos, q̄rum consilio cuncta agebat. [vt viſites ludāam & Hierusalem] i. terrā & populum tuū, in lege Dei tui j̄i, cum obseruantia & memoria legis Mōsaicæ, q̄ est in manu, operatiōne tua] i. quam habes ad manu, hoc es] p̄emptu, & vt feras] i. tecum portes, targentū & aurum, qd rex & consiliatore eius sponte obtulerit Deo Israel] i. in subidiū ornamento, sacrificio, ac ædiū templi, lam itaq̄ notitia veri Dei lōge ac late innovuit ḡtib⁹ ex dispensatione & cōmoratiōe filioꝝ Israel inter illos, & ex p̄petratione mirabilis, q̄ Deus tūc fecit inter gentiles tēporibus. Et relatiōe q̄p̄ Israelitas narrantiū ḡtibus magnalia Dei scripta in lege. Et hæc fuit vna causa, cur Deus puniuit p̄tū populi sui p̄ dispersionē inter gentiles. Propter qd scriptū est Tob. 13. Cōfitemini dñi filij Israel, & in cōspectu gentiū laudate eum, qm̄ idea dispergit vos inter ḡtes q̄ ignorat Deum, vt enaretis mirabilia eius, & faciat scire eos, qm̄ non est alius Deus oþpotens p̄ter eum. [Et orne argentū & aurū qd cunq̄ inuenieris in vniuersitate Babylonis, & qd populus offerre voluerit] i. populus tuus residuus, q̄ nō vult tecum ascendere in Iudeam, detentus amore vrox ac sobolis ac possessionis, quas haberet in Babylone. Vel populus meus residuus post me & septem consiliarios meos. [Vasa q̄q̄ q̄ dantur in ministeriū domus Dei tui j̄i, sacra vasā deputata ad Dei cultum in templo, ut traditū in cōfessu Dei] i. in tēplo repone tēpore opportuno. [Sed & cetera qbus opus fuerit in domo Dei tui, dabis de thesauro & de fisco regis] i. emes de pecunia ad me p̄tinente, quam accipies a p̄fectis meis trans flumen. Itaq̄ de fisco, i. de communī pecunia, seu camera regis, Ideo Artaxerxes rex statu] i. iuslī & cōmisiōibus custodibus arca publica] i. repository pecunie meæ seu thesaurizariis meis. [vt qd cunq̄ petierit Esdras à vobis, absq̄ mora datis ei vīga ad argenti talenta centū, & vīga centū batos vini] Batus mensura est, q̄ alio noīe dicit Ephi, vīga trium modiorū. [Et vīga ad frumenti coros centū] Coros hic sumis, p̄ mensura aridoꝝ, sicut batus p̄ mensura ligidoꝝ. Et cōtinet corus, vt legi, decē modios. Esdras tercia pars oneris, qd potest portare Camelus. Vruntū mensura ista apud diuersos valde diversificant, nec scire valeamus de facili certa q̄titate eas] i. Tu aut̄ Esdras sc̄im sapiam Dei tui, q̄ est in manu tua] i. iuxta sapientiā tibi à Deo collatā, [cōstitue iudices & p̄sides, vt judicent om̄i populo q̄ est trans flumen] i. p̄uide vt ibi sint iudices & p̄sides idonei prudētes, q̄ ad p̄fectū populi iudicēt recte i. om̄i causa, q̄a potestē habes instituēdi tales, & desituēdi indigatos. [His] i. vīga nouerūt legē Dei tui j̄i, q̄ iudicēt p̄tis in lege tua, vīga pp̄lo tuo, & ita vide p̄tis extēdi ad iudices & p̄sides p̄ficiēdos ludixis, & forsan ex plebe eoga. [Et oīs] i. natōe vel cōversiōe ad Iudaismū, q̄ nō fecerit legem Dei tui, & legē regis] i. p̄cepta meas diligenter, iudicium erit de eo, sive in morte, sive in exiliis, sive in cōdēnatōe substantiæ, vel certe in carcere] i. volo vt talis adiudicet morti corporali aut exilio, qd est mors ciuilis, aut priuationi possessionū sua, in toto aut parte, seu incarcēatiōi sc̄dm exigētiā grauitatis aut paruitatis sui excessus, vel secundū qd p̄tis eius, p̄cesserit ex ignorātiā, aut infirmitate, vel ex certa malitia. [Et dixit Esdras.] Hoc tñ non est de textu, sed subintelligit. Dixit itaq̄ Esdras, Deo gratias agens, cum iucūditate & admiratione, eo q̄ Deus oþpotens mentē regis gentilis taliter inclinavit ad promouendum cultum Dei Israel in templo Hierusalem, [Benedictus Deus pater noster] i. q̄ dedit hoc in corde regis,

IN I. LIB. ESDRAE ENARRATIO. Art. VIII. 377
gis, vt glorificaret domum dñi, & in me inclinavit misericordiam suam coram regē] pie-
tatem & gratiam suam mihi impedit, per quam fui regi & cōfiliaris eius acceptus, atq̄ ab
eis in oībus exauditus. [Et ego confortatus manu Dei quæ erat in meli, diuino subsidio, di-
rectione, & assistentiā Dei corroboratus, Congregavi de Israēl principes, preciūs quo-
dam de Indiis adhuc in Babylonia commorantes, qui ascenderent mecum in Hierusalem,
quibus monitruā epistolam regis, qua visa, animati fuerunt mecum ascendere.
¶ Expositio cap.8. His sunt ergo principes familiarū &c.

Articulus 8.

Q Valiter Esdras cum suis in Hierusalem venerit, hic refertur. Nec est difficultas in lite-
ra, Hi sunt ergo principes familiarū, qui ascenderunt mecum in regno Artaxerxis
regis: de filiis Phinees, Gerson, de filiis Ithamar, Daniel] i. sicut fuerūt sacerdotes nati ex Aaron
& p̄fatis filiis eius, vt catholici expositores fatentur. Ideo quidam inepte circa hoc repræ-
hendit expositores catholicos. [Congregavi aut̄ eos ad fluviū, qui decurrit ad Ahaba] i. lo. Iosephus dicit, ad Euphraten, & forsan venerunt ad aliquę riūnum ipsius, seu tandem ad fluviū an. i. c. 35.
ipsum, & mālūs diebus tribus, trepando, seu aliquos expectando, aut de necessarijs, p-
[in decoro gratiag; actiōes,] i. cum deuota ac pulchra regatatiōe ac laude diuina, [quia lau-
tarus est luda] i. populus tribus Iuda ac Beniamin, [in sacerdotibus & Leuitis atlantibus] i. i.
denotione, ornato & obsequio atlantium sacerdotum ac Leuitarum. [Et custodierunt obser-
vationem Dei sui] i. præcepta à Deo obseruari iussa adimpleuerunt, [&] specialiter [obser-
vati]

Nehemias

laudan-

ciuum

admonis

IN II. LIB. ESDRAE ENARRAT. ART. XIII. 395

nationem expiationis] i. purgationis qua seipso ac populum purificabant. Oportet enim in
primis purificare seipsum, qm̄ charitas incipit à suo subiecto. Et Eccl 34. scriptum est Ab
immudo quid mūdabitur? [& cōtatores & ianitores iuxta præceptum David & Salomonis,] i.
qui multa ordinaverūt obseruāda in cultu Dei ac templo, atq; in ordine ministrioz, [Equa in
diebus David & Asaph] qui fuit propheta, [ab exordio] quo duo choroi p̄fallentio ordinati
fuerunt à David in tabernaculo Dei, [erant principes constituti cantoz in carmine landan-
tium & confuenti Deo] i. carminibus, p̄almis & canticis Deo iugiter decantandis, prout
i. Para. 16. diffuse describit. [& sanctificabant Leuitas,] hoc est, populares aptabant ipso Le-
uitas ad obsequiū, prouidēdo ei necessaria vita ad ministrandum pro populo, dando quoq;
Leuitis decimas, ostendebant se eis inferiores, [& Leuitæ sanctificabat filios Aaron] i. sacer-
dotes, quibus se fatebant inferiores, ac subseruebant in cultu Dei, sicut reddebat ipso sacer-
dotes ad diuinū cultus obsequia aptos & expeditos, sed & pontificibus decimas decimarum
suarum soluebant. Loquendo autem de sanctificatione consecrationis, superiores sanctifi-
cant eos qui inferiores consistunt, dicente Apostolo ad Hebreos. 7. Sine via contradictione,
quod minus est, à maiore benedicitur.

¶ Elucidatio Cap. 13. In die aut̄ illo lectum est in volumine Mosis. Art. 13.

Ponuntur hic vitia absente Nehemias commissa, & ab eodē reverso correcta. [In die au-
tem] i. tempore Esdra, sicut frequenter in scripturis dics pro tempore sumitur, [lectum
est in volumine Mosis] ab Esdra seu alio scriba, [audiente populo, q̄ non debeat introire
Ammonites & Moabites in Ecclesiam Dei vñque in æternum] i. intelligendo per Ecclesiam
atrium mundorum, quia nec ipsi vulgares natione Iudei poterant introire sancta, i. primaria
& exteriorē templi partem, sed sacerdotes. Sancta autem sanctoꝝ pontifex tantum intrauit.
Alij per Ecclesiam Dei intelligent communionē in matrimonio. Illath communio fuit
alio præcepto prohibita, vt scilicet cum alienigenis idololatriis non sociarent connubis, eo
q̄ non occurserunt filii Israhel cū pane & aqua egressis de Aegypto, & conduxerunt adiu-
sum eos Balaam hariludem ad maleficendum filii Israhel, hoc est, ad dandum consilium quo
deceperunt, vt legi Nume. 22. Istud eternū fecit Balach rex Moab, qui erat rex Madian.
Deniq; hoc præceptū de Ammonitis & Moabitis non ingressuris Ecclesiam Dei, cōtinetur
Deuterono. 32. [Factū est aut̄ eum audirent legē] i. præceptū hoc legis, separauerunt oēm
alienigenā] i. gentilem idololatram, [ab Israhel] i. à societate & copula iustæ. Hoc tamen
suprà nono capitulo legitur factum Nehemias præsēntē. Sed vt infra patebit, ipso absente &
reverso ad regem, rursus fuerunt sociata coniugia cum alienigenis, & sup hoc erat Eliashib
id est, pontifici illi commissum fuit prohibere decēterō tale scēnū, quod tamen non adim-
plicuit. [proximus Tobia] i. amicus Tobia Ammonita, ob causam qua in tra habet. [Fecit
ergo sibi iste Eliasib gazophylacium grande, & ibi erant ante eum reponēti], Leuitæ
& sacerdotes reposuerunt in gazophylacium illo [munera] i. oblationes, & thus & vasaj sacra
cultus divini, & decimā frumenti, vini & olei, consecrata ad cultū Dei, vñsumq; ministroꝝ
ipsius, & hæc fuerunt inde ex voluntate pontificis huius amota, & vasa ac thesauri Tobie fu-
erunt ibi depositi. [In his aut̄ non fui in Hierusalem,] vbi si fuisse, tales abusiones non per-
missim. Esdras quoq; interim fuit defunctus, [qui anno tricessimo secundo Arraxerxis re-
gis Babylonis,] i. regni Babylonie. Fuit enī monachus sup regna illa orientalia, [veni ad re-
gem,] iuxta tempus condicium, & in fine dierum] i. circa finem dierum vite mea, vel regis
aut seruitutis quam regi exhibui, [rogavi regem,] vt p̄mitteret me ad ludiam & Hierusalē
redire, & de eius licentia [veni in Hierusalem, & intellexi malum,] i. peccatum, [quod fece-
rat Eliasib Tobiae] i. ad complacendum Tobiae, seu quasi ad commodū eius, vt faceret ei i.
puta Tobia [thesauros] i. præberet ei repository thesaurorum suorum, sin vestibulis do-
minus Dei, & malum mihi vñsum est valde, j̄ op̄ scilicet sacrum locum deputauit vñsum hominis
idololatrica seu gētilia, & proiec̄i vasā domū Tobiae, j̄ faciendo ea esseri [foras de gazophylaciu-
m] memorato, [præcepitq; ministris templi, & emundauerunt gazophylacium,] i. forsan
asperzione aquæ iustificationis, quoniam ex prætracto abusu fuit contaminatum, [Et retulit]
ibis vñs domus domini, sacrificium & thus. Sequit aliud malum quod Nehemias correxit,
[Et cognoui q̄ partes Leuitarum non sufficiunt date,] i. q̄ populus aut pontifex non dedi-
cit Leuitis quod eis pro sustentatione vita fuerat pro coru[m] obsequio dandum, [& fugisse
vñusq; Leuitis in regionem suam,] i. ad loca quæ sibi aptiora poterat inuenire, vel
ad urbes & villas quas habuerunt olim in regno decem tribuum, ad acquirendū necessaria
sibi. Et egi caufam aduersus magistratus, & pontificē, & eius fastores, & dixi: Quare de-
reliquimus domū Dei? J̄ modeste loquim̄ propter dignitatē pontificis, & connumerat se illis
reis, vt per hoc ad penitentiā compungenter celervis. Et est sensus, cur per subtraktionē p̄ia
stam fecit Leuitas & cantores de templo abcederes, [& congregari eos,] i. Leuitas truoca-
ui, & feci] eos [flare in stationibus,] i. locis & officijs suis. [Et omnis Iuda] i. populus Iuda,
capor-

Rapportabat decimam frumenti, vini & olei in horrea, pro Leuitate refectione. Et constituiimus super horrea, i.e. pro custodia horreorum & rerum contentorum in eis ordinavimus Seleucidem sacerdotem & Sadoc &c. ut congrueret erogaret Leuitis te collecta pro eis. Memento mei Deus pro hoc, i.e. merito huius beneficentiae mea, & ne delectas miserationes meas, quas feci in domo Dei mei, non permittas eas priuari effectu beatae remuneracionis, nec eas despicias acceptare. Deinde narrat, qualiter de violatione abbati reprehenderit eos. Tunc diebus illis vidi in Iudea i.e. in populo Iudea quosdam calcantes torcularia in sabbato &c. Et Tyrii, viri ex Tyro gentiles, habitauerunt in ea scilicet in Iudea. Et obiurgauit optimates Iudea, & dixi eis: Vos additis super iracundiam Israel, i.e. taliter transgrederi mereamini vltionem diuinam augeri in Iudea Israel, & Deum facitis eis magis iratum, quantum ad similitudinem operis. Factum est autem cum quietissent portae Hierusalē in die sabbati, i.e. cum cessassent a motu aptionis, vel merito cessare sic debuissent, videlicet circa vesperam diei sabbatum praecedentem, in qua vespera incepit sabbatum, i.e. quies, idixi, & clauserunt ianuas portarum Hierusalē, ne intreret aliquis ad vendēdum quicquā sabbati die. Dixi quoque Leuitis, vt mūdarentur secundum legem, iuxta modum in predicto articulo introductum. Et pro hoc memento mei Deus meus, & parce mihi secundum multitudinem miserationum tuarum. Ecce quā humilis oratio fusa à viro tam justo, qui in tot & tantis virtutib⁹ operibus misericordiam implorauit, & iuxta eius immensitatem sibi indulgeri expertus, sciens quod bonis nostris sine multa mala admixta, sequitur reprehēs de illicitis coniugis in Iudea illis vidi in Iudea ducētes vxores Azotidas, i.e. oriundas ex Azoto yrbe Philistinorum, & maledixi eis, zelo iustitiae, vel per modum prophetice prænunciationis seu sub conditione, nisi se emendarēt, aut certe temporales punitiones eis imprecando, ne in eternum perirent. & cecidi, i.e. verberauit sex eis viros, i.e. quosdam, & decalauit, i.e. dehonestauit, faciendo abradit barbam, capilloso capitis talium transgressorum, sicut rex Ammonitarum abrasi barbam seruoge Daud, quod tunc erat ingēs consueto. Constat quoque ex his, quod male seruauerunt Iudea sua pmissa & iuramenta sigillis corroborata, per quod pmiserunt violationē sabbati & coniugia cum alienigenis, multaque similia evitare, ut patuit supra. Deinceps p exemplum ostendit, quod periculosa erant Iudeis coniugia talia, eo quod sapiētissimus Salomon p ea ad lapsum deueniterit, sicut in textu, quod planus est, recitat. & dilectus Deo suo erat. Nam nato eo, dominus iussit eum vocari ad amabilem dñm. Qualiter autem dilexerit eum, super 2. Regum 12. tractatum est, & posuit eum regem privilegio speciali, non iure primogeniturae. De filiis autem Ioiada, i.e. unius filiorum Ioiada, tib⁹ Eliab⁹ sacerdotis magni, pontificis qui fuit annus illius filii Ioiada, i.e. rat Sanaballat generi, i.e. filium ipsius Sanaballat duxit vxor, i.e. Elias fecit Tobit ea quod dicta sunt, tanquam amicos ipsius propter Sanaballat, qui familiarissimus erat Tobit, quem filium Ioiada, fugauit a me, tanquam rebellem, quia vxorem illam sacrilegamente dimittere recusauit. Recordare domine Deus meus aduersum eos qui per illuunt sacerdotium, i.e. per iustam castigationem in vita hac, ostende te memorem iniquitatis ipsorum, qui sacerdotium & sui officij dignitatem ac privilegium in honorebat, ac per hoc tibi ingrati sunt. Ad sacerdotes autem illlos legales pertinet conubia specialiter honesta contrahere, vt patet Leuitici 21. (igitur mundauit eos ab omnibus alienigenis) vxoribus, nisi forsan paucis industratis exceptis. & constitui sacerdotiorum ordines & Leuitarum, unumquenq; ordinem, i.e. in ministerio suo. Ut quilibet ordo illorum seruiret in tempore suo in templo, quemadmodum i.e. Parali. 2. & 25. legitur David secis: Tempore enim Nehemiae sacerdotes iam erant multiplicati, & in oblatione & appositione lignorum in ignem perpetuum in altari holocaustorum semper ardētem, quem sacerdotes tenebant nutrire, ponendo ligna in eo quotidie. ideo addit, ut temporibus constitutis & in primitiis i.e. in accipiendo primitias, hoc est, primos p̄cipios quod fructus à populo. Postremo librum suum in deuota & humili oratione concludit, quod si de suis iustis non presumens, nequ se iactans (Memento) iniquis, tmei Deus meus in bonum. I quod dicat, scio & fateor cum sancto Job, quod viuere pro membris. Et item, quod quorūdam memor es in malum, hoc est, ad debitam vltionem, iuxta illud Amos 8. Iurauit dñs si oblitus fuerit usq; in finem omnia opera eius. Unde & Salomon contestat: Cuncta quae sunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, sive bonum sit, sive malum, ideo pre cordis Deus meus, & cum hac oratione tua recēdemō me pietati, Memento mei Deus meus in bonum. Circa hoc Iosephus scribit: Multa talia laudibus digna, dum cum summa fave sciscerit magnificencia Nehemias, ad fene-stantem perueniens, & functus est, vir benignus & natura iustus, atq; circa propriam gentem magnificenter, qui in memoria sui extera muros Hierosolymitanos reliquit. Itaq; tam fideles ac furiuidi viri iniuriant usq; in finem virtutes, & sanctam Dei Ecclesiam ingiter edificare, & oborare, perfidisse & emitam, pro ea in die finē er orando, exemplariter cōuersando, & proximis totis viribus adiuvando. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

D^o DIONYSII CARTH^V
SIANI IN PRIMVM LIBRVM MACHA-
BAEORVM ENARRATIO.

SIANI IN PRIMVM LIBRVM MACHA
BAEORVM ENARRATIO.

PROLOGVS.



V D A, te laudabunt fratres tui. Manus tua in cœniciis inimico
rum tuorum. Caro lœonis Iuda. Possunt hæc verba de Iuda Ma-
chabæo & fratribus eius cōveniēter exponi. Etenim sicut inter duo-
decim patriarchas filios Iacob, Iudas fuit robustioris inter quosq[ue]
filios Mathathias Iudas filii eius fortior erat, magnanimior quo-
c[u]ip[que], & omni virtute ad iustitiam & strenuum bellatorum pertinente, eminenter
specialiterq[ue] ornatus. Hinc à fratribus suis & consanguincis, to-
toq[ue] populo suo vere, fideliter, p[ro]cipue laudabat, sicutq[ue] omnibus
charis valde, nam bonum commune p[re]stulit propriæ vita, & religio-
nis diuinæ defensione magis, q[uod] o[mn]i[us] in terram amauit prosperitatem.
Fuit ergo legis zelo accentus, Dei amore ignitus, fratera chari-
tatis & corporis decoratus, ex diuinâ sapientia & ordinatione da-
on solariæ & exhortatione eoz, cui extremis calamitatibus subderetur,
piternam dñs, nec plebe fidelem relinquit finaliter, Denique in historijs
misericordia conditionis humana, insania ambitionis, vanitas mudi,
i, p[re]uidentia quoq[ue] Dei circa electos, & qualiter inter electos repro-
agna pars hominum pereat gladio.

Tunc ergo legis zelo acutus, Dei amore ignitus, fratrum charitate repletus, fortitudine mentis & corporis decoratus, ex diuina sapientia p̄ordinatione datus populo ludox⁹, p̄ consolatiōe & creptione eorū, cū extremis calamitatibus subderetur. Non enī repellit in sempiternā dn̄s, nec plebē fidem relinquit finaliter. Deniq̄ in historijs huius voluminis patenti miseria conditionis humanæ, insania ambitionis ob⁹, vanitas mudi, instabilitas regni terreni, pudentia quoq; Dei circa electos, & qualiter inter electos reprobusq; discernat, atq; q̄ magna pars hominum pereat gladio.

¶ Expositio Cap.i. Et factum est postquam percussit Alexander rex Macedo-

Articulus primus.

Esta Machaba regis multis annis post redditum a captiuitate Babylonica contigerunt. Historia quippe Tobiae p̄ficit satis diu historiā Iudith, historia quoq; Iudith histori-
ca.

am Hester, sed & historia Hester, historiam Machabæorum quod, prolixitatē vitam, declarare non, p̄sequor sed ad Iosephum acq̄ Scholasticā historiā mitto lectorē. Ponitur aut̄ in excr- Iose. lib. ii.
dio huius libri aliquid de Alexandro Magno, & de divisione monarchiae sua, vt sic ordinat an. iu. ca. 4.
te ad gesta deinceps Machabæorum, immo ad notificationē prouidetia, iustitia, misericordia 5-6.
& beneficētia Dei circa populū ludorum, duratē adhuc cursū veteris testamēti. Nō est aut̄ hic
liber in Canone, in ab Ecclesia tamē verus receptus est. Et factū est, Ut cōiunctione hac,
& incipit, cū nihil p̄miseric̄, inter quā mediat & connectit. Et respōdēdum, q̄ incipit sic, ad
innuēdum q̄ multa omittat gesta historicā, quā mēte considerauit, sed stylo non exp̄sū.
Ad ea ergo quā mente intuebit, ista cōiunctiones quā scriptis, sic incipit: Et factum est. Sic &
Ezechiel & Ionas suos exorsū sunt libros, postquam p̄cussit Alexander Philippus filius (Ma Ezech. r.
cedo) i. de Macedonia paucia Græciā oriūdū, in q̄ & primo regnauit, defuncto rege Phi- Ion. x.
lippo, cuius filiū putatiū fuit Alexāder, q̄a revera (vt eius t̄rat̄ historia) fuit filius Nestabae-
ni regis Aegypti, qui timore aduersariorū suorū, mutato hasiū, fugit & exiit Aegyptū, acq̄
ad uxorē Philippī regis Macedonii veniēs, ad mulieris illī familaritatē receptus est, & cū ea
concubēs, & ex eadē genuit Alexādrum p̄ adulteriū. Philippus autē rex putauit se verum
Alexādri patrē. Vnde & nato Alexādro, Aristoteli scripsit: Natus est mihi filius, & magis re-
grator dñs, quia natus est tuis tēporibus, q̄ quia natus est, quoniā à te cum informandū conte-
fido. Præterea Alexander dicit Dariū perculsius, non q̄ manu propria, aut per suū exercitū
occiderit illum, sed quoniā fugauit ipsum in bello. Cum q̄ fugiens Dariū, peruenisset in suis
um palatiū, à duobus de suis principib⁹ est occisus. Alexādrus ait insequebas eum, keperis
eum adhuc fermiuū, & mustum condoluit ei. Et tunc Dariū vtiliter adinonuit Alexan-
drum, ne ex victorijs superbiret, & inter cetera ordinauit, vt filiam suam Alexādrus duceret
coniugem, quod & factū est. Q̄ Sed queri potest, quis fuerit Darius iste. Ad quod quidam
responderet, quod secundum Hebreos fuit filius Assueri ac Hester, quod stare non potest, nec
omnes Hebrei hoc dicunt, immo (vt refert ille) Hebrei dicunt Dariū illum, qui post Cyruum
regē regnauit & dedit Iudeis licentia edificandi templū & urbem Hierusalem, fuit Dari- 1. Esd. 6.7.
us ille filius Assueri & Hester, ita q̄ favorabilis fuit Iudeis, quia ex matre Hebreā exiit na-
tus, & tamē nec hoc ver̄ est. Et certum est quod temporibus illius Darij nondū erat Alexan- Iose. lib. iii.
der hic geniūs. Nempe illi Dario successit in regnū filius eius Artaxerxes, sub quo Elsdras & an. iu. ca. 4.5
postea Nehemias venerat in Hierusalem quod & Iosephus attestat, q̄vis alia nomina ponat. Nche. 1.3.6.
Post Artaxerxes regnauit Xerxes, quē Iosephus dicit fuisse Assueri. Alii vero, q̄s magister in Iose. lib. ii.
historijs sequit, affirmat q̄ post Artaxerxes regnauit Xerxes duobus mēibus, post Xerxes an. iu. ca. 5.6.
Sogdianus mēibus sep̄e, post Sogdianū Darius cognomēto Nothus, post Dariū Nothum

Artaxerxes cognomēto Mennōn, quē in Scholastica fertur historia, dicitur Hebrei Affērum fuisse, post quē regnauit Artaxerxes, qui dictus est Ochus, post Ochum Arsamus, post Arsam filius eius Darius, quē Alexāder deuicit. [qui] Alexāder primus regnauit in Grācia i. primus fuit monarca Grācorū, & in rōta Grācia, totōq; orīte regnauit & imperauit, qm̄ monarchia Persarū destruxit, & transfluit monarchiā ad Grācos, designatus in visiōne Danielis per hircū caprā, qui terrā non tetigit, quia celerrime omnia deuastando pertransiit. [egressus de terra Cethim,] locus est Grācia, nō solitudinis, vnde habet Numer. 8. Morabat eo tēpore Israhel in Cethim. [Darii regem Persarū & Medorū] A tēpore emi Cyri regis fuerū illa regna in uno rege vniū, defuncto autunculo Cyri, Dario nomine, qui cum Cyro Babylōnē destruxit, [constituit p̄glia.] Nam Dario iste deicto, prexit ad Indiam contra Pōrum regem Indorū, & in via pliatus est cōtra alios multos q̄ superauit. Vnde subiungit & omnī obtinuit munitiones.] hoc est, loca munita, videlicet castra, fortalia, oppida, inquā, omnī repugnantiū sibi. [& siluit terra in conspectu eius, i. habitātes in terra, contra eum rebellare aut clamare non p̄sumperunt, p̄fertim postq; Porū regem Indorū deuicito.] Et congregauit virutem i. robur bellicū, & exercitū fortem nimis.] Nam primo habuit paruum exercitū, comparatiue loquendis ex gentibus quas debellauit, coniūxit sibi auxiliarios multos & elegantes, quemadmodū de Holoferne narrat Judith 8. De vniuersis verbis assumpit sibi auxiliarios viros fortes & electos ad prāliū, & p̄fertim Persarū & Medi ab Alexādro deuiciti, facti sunt ei multū fideles, sicut & ipse exhibuit eis se clementē, & regnum Persarū commisit autunculo Darii, duos quoq; principes q̄ Darii vulnerauerunt vscq; ad mortē, occidit. [& p̄transiit vscq; ad fines terrā.] Transiit emi per maximā & horribilem Indiā eremū, in qua multa pericula tolerauit, & tandem deuenit ad arbores solis & lunæ, vbi responsum accepit de sua morte: sicq; ad fines terrā deueniens versus orientē, intravit Oceanū remotius, q̄ Hercules ante eum, & statuit illic columnas vitra columnas ab Hercule positas, [& exaltatus est] potestate, honore atq; latissima iurisdictione, [& eleuatis eis cor eius,] per superbiā & ambitionē, tamen audita respondebat, q̄ cito moreret, humiliauit cor suū in multis. [& obtinuit regiones gentiū & tyranos, & facti sunt illi in tributū] hoc est, tributarū hi q̄s vicit. [& post hēc decidit in lectū, & cognovit quia moreret,] Fuit emi infectus à Iolo suo pincerna, cui anteā dederat alapam, [& vocauit pueros suos nobiles] i. collegas, qui secum erant nutriti à iuuentute sua, & diuinit illis regnū suum] i. imperiū, non vacuū regnum, [cum adhuc vivetur.] Fertur th̄ in sua Legenda, q̄ ex coniuge sua filia Darii genuit filium, qui adhuc erat infantulus. Diuinit autē regnū suum seu monarchiam in duodecim partes, nō lens q̄ aliquis ei par postea legerebat sed dispositio illa fuit cassata, qm̄ alijs abiecta, non nisi quatuor successerunt eidem, quemadmodū à Daniele fuit predicitū. Deniq; sumpto veneno in Babylone Aegypti, mox loquela amissi, & extremitā suam voluntatem scriptio inserviavit. Iolus aūr & frater eius Cassander, etiā vxorem Alexādri & filiū eius infantulū pereverunt. [& regnauit Alexander annis 12. Iex quibus (vt legitur) imperauit annis sex aut septē in pace, & vixit annis triginta duobus, & mortuus est, & obtinuerunt pueri eius] i. soda ea p̄fatis [regnū, vnuquisq; in loco suo] sibi deputato. Quod tamen de quatuor principiis pueris & succcessoribus eius accipit. [& imposuerunt sibi omnes diadema, post mortem eius, & multiplicata sunt mala] p̄cna & culpa in terra, qm̄ successores Alexādri contra se inuicim acerrime & implacabiliter pugnauerūt, & quidam eorū (sicut infra habet) vehementissime oppreserunt Israeliticū populum, p̄fertim reges Syriæ & Aegypti. Maxime vero Antiochus Nobilis, de quo subditur: [Et exiit ex illis radix peccati Antiochus Illustris,] id est, ex semine regum illogi natus est Antiochus, dictus Illustris, qm̄ acer & strenuus fuit in bellis, & primo sibis eundis benignū ac liberalē, propter quod vocauerunt eū Epiphaneū, id est, illustrem, qui factus rex, virtutis suam, quā diu absconderat, excepit ostēdere, & tam sceleratissimus fuit, vt merito appelleat radix peccati, qm̄ per se & per subditos subditos fecit innumerabilia & crudelissima mala, p̄fertim in populū Iudaeorū, immo & in consanguineos suos reges Aegypti, sūi q̄ valde dolosus. [filius Antiochi regis Syriæ] qui vocat Antiochus maior, de quo inter multa recitat Iosephus, q̄ fuit Iudeorū valde fidelis & pius, sicut & ipsa secundo rangū libro, [qui] Antiochus Illustris fuerat Romae obſerui, obſtagiū. Cum emi pater eius infestaret Aegyptiū, missi sunt duo legati Romanorū, qui cōpulerunt eū inde recedere, & filiū eius seniorē Seleucū, p̄ maiori securitate, obſidē accepérunt. Antiochus vero sc̄ies crudelitatem filiū sui Antiochi, rogauit vt illū pro fratre acciperet obſidē: quod & fecerūt, vt Iosephus narrat 12. lib. antiquitātū, [& regnauit in anno 137. regni Grācorū] incipiendo hanc numerationē annoq; à monarchia Grācorū, hoc est, à regno monarchico quod incipit ab Alexādro, atq; in eius morte sui monarchia illa finita, & cito post hoc cōpserunt Romanorū ad monarchiā aspirare, quā & post multa & magna bella obtinuerūt, & maior fuit eorū monarchia, q̄ Alexādri, nec adhuc in toto destructa. [In diebus illis exiit ex Israhel filij iniqui,

1. Mac. 2.
Ioseph. 12.
an. iu. ca. 6.
2. Mac. 1.
Ioseph. 12.
an. iu. ca. 6.
Ioseph. 12.
an. iu. ca. 6.

sc̄ies crudelitatem filiū sui Antiochi, rogauit vt illū pro fratre acciperet obſidē: quod & fecerūt, vt Iosephus narrat 12. lib. antiquitātū, [& regnauit in anno 137. regni Grācorū] incipiendo hanc numerationē annoq; à monarchia Grācorū, hoc est, à regno monarchico quod incipit ab Alexādro, atq; in eius morte sui monarchia illa finita, & cito post hoc cōpserunt Romanorū ad monarchiā aspirare, quā & post multa & magna bella obtinuerūt, & maior fuit eorū monarchia, q̄ Alexādri, nec adhuc in toto destructa. [In diebus illis exiit ex Israhel filij iniqui,

& suaserunt multis, dicentes: Eamus & disponamus testamentum,] hoc est, foedus amicitiae & ritū religionis, cū gentibus quā circa nos sunt:] i. cū gentilibus idololatriis, [quia ex quo recessimus ab eis] p̄disparē cultū & resistentiā, inueniēt nos multa mala] p̄sonalia, i. diuerſas & duras aduersitates & p̄secutiōes sumus p̄pessi. [Et bonus viſus est sermo in oculis eobalii, Psal. 35, iudicauerūt sic esse, non attendētes q̄ multa sint tribulationes iustorum, quos Deus exeret & purgat p̄ impios. Nec etiā considerantes, q̄ iuxta prophetarū oracula, tam regnū Iuda q̄ regnū Israhel fuerūt destructa, potissimum ppter idololatriā ritū, & q̄ tēpore Iudicū fuerūt hostibus traditi, ppter deoꝝ culturā. Imp̄ iſti fuerūt similes Iudeis nequissimis, qui legunt̄ Hiero. 44. dixisse: Verbi quod loquutus es ad nos in nomine dñi, nō audierūt nisi faciemus om̄e Hiero. 44. verbum quod degrediet de ore nostro, ut sacrificem⁹ reginā cæli, luna, sicut fecimus & saturati sumus, malumq; nō vidimus. Ex eo autē tēpore quo cessauimus reginae cæli sacrificare, indigemus om̄ibus, & gladio & fame consumpti sumus, quoq; perfidiā & errore reprobata ibi Hieremias, [& destinauerūt aliqui de populo] hoc est, p̄posuerūt sic agere, vel miserunt nūtū ibidē. cios, & abiēter quidā] ex parte illoꝝ [ad regē] Antiochū, [& dedit illis potestatē, ut faceret iustitias gentiū,] i. opa idololatriæ q̄ gentiles iusta esse putabāt. [& adiūcauerūt gymna sium in Hierosolymis.] Gymnasium ppter dicit locus, in quo homines exercebant ad luctans corporalē, & curvoꝝ probat velocitas. Hinc transferit ad significādum scholas, locumq; studij, in quo est exercitatio animi ad opponendū ac respōdendū: & ita hic sumū pro schola, in qua docent̄ statuta & ritus gentilium, & recesserunt à testamēto sancto, ab obseruātia legis Mosaicæ, [& fecerunt sibi] hoc est, in se & in suis est p̄misserunt. [p̄puta] non circūcidendo filios suos, & ritū p̄putiatorū viuebāt, atq; vt Iosephus scribit, fecerūt circūcisioni suæ quādā Ioseph. 12. velamina, ne in denudatione videbāt Grecis dissimiles. Nempe in sacris Priapi incedebant an. iu. ca. 6. totaliter nudi, sicut & scēminā in sacris Veneris, [& recesserunt à testamēto sancto, & iuncti sunt nationibus] i. gētilibus quos ludai q̄s parvūpendeo, ppter eoz incredulitātē, cōmuni nomine nationes vocabāt, vnde est illud Psal. 95. Dicite in nationibus, quia dñs regnauit, [& venūdati sunt] hoc est, intuitu cōmodi tēporalis sc̄ipios tradiderūt, & quasi vēdiderūt diabolū p̄ vitiōsum cōlēnum, vt facerēt mali. Sic 3. Reg. 21. Helias ait ad Achabi Venundatus es vt faceres mali in conspectu dñi. Deniq; sicut in Scholastica fertur historia, Causa tanti flagiū fuit Onias pontifex, duos habēs fratres contendentes pro pontificatu, qui vt placarent Antiochō, petierūt vt liceret eis facere gymnasium in Hierusalē, & ad idololatriā declinare, & vocabat vn̄ eoz Iesuſ, alter Ioānes. Vt ad placēdū impio regi, imposuerūt sibi gentilia nō mina, ita q̄ Iesuſ vocauit se Iafonē, Ioānes Menelaum, de quibus infra 2. Macha. 4. habet. [Et parati est] i. ad obediētē dispositū. [regnū in conspectu Antiochī.] Cum emi adhuc Roāma exiit, p̄cepis patrē suū obſile, & sc̄iret fratrū sui inertiā, clam̄ vel (vt aliqui dicunt) deſenatorū cōſensu, recessit à Roma, & venit in Syriā, ac mortuo fratre suo, in rege suscep̄tus est. [& cōcep̄t regnare in terra Aegypti, vt regnaret sup̄ duo regna] videlicet Syriæ, in qua pater suus regnauit, & Aegypti, quod nepos eius habebat. Circa hoc scribit qdā Antiochus, s. Magnus, ad cōfederatōē ipsius cū rege Aegypti, dedit filiā suā Cleopatratē Ptolemaeo Epiphani, ex q̄b naſ̄ fuit Ptolemaeo Philometor. Ergo mortuo Ptolemaeo Epiphane, Antiochū illūtris rex Syriæ accepit alias ciuitates regis Aegypti regno suo p̄pinq;as, quasi tutor nepotis sui adhuc puerisq;as cū duces Aegypti repeperet p̄ puerū, & ille nollet reddere, monsum fuit bellū inter ipſos & Antiochū, in quo deuciū sunt duces Aegypti, & p̄ consequēt Ptolemaeus Philometor cū eis, adhuc iuuenis, & spoliata Aegyptio, Antiochus venit Hierosolymā, & fecit ibi mala quā in texu sequunt̄. Hec ille. Cuius narratio videt à veritate deficeret, q̄ (vt Iosephus & alij referit) Ptolemaeus Philadelphus filiā suā Cleopatratē dedit vxorē Antiochō regi Syriæ: quod & scripturæ cōcordat canonice, cū scriptū sit Dani. 11. Filia regis Austrī veniet ad regē aquilonis facere amicitiā, vbi p̄ regē Austrī, sc̄im Hieronymū & cōte H̄ierō. ros exp̄ositores catholicos, intelligit rex Aegypti, quā fuit versus Aquilonē respectu venit ad contrahendū cū Antiochō regē aquilonis, i. Syriæ, quā fuit versus Aquilonē respectu Aegypti. Itaq; Antiochū Illustris ambitiōē duciō, voluit sibi usurpare regnū Aegypti. & irruit Aegyptū in multitudine grauij, cū exercitu copioso ad sustinēdū molesta, cū curribus & elephātis, q̄ sunt aīalia magna, sūp̄ se lignæ turres gestatā, in quib; sunt bellatores defūper p̄ratiates & facula emittētes, & equitibus & copiosa nauis multitudine: [sicq; inuasit Aegyptū p̄tum ex terra & mari, & forsan bello pugnat̄ cōtra quosdā Aegyptiō,] & constituit belū aduersus Ptolemaū regē Aegypti &c. Post Alexandrū Magū primū in Aegyptō regna mit Ptolemaus Lagi filius, qui Ptolemaus cognominatus est Soter, a quo (vt legitur) posteri eius vocati sunt Ptolemaei, quod fuit eis nōmē cōmune, p̄ter quod haberūt p̄pria nomina. Quod vero hic dī de Ptolemaeo, quidā exponit̄ de Ptolemaeo Philometore, quē tūlī alij dīcūt vičū ab Antiochō Magno. [Et conuerit Antiochus iter suum, & ascēdit ad Hierosolymā, & intravit in sanctificationem i. in templum Dei sanctificantis, & in quo homines fan-

ctificabant, cum superbia, & accepit altare aureum] i. deauratum forinsecus laminis aureis. Ex 26.27. exponit hoc de altari thymiamam, sup quod incēdebat thymiamam, eratq; in tēplo, & in exte-
riore parte eius, quæ dicit sancta, [& candelabrum luminis] sup quod sita erat septē lampades, seu lucernæ aureæ, put Exo. 25. iubet, [& vniuersa vasa eius] i. instrumēta vt forcipes & emū-
ctoria, quæ scđm Hebrei, p̄petratē sermonis, vasa vocant, [& mēsam p̄positiōis] i. sup quam
omni sabbato ponebant duodecim panes calidi, sublati in de panibus, qui p̄cedenti tabbato
sup cā positi erant, put Exo. 25. tangit, [& libatoria] quæ erat vasa, in quibus ponebant mate-
ria liquida, ex quibus siebant oblationes, [& phialas] i. vascula thymiamatū & vnguentorū,
[& mortariola, & velū] in medio tēplo dependēt & diuidēt inter sancta & sancta sanctorū, i.
exteriorē interiore m̄g partē templi, [& coronas] insertas quibusdā viensilibus templi, [&
ornamētū aureū, quod in facie templi erat] i. Per quod quidā intelligunt cortinā auriphry-
giatam, circa ingressum templi pendente, [& comminuit omnia] i. a pristina forma fran-
gēdo, ad partes minutā redēgit, ad faciēndū inde aliqua sibi placētia, suoq; vslui deseruētia.
¶ Deniq; Ptolemy Philadelphus, cū ad eius petitionē Septuaginta interpretes trāstulissent
vetus testamētū, misit in templū Hierosolymitanū fier alia aurea vasa, mēsam aureā gemi
m̄is imp̄ciabilibus insignitā, cuius crastitudo, i. sp̄issitudo cum esset dimidij cubiti, mate-
riam tñ superabat artifici opus. An aut̄ & illam mēsam accepit, queri potest & confiat, q̄
sic si repperit eā. Mēsa aut̄ p̄positiōis p̄ Mosen fieri iussa, fuit de lignis Sehīm, ut patet Exo.
25. Sed 3. Reg. 7. leḡl Salomon menam aureā fecisse in tēplo, quæ iam diu fuit ablatā. An ve-
ro preciosissima mensa illa à Ptolemy missa, fuerat deputata ad mensam p̄positiōis, posset
inquiri. Ecce quid est violētus & impius rex, n̄isi magnus latro & pessimus fur, [& accepit ar-
gentū & aurū] in templo deposita, & oblata, [& vasa cōcupisibilia] i. preciosa & pulchra,
[& accepit thesauros occultos quos iuueniū] p̄ se & per suos satellites, in quo patet insatis-
ficiā cupiditas eius, quos tam exquiste p̄scrutavit est abdita loca, cū tñ in nullo offendissent
eum ludex, [& sublati omnibus, abiit in terra suā, & fecit cādē hominū] i. multos occidit in
quo patet sua crudelitas, [& factus est planctus magnus in Israhel] i. ab Israhelito populo, p̄-
fertim de templi p̄phanatiōe, & in omni loco corj, i. in ciuitatibus & villis Iudeorū. Et in-
gemuerunt principes & seniores, & iuuenes & virgines infirmati sunt & tristitia & dolore,
[& speciositas mulier̄ immunitata est] i. alterata & versa in discolorationē, & p̄ vestibus pre-
ciosis induerū lugubres vestes, [Et cōmota est terra sup habitantes in ea] i. habitates in ter-
ra, obſtupuerū ppter tot & tanta mala facta in terra luda, ipsa quoq; terra intuētibus p̄bus
matrī cōmōtōnī, ppter mala illata habitatoribꝫ, terra. Sed & terra à suis dispositiōis de-
core est alterata, ppter tot calamitatis inhabitatū ēā. [Et post duos annos diez,] Cur cum
Leui. 25. dixisset a nnos, addidit diez, forsan quia sicut in lege erant hebdomades dierum, hebdoma
desq; annos, quaz, quālibet cōtinuit septem annos, ita de annis, misit rex principē tribu-
torū, i. superiorē inter eos qui tributa leuabāt p̄ rege, [& venit Hierusalē cū turba magna, &
loquitur est ad eos] i. ad habitatores Hierusalē verba pacifica in dolo, i. dicēdo te venire
pro vtilitate ipsōs. [Et crediderūt ei, & irrūt sup ciuitatē repēte] i. statim cū fuerat intromis-
sus, & percusserit eā plaga, & p̄didit] i. occidit [populi] mulū, & succēdit eum s. i. vben Hie-
rusalem, p̄ parte, nō tota, [& destruxit domos eius] validiores, ex quibus potuerunt Iudei resi-
stere hostibus suis, [& muros eius in circuitu,] non deñciendo muros totaliter, sed faciendo
in muris hincide interruptiōes & apturas, p̄ quas patet eis ingressus in vrbe dum vellēt,
[Et redificauerūt ciuitatē David] i. arcē illā in sublimitate mōtis Sion, vbi David aliqñ habi-
tavit, muro magno & firmo in gyro, vel muri fortibus loco parietū, & turribus firmis, i.
ex quibus possent ejcere iacula, [& facta est illis in arcem] i. p̄ castro & fortilicio vñ sunt ea,
[& posuerūt illi gētem peccati cem, & facti sunt in laqueum magni] i. impīj habitates in ar-
ce, vñ sunt ipsa arce tanq; laqueo, ad capiēdūm affligēdūm tēplo Iudeos in Hierusalem com-
mittentes, [& factum est hoc ad insidias sanctificationē] i. tēplo, vñ s. ex arce impeditur Iudeos
à templi ingressu, quod fuit iuxta arcem, ejcēdo iacula sup intrantes templum, & in dia-
bolum malū vel vt aliqui habēt, in diabolicum, i. maximū malum. [In Israhel] quia fuit des-
tructiūm cultus diuinus ac boni cōmuni, [& contaminauerūt sanctificationē] i. templum
violauerunt, [& facta est Hierusalē habitatio exterorū,] i. extraneorū, ex quo patet q̄ non
fuit tora destructa, [& facta est extera semini suo,] hoc est, aliena à prijs ciuib̄ inibi na-
tis. [Sanctificatio eius defolata est sicut solido] i. templum defolatum est, & priuatum suo
honore, cultu ac ministrō, frequētia, dies festi ei⁹ cōuersi sunt in lucum] i. p̄ gaudijs fol-
nitatum, successerunt lamenta, [secūdūm gloriā eius, multiplicita est ignominia eius] i. quo
maior fuit apparatu templi in cultu, honore & gaudio tēporibus priuatis, p̄spēritatis etiā
Antiochi Magni, ut habeat libro secundo, eo sub imp̄issimū isto Antiocho maior facta eius
inhonoratio. His obiecti potest, quia (vt Iosephus refers 12. lib. antiquitā, & magister in his
ann. ca. 6. Rōmij) cū Antiochus rediisset in Aegyptū, & inde esset repulsus p̄ Romanos, legatos, quibus

Aegy

Aegyptij tunc erāt confederati, post biennium rediit in Hierusalem cum furore, & fecit in
ea quæ iam recitata sunt hic, & alia pluratergo psonaliter venit, nec per principem tribu-
tōe cōmisit hēc scelerā, p̄sertim cum infra secūdū libri cap. 5. cōscriptum sit. Eodē tempore
Antiochus secundā p̄fēctionē parauit in Aegyptū. Et sicut in expōsiōe illius capl dicunt Rabanus.
Rabanus, Glossa & alij expositores, Antiochus ab Aegypto tunc rediens, efferratis animis ve-
nit Hierusalem. Ad istud vide dicēdū, Scripturā istā, videlicet huius primi capl, non lo-
qui de redditu illo Antiochi in Hierusalem, sed de aduentu p̄facti principis tributog, missi ab
Antiocho paulopost cū recessisset Antiochus à ciuitate Hierusalem conculcata, de quo aduētu
p̄zallegato secundi lib. cap. 5. habet. Misit odiosum principem Apolloniu cum exercitu vi-
ginti & duobus millibus, p̄cipiens eis, omnes p̄fecte atatis interficerē. Quod aut̄ princeps ille
verba pacifica loquebat in dolo, tangit ibi his verbis: Qui cum venisset Hierosolymā, pacem
simulans, queuit vñq; ad diem sanctū sabbati, [Et scriptis Antiochus omni regno suo] i. cun-
ctis regionibus sibi subiectis, inter quas fuit tunc terra Iudeorum, regibus Syriq subditā, tñ
essent omnes populus vñus, vñus obseruātiaz & culturæ seu legis ac ritus. Vñras em̄ populi,
ex vnitate legis & obseruātiaz cāremorialiū perpendit. Similiter ex vnitate capitis seu plati.
Ad quod insinuandum ait Salvator: Fiet vñus pastor & vñus ouile. Hinc Gene. 34. Emor &
Sichem dixisse legunt: Si circūciādūs māculos nostros, ritum gētis sequētes, vñus efficie-
mur populus, & reliquerūt vñus quisq; legē suā] i. quilibet subdiuoge Antiochi, q̄ alia legem
habuit ante, q̄ ipse, [& consenserūt omnes gētes,] quæ erāt sub editōne Antiochi, eius editō.
Non tñ simpliciter omnes, potissimum in luca, vt intra habet, [Et multi ex Israel consenserūt] i.
præcepto tyranni illius p̄tactō, [& sacrificauerunt idolis, & coquinaverunt,] i. trans-
gressi sunt [sabbatum], faciendo in eo servilia ope. [Et misit Antiochus libros] i. epistolās
decretales, [in Hierusalem, vt sequerent̄ leges gentium terrarū] hoc est, instituta idolatriaz
regai sui, & phibērent] vel nūc Antiochi, vel maiores Iudeorū, holocausta & sacrificia &
placationes fieri in tēplo Dei. [Per holocausta intelligunt oblationes, quæ ad diuinaz reue-
rentia maiestatis totaliter comburebant, in signum, q̄ rationalis creatura debeat se om̄ino
sui creatoris obsequijs mācipare, & eius amore succendi. Per sacrificia vero, hoc loco intelligi-
unt oblationes pacificæ atq; spontaneæ. Per placationes aut̄ hostia p̄ peccato, q̄bus domi-
nus placabat, & coquinari sancta & sanctū populum Israhel.] Hoc referit non ad verbum il-
lud, vt prohiberet, sed ad illud, misit vt sequerent̄, &c. & coquinari sancta, i. loca sacra, vt
templū & synagogas, sacramenta q̄ legis & populū Israhelicū ad veri Dei cultum ele-
ctū, vñtis gētis faciliā, i. iustitiae aras, i. altaria, sup quæ sacrificari diis & ido-
lis suis, [& templū] i. phana deoꝫ, [& immolari carnes suillas] i. porcinas, [& pecora com-
muni]a hoc est, immunda & lege phibita, [& vñi immitarent omnes iustificatiōe Dei] i. ob-
seruātias omnium. Excepto Dei, q̄ quas homo fit iusus, omittent, atq; p̄ eis obseruantias
gentilitatis assumerēt. [& congregati sunt multi de populo Israhel ad eos, q̄ dereliquerūt legē
dñi] hoc est, ad imp̄issimū illos Iudeos, qui ante hanc Antiochi iūssione, assumperūt
ritum gētū, sicut phibitum est, vt fuerūt Iason & Menelaus cum suis fautoribꝫ. [Et esuga-
uerunt populu Israhel, nō acquiescēt̄ eis, i. abditiōi, ad speluncas, ad quas ex timore fugerūt.
¶ die 15. mensis Casleu] qui correspōderit nostro Decembri, quānus interdu concurrat cum
Novembris, sicut antiqui catholici, Beda, Haymo, Rabanus, Magister in hystorij, & alij do-
ctissimi, qui cum Hebreis sapissime contulerunt, bene scripserūt, quis qdā posterorū de hoc
rep̄hēdere illos frequēter adiecerit. [Aedificauit Antiochus abominādū idoli desolatiōis] i.
idolum Louis, sicut 2. lib. plenius recitat, quod fuit causa desolationis fidelium Iudeorū, &
agnūm desolationis templi. [Et libros legis Dei,] videlicet libros Mosis, & alios etiā libros ve-
teris testamēti, vt reor, [Cōbūsserūt,] i. sicut Chaldaeā ante fecerunt. [In virtute sua] i. potesta-
te tyrannica faciebat hēc populo Israhel, [& sacrificabat] idolum Louis [sup arā, quæ erat com-
tra altare] i. ex opposito altaris Dei. Sicut enim aedificauit in templo idolum illud turpissimū,
sic & aram eiusdem, [& suspendebant pucros] i. infantulos circumcisos [à ceruicibus] i. in col-
lis per funes euntes iuxta cervices. Verunt̄ secundo libro leguntur duas mulieres, quæ circū-
ciderant parvulos suos, swisse precipitatae, infantibus ad vbera suspensis.
¶ Expositio Cap. 2. In diebus illis surrexit Mathathias filius Ioannis, &c.

Articulus secundus.

Recitata Iudeorum tribulatiōe acerrima, describitur hic exordiū subventionis eorum.
[In diebus illis surrexit] i. ad gesta virilia se erexit, i. Mathathias filius Ioānis, filij Simeo-
nis, sacerdos ex filiis Ioārim: qui Ioārim fuit vñus vigintiquatuor sacerdotum post pontifi-
cem principalium, quos i. Pata. 14. David legitur instituisse. Verunt̄nam iste nominat ibi
ali nomine. Nam & infra Ioārim iste vocatur larib. Surrexit, inquam, & abiit à Hierusalem,
vbi ministrauit in templo. Sic & Zacharias pater beatissimi Ioannis Baptista dicitur nūsse
L. Mac. 14. de vice Abia, [& concedit in mōte Modin,] id est, in oppido situato in loco montoso, cuod L. C. 1.
¶ Moꝫ

Modin vocat, & habebat filios quinque, quorum nomina & cognomina ponuntur in litera de sicut virtus consistit in medio, sic medius inter illos fuit ludas Machabaeus, virgines & strenuissimus inter fratres suos, ubi viderunt oculo exteriori & interiori mala quæ siebant &c. Et dixit Mathathias Vnde mini] seporalis tristitia & doloris, luxta quæ modum loquitur michæ. 7. Michæas: Vnde mihi, quia factus sum sicut homo qui colligit in autumno racemos vindemias, vt quid natus sum videre contritionem, destructionem & desolationem populi mei, Ide quo natus sum, & contritionem ciuitatis sanctæ Hierusalæ, quæ fuit specialiter ad Dei cultum electa, & sedere illuc, ibi esse ad faciem sacerdotale officium, si esset possibile. Circa hæc verba: Vnde mihi, Vnde quid natus sum videre, quidam scribit: Quali diceret? Minus malum mihi esset, simpliciter non esse, q̄ tanta populi mala & contemptus cultus diuini videre, quod non videf idonee dictum. Nam quis minus malum sit, nō esse simpliciter q̄ peccare, non tamen minus malum est, non esse simpliciter q̄ videre mala quæcumq; poena & culpa, & sertim dum videtur cū compunctione, displacientia, aut mentis renisu, prout Mathathias hic ea vidit. Hunc datur in manibus inimicorum, sancta in manu extraneorum facta sunt, i. sacra loca & vala templi Gentibus tradita sunt, & templum eius contemptum est, & vilibus vobis manipulatum, sicut homo ignobilis. Quæ gens non haeredavit regnum eius? Quasi dicat, valde diuerse nationes obtinuerunt successione Iudeam, videlicet Assyri, Chaldaei, Syri & Götter eis admixta. Omnis compositionis eius i. decor seu venustas tabula est quæ erat libera, facta est ancilla i. Synagogue seu gens Iudeorum, quæ consuevit soli Deo esse subiecta, & ab humana seruitus oppressionisq; iugo immunis, facta est gentilibus seruiens sub tributo ac iugo grauissimo. Sic & Hieremias ait Threno. i. Facta est quasi vidua dñi gentium, princeps puincia, facta est sub tributo, & ecce sancta nostra i. sacra obseruantia legis, & pulchritudo nostra i. templi ac plebis venustas, & claritas nostra i. nobilitas veræ libertatis, consistens in solius Dei obsequio, defolata est, & coinquinaveruntur i. corruperunt seu inhonorauerunt team Gentes, Quo ergo nobis adhuc viuere? i. poti⁹ optare debemus, seu tolerabilis nobis esse debet bene mori, q̄ tot & tanta mala consipere. Vnde 4. Reg. 22 dominus ait Ioseph: Colligam te ad patres tuos, vt non videat oculi tui omnia mala quæ inducturus sum super locum istum. & scidit Mathathias & filii eius vestimenta sua, & sicut moris fuit Iudeis, & item quibusdam gentilibus in magnis aduersis, in signum mortoris, & operueruntur i. induerunt [se cilicis, & affligendo corpus suum ad imperandum misericordiam Dei. [planxeruntq; valde] ex dolore de calamitatibus tatis, praestimis de dissipatio diuinis cultus. Et venerunt illuc missi à regi, vt cogerent eos, q̄ confugerent in ciuitate Modin, immolare dñi & accedentes thura ad honorem eorum, & à lege Dei discedere &c. Et redit Mathathias, & dixit voce magna: Ego & filii & fratres mei, i. cognati sive germani, obediemus legi, & immo & actori datorisq; legis [patrum nostros] &c. Et vidit Mathathias Iudeos quedam accedentes ad sacrificandū, & doluit de statu facinore, p̄ferritq; qm̄ era scđalizatioñi oīm afflitiū Iudeorū, & cōtremuerunt renes eius ex redundantia vehementis affectionis oīz, sensitiq; partis in corpus, iuxta illud Esa. 21. Corruui cū audire, conturbatus sum cū viderē, emarcuit cor meū. Et ac census est furor eiusq; i. ira eius per zelū inflammatā est, secundum iudicium legis, hoc est, sicut lex dicit, & vera requirit discretio: qm̄ ira illa sic regulata, cooperat ad exquendū actū iustitiae, secundum philosophū, & infilient trucidant eum i. Iudeum illū idolo sacrificante, sup aram, i. quēadmodū Phinees profudit Zambri Iudeum, cū Cosbi Madianitide se cōmiserente, prout Nume. 25. narrat, sed & viri qui cogebat immolari idolo, occidit, tanq; hostē Rē publice, ac violentiore ad 10. sc. li. 12. recedunt a cultu Dei, immo secūdum Iosephū, Mathathias cū filiis suis, occidit virū illius an. iu. c. 7. cum militibus scū missis, q̄ pauci fuerūt. In Scholastica q̄q; fert historia: Surgens Mathathias, trucidauit eum s. p̄fatu Iudeum, & nuncius regis interemit, & zelatus est legē i. cū seruare cā dilexit, sicut opere demonstrauit, quēadmodū ait Helias 3. Reg. 19. Zelo zelatus sum p̄ domino exercitu, & exclamauit: Omnis q̄ zelū habet legis, diuinæ data per Mosen, [statu te statu] firmiter pponens vetus testamentū seruare, [exeat post me, & fugit ipse & filii eius in montes] i. ad loca montana deserti. Deniq; ad intelligentē plene historiam huius priori libri, oportet habere recursum ad librum sequentem, videlicet secundū Machabœorum, vbi eadem recitatur pro magna parte quæ hic, & frequenter cum additioñe. Nam & de isto puncto habetur 2. Machabœorum 6. Et renunciatum est viris regis, i. ministris ac ducibus Antiochi, qualiter quidam contemplissent precepta illius, & configuerint ad loca deserti, & abiissent post illos multi fideles Iudei. Et statim perrexerunt ad eos viri Antiochi, & conciauerunt aduersus eos prius in die sabbati, scientes, q̄ illa die non repugnaret Iudei, & non responderunt Iudei eis, i. hoc est, ministris regis, vel quia modicum responderunt, quod reputatur pro nihil, vel non responderunt ad ultimum interrogata, aut non responderunt ad vota seu voluntatem querentium. Aliqua tamē verba responderunt, ut patet in litera, nec oppilaruerunt hoc est, nō obstruerunt, [loca occulta] per quæ hostes potuerunt eos

